q satis differt à prima,& ista quæstio mouet̃ per gl.l.culpa caret.de reg.iur. & Dy.l.j.§.j.j. ad Syll.& c.nõ est sine culpa.eẋ. de reg.iur.in vj.Et uidet̃ uelle,q̃ in quibusdã magis cõuentis teneatur omnino[r] defendere, nedũ quod posset, nititur firmare hanc opin.ar. Iac.But. quia ubicũq; quis tenetur aliquid gratis facere,& pro id faciẽdo accipit pecuniã, uidetur turpiter accipere & tenetur,l.idem & si.de cond.ob turpem cau.*Sed alia lex dicit, q̃ pro defensione alterius licet accipere pecuniam,ergo non turpiter facere uidetur,l.metum.§.sed licet.j. quod met.cau.& sic nõ teneẽ,quia nõ turpiter accipit.[s]Ista op.uidetur mulcere aures audientiũ.Sed dico quòd est gl.quæ hoc ad literam dicit, & easdem leges allegat,& eius ar.facit in c.quantæ.eẋ. de senten.excom.cu-
t ius autoritas est maior,[t] cẽ ipsorum opin.& facit eẋ.de sen-
9 ten.excom.c.dilectio.lib.vj.† Quæro quomodo uersatur[u]
u aliquis cum moderamine? Circa quod gl.l.j.C.unde ui.& moderni ibidem, & ubiq; uidentur uelle, quod ubi aliter pertransire nõ posset &c. Et primo gl.dicũt. quòd moderamen est,ut qualis est offensio, talem faciat defensionẽ: sed ueritas

* *Inferre.Bar.in distinct. annitẽ l.generali. nu. v.vj.de decur. lib.x.* I.C.B.

* *Cau. Melius l. fi.eo.ti.*I.C.B.

ueritas est ita,q̃ pósset esse pugillus tuus peior cũ pugno, & peius facere quàm alius cum ense, ut fuit quidam Pisanus. Et ideò dico quòd ueritas est ista,quia tũc dicitur moderata defensio, quando aliter non potest euadi, quin tu recipias offensionẽ.Item ad maiorem cautelam debes clamare,succurrite,uel occurrite,gl.l.iiij. j.ad l.Aq.& l.furem.j.
10 de fic.Item quæro † quid si poteras fugere & non fugis, dico quòd si tu es Perusinus qui times uerecundiam. dico q̃ optimè potes,usq; ad actum occisionis,quia est magna offensa,& est uerecundia. sed in illo qui non timet uerecundiam, ut est Florentinus in quo non est uerecundia, dico quòd si non fugit (quòd tarde euenit) punitur. Cyn.l.j.
x C.unde ui.x

ADDITIO.

a *Defendere.Et quãdo licita sit defensio,& quando in rebus & in personis, adde gl.c.significasti.el.ij.de homic.& l.cùm fundum.§. quæsitum.ff.de ui & ui ar.& generaliter,an uindicta à iure permissa ꝓsit per alium expediri, Alex.l.cùm dotẽ.§.trãsgrediamur.ff.soi.mat.Item uide pro declaratione reg.q̃. defensio tolli nõ ꝓsit:Bar.l.defensionis.in prin.C.de iur. fis.li.x. Item q̃ exceptio innocẽtiæ tolli non ꝓsit,Io.de An.cons.lix.Item in materia,an & quãdo citatio & defensio tolli ꝓsit,Fel.c. cùm olim. de re iu.& c.dilecti.eẋ.de excep.& c.ex parte.el.ij.de off.dele.& ibi latè ponit an & quando excedens modũ inculpatæ tutelæ,debeat puniri,& an de toto, uel de tanto.Item q̃ si ex duobus simul rixãtib. unus sit robustior altero,robustior præsumitur incepisse.Fel.c.j.eẋ.de treuga & pace.item no.q̃ non dicitur quis incipere rixam,qui aliquid facit per iram,sed ille qui ad se alium prouocat.Bal.c.domino.in prin.hic fin.lex Corra. Bar.l.j. C.unde ui. item q̃ ubi cõmittitur uiolentia in aliquẽ lege permittente,non sit licita resistentia,Cast. cons.cxciiij.Item q̃ propulsatio personalis sit licita,etiam pro cõseruatione rerum,dummodo essent possessæ,Fel.c.uerùm.de foro cõpet.*

b POMA.Cõmuni.Cast.l.raptores.C.de episc.& cler.Fel.c.quæ in ecclesiarum.de const.Cast.l.addictos.C.de epis.aud.& Fel.c.ad nostram. de prob. & Cæpo.cons.xlj.& cons.l.Bar.cons.clxxxj.Barb.cons.xlviij.no.ij. Bald. l.cùm mulier.ff.sol.mat.& l.j.C.de hær.inst.et utrũ uindicta sit licita,Nic. de Lyra,Matth.vij.in prin.& Barb.cons.xlvj.ij.uol.& Præpos.c.consuetudo.j.distinc.

c Offendere.An liceat bãnitos offendere,Bal.l.j.C.de hær.inst.An ualeat statutum q̃ bannitus ꝓsit impune offendi,Ang. cons.cclxxvij.Bal.cons.cix. v.lib.ar.Bar.in tract.bannitorũ,uers.sed quæro.Et an statutũ permittẽs ꝓfendere,uideatur ꝓmittere occidere,Bal.allegato cons.& Cast.cõs.xxxiiij.

d Gl.Et illã pl.nõ teneas,quia nõ est uera.Io.And.in Spe. tit.de cess.act.Barb.

e Dari.gl.c.j.de milit.uas.qui cõt.est.uerb.deprædare.Et ibi Bal.qui ibi subdit,q̃ ualet etiam statutũ,dans licentiã prædãdi, dixi in l.ij.de requir.reis. & Ang.l.in suis.de lib.& posth.& Bal.l.omnes.C.si contra ius.& Bar. in tracta.qui sint rebel.uers.rebellando & est uerum ipsis uiuis, non autem mortuis,Sal.l.qui sepulchra.C.de sepul.uio.& l.diuus de bo.dam.

f Hic.An liceat resistere officiali,Bal.l.addictos. C.de epis.aud. & l.prohibitum.C.de iur.fisc.lib.x.Barb.

g Aduerte.Dixi in l.j.in fi.C.quõ appel.& l.quoniã iudices.C.de appel.Bar. l.uis eius.C.de prob.Pau.de Lea.in cõment.rust.de restit.ꝓl.in antiquis. Bal.l.sed eximendi.§.item si quis.j.ne quis eum qui in ius uoc.& Ang.& Fulg.l.j.in princ.eod.tit.Cy.l.j.in fi.C.unde ui.& ibi Bal.& Ang.l.iij.j.de his qui sunt sui.

h Sol.Bal.hic & tene menti cont.uidelicet q̃ non posset puniri,nisi forte hoc feciss̃et propter utilitatem publicam, sed si propter odium, non.hic Raph. hoc seq.& respon.ad l.j.j.de his qui mor.sibi consc.quia ibi non constabat de delicto.Barb.

i Sic.Et sic uidetur q̃ ualeat statutum,q̃ non liceat bannito se defendere. cõt. Bar.l.cum mulier.j.sol.mat.latius Bar.l.defensionis. C.de iu.fisc.lib.x.Bal. l.omnes.C.si cont.ius uel util.Adde q̃ Cast.dicit cons.cxciij.q̃ non solùm licet occidere bannitum,sed affines & amicos,pro eo se defensioni opponentes,& Bal.cons.cv.j.lib.

k Facit.& no.unum,q̃ si est iniuria illata filio,potest pater filiũ uindicare,licet hic Cy.ponat duas opi.Inn.c.si uerò.de sent.excl.j.§.item diuus.j.de fica.Host.c.fi.eẋ.de consuet.& Io.And.in Spe.de const.in add.Barb.

l Defendere.Bal.in repet.l.j.C.unde ui.

m P.PAV.P.Gl.Alex.cons.cclxxxiij.

n Vim.Bal.l.raptores.C.de episc.& cle.& l.j.C.unde ui.& Guid.de Suz.d. l.raptores,& Flo.de sanc.Pet.l.scientiã.j.ad l.Aq.Ex opposito adde,q̃ spurius potest defendere patrem, secundũ Bal.l.cùm acutissimi. C.de fideicõ. Moder.c.suscepimus.de homi. Adde an spurius ꝓsit defendere patrem. Bald.cons.viij.

o *Sibi.Inn.c.si uerò. de sent.excl.j.Bart.l.si quis in seruitute. in fi.ff.de fer. & c.dilecto.de sent.excom.in vj.& xxiiij.q.iij.c.non inferenda. & ibi no. & c.quanto.de sent.excom.*

p *Parentibus.Dixi in d.l.liber homo.ad l.Aquil.*

q P.PAV.P.Cogatur.An autẽ sciens aliquem uelle cõmittere maleficiũ contra aliquẽ,teneatur ei denunciare in foro cõscientiæ.Pan.c.j.circa fi. eẋ.de rest.ꝓl. & an quis teneatur aliquem defendere uel reuelare delictum in alium cõmittendum & quomodo.c.j.de off.de leg.in simi.d.l.ut uim.in ult. q.Alex.cons.cix.uol.j.

r *Omnino. Bar.d.l.metum. §.sed licet. Item fallit in filio contra patrem.l.utrum.j.de parric.*

s *Accipit.Bar.l.j.§.sed in eo.ad Syll.*

t POMA.Maior.Barb.cons.x.in ij.uol.Alex.cons. lvj.in ult.dub.ad fi.in ij. uol.Raph.Cu.cons.iiij.& cons.xliij.& cons.xlv.& Old.cons.xlix. Alex. cons.xcix.uol.iiij.& lj.eo.uo.& cons.lv.eo.uo.& Præpo.c. domino sancto. in prin.l.distin.& c.in canonicis.in prin.xix.distin. §.item preciũ.ibi ualidatoribus.Inst. de emp.& uend. Abb.cons.lxxxv.j.uol. Fel.c.j.de const. ubi dicit q̃ ubi non est lex,sufficit allegare dicta doct.Fel.c.fi.de const.Cæp. cons.lxxij.Barb.cons.j.ubi pulchrè de autoritate glossæ.& cons.xx. j.uol. Fel.c.j.de re iud.Barb.cons.iij.ix.xix.xxiij.xxxv.lij.lvij.ij.uol.& Præpos.cõsuetudo.j.distin.& c.responsa prudentũ.ij.distin.Pan.c.cùm uenissent. fent.de iud.& c.prudentiam.de off.deleg.iij.no.Imo. cons.lxxviij.& cons. cxl.incipiẽ.perspectis,in iiij.uol.Ferrar.in cautelis suis,ultra Cæp.in cautxvij.ubi infinitas doctorũ sentẽtias pro gl.autoritate cõglomerat. Iac. But. l.j.C.qui pro sua iurisd.Pan.c.edoceri.de resc.Cast.conc.clxx.incip. cũ tempore contractus.Sal.l.j.C.de pact.Bal.c.contingit.de do.& contu.Fran.de Curte,cons.xlij.in v.uol.

u POMA.Versatur.Adde an excedens moderamen puniatur tũc pœna à lege statuta in totum,uel tantũ de excessu,Alex.cons.cxl.ij.uol.& xiiij.in fi. in iij.uol.Cæp.cons.j.Fel.c.dilecti filij.de excep.Cæp.cons.xxix.

x Vi.Et ibi uidetur tenere cont.Bar.sed cum Bar. hic concordat Bald.c.j.in prin.de pace tenen.allegat Cy.in add.l.si ex plagis.& l.scientiam.ad l.Aq. & Ant.c.olim.el.j.de restit.ꝓl.per moder.c.suscepimus.de homic.Aduerte q̃ allegantes Bar.hic in hac l.ut uim,sibi cõtrarium,cùm dixerit in l.j.C. unde ui.persona uilis insultata habens facultatem fugiendi, & non aufugiat,& se defendendo occidat insultorem,q̃ non debeat puniri, & tamen hic cõt.teneat,tales nõ bene intellexerũt Bar.eo quia in hac l.ut uim.ꝙ se refert ad no.per eum in d.l.j.Vel melius dic q̃ in hac l.distinguit in illo qui timet uerecundiam,ut ille nõ puniatur.Ita intelligitur in d.l.Si autem nõ timet,procedat quod dixi in hac l.ut uim. Prætereà in hac l.ut uim. non loquitur de persona uili,Pau.ita sentit,c.olim.el.j.de restit.ꝓl.sed opi.illam q̃ indistinctè non teneatur fugere,tenet Ias.d.l.ut uim,quam probat multis autoritatibus,& bene.Adde quando aliquid dicatur fieri cum moderamine inculpatæ tutelæ,& an quis teneatur fugere,& qualiter testes debeant deponere,q̃ aliter occidens euadere non poterat,Bal.cons. ccxj.iiij. lib.& quando aliquis excedit modum in uindicãdo,qualiter debeat puniri. Cast. cons.cxcij.cum seq.

LEX IIII.

1 *Pacto inito quòd res non exeat de manu emptoris, locando non recedit à pacto.*

MAnumissiões. gl.super hoc uer. uult dicere, hoc ius non disponit,ut detur libertas,qui eã habet de iure naturali,sed ut libertas detegatur,& ut remoueatur illa offuscatio,& ideò gl.exponit dispositionem in libertatem &c.Et no.tex.qui dicit q̃ manumissio est datio libertatis,quõ hoc procedit.Aut ego manumissor do seruo libertatem meã,& hoc est falsum,quia remanerẽ seruus,aut alienam,& tunc peius, quia nemo dat q̃ non habet.gl.timore huius cont.dicit datio,id est,detectio:In hac opin. uidetur fuisse Guar. Gul.remouet opi.gl.& dicit quòd iste tex.stat propriè,scilicet,datio,quia do meam libertatẽ,ar.l.legatis. §.ornatricibus.de leg.iij.ubi per uigilationẽ,exercitium aut
a getur non minuitur.Et nõ ob.[a] q̃ gl.dicit, quia aliquando damus quod nõ est nostrũ,ut quãdo creditor de uolũtate debitoris dat,ut j.fam.ercisc. l.rem pignori. Itẽ dicitur hic, quòd erat unum genus hominum,& postea dicit tria genera.Cuius cont. dicit hic tex.qui non sunt quatuor.Sol.dic quòd illud unum genus, computatur in numero istorum trium,q̃ ualet.ad q.f.cõmodaui tibi duos equos,posteà dixi,uolo facere ita quòd tu habeas tres equos à me, & ita factum est, quæro quot ꝓsis petere? Et uidetur q̃ quinq;, quia

quia duo & tria sunt quinq;.In cõtrarium uideꝫ,q; tres tantum quia primi duo sunt de numero triũ,l.iij.de cond.inst.

b Item inducit ad q.uendo tibi rem hoc pacto, ne exeat[b] de manu tua,tu locasti alteri,utrũm uideaꝫ recedi à pacto? & uidetur hic tex.q; sic.In cõt.est ueritas,quia locatio nõ mutat dominium.ĵ.loc.l.non solet.ĵ.de leg.iij.l.codicillis.§.instituto.& uide ut ibi.Et hoc põt induci ad similia,quæ possunt formari,& argumentari.

ADDITIO.

a POMA.*Obstat.tm.consl.lxvj.ij.dub.Barb.cons.lj.j.uol.*

b *Exeat.l.sed eximendi.i.ne quis eum qui in ius uocat. Bald.l.fi.C.de reb.alie. non alie.& l.ij.in fi.C.de fideic.Adde q; non solũm per illa uerba,relinquo filium in custodia matris suæ,mater est data tutrix,sed nec etiã si dicat,relinquo uxorem meã dominam & administratricẽ filio meo:Bal.cõs. cccxxxix.iiij.li.inquantũ etiam ponit q; manus exponatur pro dominio. Adde Bal.cons.cccxxxiij.j.lib.q; si testator nullo alio instituto hærede,dicat,pono omnia bona mea in manibus Titij,q; propter hoc censetur hæres institutus Titius. Quo uerò ad locationes prælatorum, si fiant ad nouennium cum pacto de renouando,an ualeant,Bal.cons.cccxxxij.iij. lib.& ibi quid si Prælatus locauit ad centum annos,an ualeat in nouem.& Bar.cõs.clviij. ubi etiam stante statu,q; rector ecclesiæ non possit locare ultra quinquennium,& casu aliquo uenerit ad compromissum,& arbiter laudauit, quòd locauerunt pro sex annis,an saltem ualeat in quinq;,inquantum etiam in fine ponit, quis sit colonus, quis ascriptitius, uide an nepotes nati ex filijs ascriptitijs,sint ascriptitij.Ro.cons.ccclv.Et ad q.Bar.hic uide Soc. c.j.iiij. q.no.de lib.ob.*

LEX V.

1 *Dictio,ex,denotat principium temporis.*
2 *Bella quæ oriuntur iure gentium.*
3 *Bella licita quæ sint.*
4 *Prouinciarum diuisio,& dominiorum est de iure gentium.*
5 *Dominium utile est introductum de iure ciuili.*
6 *Dominium an transferatur per sententiam.*
7 *Collegia regulariter sunt illicita.*
Domos & terras construere licitum est.
8 *Emptio & uenditio sunt de iure gentium.*
9 *Obligationes quo iure sunt institutæ.*
10 *Ius gentium habet duas partes.*
11 *Obligatio naturalis quotuplex sit,& an omnis actio sit naturalis?*
12 *Ciuilis obligatio duplex.*
13 *Actiones sunt de iure ciuili.*
14 *Obligationes de iure ciuili quæ sint.*
15 *Obligationes ex maleficijs sunt de iure gentium.*
16 *Obligatio descendens ex quasi maleficio,est de iure ciuili.*
17 *Obligatio ex quasi contractu est de iure ciuili.*
18 *Obligatio ciuilis est,quod sit in contractibus iuris gentium.*
19 *Exceptio est de iure gentium.*
20 *Obligatio ex contractu dotis,est de iure gentium.*
21 *Seruitutes sunt de iure ciuili.*

EX hoc.Tex.est clarus,dictio,† ex,principiũ temporis denotat,l.ij.ĵ.dies.de lib.agn.& l.j.§.ĵ.de itin.actu.priua.Potest ualere,ad dationẽ termini dati per iudicẽ. Iac.de Are.d.§.dies.Aliquãdo adijcit loco,& tunc cuius natura sit,dic ut in d.l.j.§.j.Habetis ergo notare quædã inuenta de iure ciuili.†Opp.dicit hic,q; bella sunt inducta de iure gent.Cõt.bella sunt iniqua,auth.de armis.in princ.& l.j. in prin.C.de cad.tol.sed iniquitas nõ debet oriri de iure,l. meminerint. C.unde ui. ergo, &c.Vnde gl. subaudit,bella, scilicet,licita.Et ita tollitur cõt.quod est uerũ,fm Iac.q; bella illicita nõ oriunt ex iure,scilicet disposituè,sed occasionaliter sic. Nam eo ipso q; fuit distinctũ meũ à tuo,fuit data materia belli occasionaliter.Et ita debet intelligi secun-
3 dum eũ.Quæro†quæ sunt bella licita?
a gl.ponit duo exẽpla.Pet.& Vltramõt.duo alia.Dicit gl.bella licita sunt,quæ
b princeps uel pop.Rom.indicit.l.hostes.[b] & ibi gl.ĵ.de capt. &idem Gul.de Cug.in alio populo,per quẽ resp. gubernatur,imò plus dicit ipse,q; bellum est licitũ à maiore in suos subditos,c.domino guerrã.in tit.hic finitur lex Cotta. *in ubi.feu.dictum suũ uidetur cõtra tex. C.ut usus armorũ in*scio principe &c.lib.xj.& ibi gl.no.Quare putarẽ dicẽdum, q; etiam à maiore in subditos,bellũ non est licitũ,nisi cum
c licentia principis,[c] ut ibi.Et hoc intelligo quantũ ad offensionem,sed ad defensionẽ bellum esset licitũ,l.ut uim.§.eo. quod intelligit Pet.fore uerũ,nisi posit haberi copia principis,aliàs etiam ad offensionẽ bellum permitteret in subditos rebelles.l.ait prætor.§.si debitorem.ĵ.quæ in fraud. cred.l.iiij.in prin.ĵ.ad leg.Aq. ponit gl. aliud exemplũ, per l.ut uim.§.eo.Addit Pet.duo exẽpla,unũ quãdo bellum fit autoritate legis,C.quando lic.se sine iud.l.j.Et addit aliud, de l.ait prætor.d.§.si debitorẽ. Sed certè primũ exemplum non uidetur bonũ,quia si ibi fit autoritate legis,ergo fit de iure ciuili,nõ gentium:l.ius ciuile.ĵ.eo.Item fm exemplum potest includi sub secũdo exẽplo gl.quare tene gl.Opp.dicitur hic,discretæ,id est,separatæ sunt gentes.Cont.ĵ.de off. assel.l.si eadem.ubi princeps diuidit ,puincias, ergo est de
4 iure ciuili.Sol.Dicatis,† q; diuisio prouinciarum est de iure gent.ut hic.Nec ob.cont.nam licet Princeps diuidat, nõ sequitur q; sint de iure ciuili.Nam si cõtraheret Princeps, nõ tamẽ sequit, q; contractus ille esset de iure ciuili, sed de iure gent.ita si diuidit.Et sicut Princeps potest diuidere prouincias,ita & unire,auth.ut iud.fine quoquo suff.§.illud tamẽ. &§.seq.col.ij.Sic & papa unit ecclesias, c.j.exẽ.ne sede uacã. & ad quid ualeat,uide no.l.j.C.de metrop.Beryt.lib.xj. Vl-
d terius opp.[d] dicitur hic,regna cõdita.Cont.imò uidetur q; hoc sit de iure ciuili.l.ij.§.post originẽ.ĵ.tit.j.Sol. Dic q; ibi loquitur de magistratibus iure ciuili introductis, secus in regnis,quia regna propter impunitam licentiam delinquẽdi cõdita fuerunt, & princeps cõstitutus,ut ibi patet. Dicit hic,dominia distincta,Cõt.imò uidetur q; sit de iure naturali uel diuino. Vnde opp.l.j.ĵ.de fur.ibi, quod de iure naturali,&c. Inst.de ob. quæ ex delic.in prin.Gl. dat duas sol. Prima,q; etiam ante illas leges,& ante illam autoritatẽ,fuit tum non facies,erat ius gent.fm quod dominia rerũ erant distincta,& hæc est uera sol.tamen quidam dicunt, q; ante
e ius gentium,dominia erant in cõmuni, & erant unita, sed posteà per ius gẽt.distincta fuerũt.Et ista est op.falsa,[e] quia si dominia fuissent in cõmuni ante ius gentiũ,non potuis-
5 set cõmitti furtũ, quia nemo præsumit, &c.ut l.merito. pro
f soc.& sic furtũ non cõmittitur. Aliam sol.† dedit gl.[f] q; hic sunt distincta dominia directa,ab utilibus.Et sic gl. conclu dit,q; utile dominiũ fuit introductũ de iure gent.Iac.de Rauen.aliàs de Aret. reprehẽdit gl.per l.superficiario. ĵ.de rei uẽd.Pet.tenet gl.per istam rationẽ, locatio est de iure gent. ut hic,& tamẽ per locationẽ ad non modicũ tempus,transfertur dominium utile,Inst.de loc.§.adeò.Patet ergo,quòd de iure gent.est introductũ utile dominiũ. dominus meus solebat tenere opi.Iac. & dicebat,q; utile dominiũ erat introductum de iure ciuili,l.j.in fi.ff. si ager uect. uel emphy. pe.ibi,placuit,&c.Ad cõt.potest respõderi,q; nõ ob.§.adeò. quia ibi loquit de cõtractu emphyteutico, qui est merè de iure ciuili,ut statim uidebitis. Vlterius opp. & uideꝫ q; dominia fuerunt introducta de iure ciuili,nam testamentum
g est de iure ciuili,[g] l.testamẽti factio.ĵ.de testa.
h & tamen dominiũ * acquiritur[h] ex eo.l.à Ti- * *Dominiũ,hæ-*
tio.ĵ.de fur.Item sententia est de iure ciuili,§. *reditatis. l.vj.*
post originem. ĵ.tit.j.& Inst.de ob. in princ.& *C.de iur.delib.*
tamen per sententiam transfertur dominiũ,l. *Non autẽ pos-*
sunt & alię.ĵ.de publicia.Item per arrogatio- *sessionis hære-*
nem,inst.de acq.per arrog. in princ.Item per *ditatis,nisi na-*
i monachationẽ,[i] auth. ingressi. C.de sac.san. *turaliter ap-*
ecc.& omnia ista sunt de iure ciuili,& nõ gen *prehẽsa fuerit:*
tium,dicit gl.q; de iure gent.sunt introducta, *l.q uniuersa.*
ut hic,& de iure ciuili,ut l. cõtraria. Vel melius fm doc. potest dici,dominia introducta *§.qui per colo-*
de iure gent.ut hic,tamẽ modi acquirẽdi do- *num.ff.de acq.*
minia,sunt introducti de iure ciuili,ut ĩ cõt. *poss.* I.C.B.

6 † Aduerte tamen [k] ad unũ,q; gl.dicit,q; per sententiã transk fertur dominiũ,[l] quod intelligę,cũ traditione secuta.l.j.&l.
l sunt & alię.ĵ.de publicia.& inst.de off.iud.§.fi.l.Põp.§.si ius-
su.ĵ.de acq.poss.Gl.no.cõtrarium in l.excep. ĵ.de excep.rei iud.Dy.tenet primã,idẽ tenet Gul. in l.statuliberi à cæteris. §.statuliber.ĵ.de statulib. Et intelligę in sententia condemnatoria, Quid autẽ in absolutorias? dic ut d.l.excep. & Cy. in li

in l.j.C.cõmunia utri.iud.Tu dicas quicquid isti docto. dicãt, utrãq; gl.posse bene loqui,sic distinguẽdo,quia aut loquimur in actione psonali,aut reali, si loquimur in personali, dico q; sententia trãsfert dominiũ. d.l.sunt & alię.ĵ. de pu.& qd' ibi no.fm unã lecturã,qd' est uerũ,si sententia cũ actione,ppolita ad hoc tẽdit,secus si ad hoc non tẽdit, ut in cõmodato,de posito & huiusmodi.Sin uerò loquimur in reali,an sententia super ea lata fit,tũc dico q; aut sententia ferẽ ,p reo, cõtra quẽ agebaꝫ reali absolutoria specialiter, & tũc
m nõ trãsfert[m] dominiũ.l.sed & si possessori.in prin.ĵ. de iure iur.Et ita intelligo gl.l.exceptio.de exce.rei iud.Si uerò sententia ferẽ ,p reo hoc modo, qd' ,pnũciatur rẽ eius esse à quo petiũ,& tunc idẽ,quod nõ transfertur dominiũ.Ratio quæ me mouet est,q; reus petit,pnunciari se dñm,& nõ petit dominiũ in se transferri.Dico tñ q; inducitur quędã præsumptio dominij, & ad illud probandũ,posset induci sententia, quia ,p ueritate habet. l.res iud. ĵ.de re iu. Sic intelligo d.l.sed & si possessori.in prin.ubi quod possessor iurauit rẽ esse suã,cõpetit ei utilis.Si uerò loquimur in reali actione, & pro actore, & tũc aut pronũciatũ est,cũ esse dñm qui agebat, & in ueritate sic erat,& tũc dico q; impossibile est trãsferre dominiũ, quia natura actionis nõ patit trãsferri,sed potius declarari. l.& ex diuerso.§.ubi aũt. ff.de rei uen.&l. litibus. in fi.C.de agric.& cõfit.li.xj.& l.sicuti.§.sed si quæratur.ĵ.si seruꝰ.uend.Tum etiã, qd' nec pars egit in se aliquid trãsferri.Itẽ qd' inducereꝫ cõtrarietas in actione,si ,p actore pronunciareꝫ esse dominiũ,& in eũ trãsferri,ista cĩ inuicẽ repugnant.Aut pronunciat ,p ipso actore, & rei ueritas est, dominiũ rei petitæ esse aduersarij, & tũc trãsfertur dominium. l.iij.§.itẽ quęri põt.de reb. corũ. quẽ inducit gl. in l.iij. super ỽ.tradita.ĵ. de pub.in rẽ act.& in d.§.itẽ quær.per Iac. de Arc. Opp.dicitur hic, ædificia collata.quasi sint de iure
7 gẽ.† Cõt.imò uidet,q; istud nõ fit licitũ,nã regulariter collegia sunt illicita.l.j.per totũ tit.de colle.illic. Sol.uerũ est qd' regulariter collegia sunt illicita,tñ cõstructio domorũ non est illicita,imò est licita.Ita no.hic,& in l.j.circa principiũ.ĵ. quod cuiusq; uniuersi.no.quod est uerũ, nisi castrũ uel uil-
n la fieret ad æmulationem[n] alterius ciuitatis,quo casu fieri nõ posset.l. per ,puincias.C. de ędi.priu.& ibi no.in gl.Sed cõtra hoc opp.l.quicũq; castellorũ. C.de fun.limi.li.xj. ubi indistincte nõ est licitũ.Sed rñ.quod ibi loquit specialiter in castris nõ fiendis in limitibus imperij,sine licẽtia princi-
8 pis,in alijs locis sic,ut gl.parua no.Opp.† dicitur hic, emptiones,uẽditiones,&c.q; sint de iure gẽ.Cõt.imo uideꝫ qd' sint facti.l.cõsi.in fine.de cura.furio.dicit gl.facti sunt, tamẽ ex iure deficẽdũ.Ita intelligit hic,nã & aliàs,hæreditas, est
* *Incorporales. Hoc falsum: si non enim res corporales,hæreditatis appellationi complecti tur, ex co. §. quædã.et aper tius in l. cũ hæredes. de acq. poss.* I. C. B.

ius, l.hæreditas.de ỽ. sig.& tñ cõprehẽdit res corporales & incorporales,* l.j.§.quędam.ĵ. de rer.diui. Vel melius fm Gulie. sunt considerandа tria,primũ est potestas cõtrahendi, & hoc est de iuregen.ut hic.Secundũ contractus,& hoc est facti,d.l.cõsi.Est tertiũ,s.cõsiderare effectus cõtractus,& hoc est iuris, qa obligatio, nã obligatio est iuris uinculũ &c. Inst. deobl. in prin. Opp. dicit hic, q; emptiones sunt de iuregẽ.cõtrà empt.nõ possunt esse sine pecunia, l.j. de cõtra. empt.in fi.sed pecunia nõ põt cudi sine autoritate prin. l.j. C.de
veter. numiſ.po.li.xj. si nõ põt cudi sine autoritate
o prin. ergo est de iure ciuili,l.ius ciuile.ĵ.eo.So.Dicas° q; licet autoritate principis fiat pecunia,tñ contractus emptio
p nis,qui recipit formã ex pretio,est de iure gẽt.[p] ex inuentio
9 ne,nã si princeps emeret,est contractus iurisgẽ.Op. † iterũ dicitur hic, obligationes instituręˊ,iste tex.concludit, q; obligationes sunt de iuregẽt. Cont. qd' omnis obligatio aut
q est ciuilis, aut naturalis.[q] l.si fideiuss.ĵ.de condict.indeb.& l.fideiussor.§.fideiussor.ĵ. de fideiussor. ergo nõ est de iure gẽt.Timore huius,gl.dicit quòd obligatio, quæ est de iure gent.hic potest appellari naturalis, nã & ius gentiũ dicit naturale.§.singulorũ. Instit.de rerũ diui.Cõt.istã sol.instat. Ius naturaleˊ & gentiũ ponunt ut species separateˊ.l.j.§. pri-

[1a] Sæpe solutio in plures Bar.super ff.uet. Paulon nº 29 pg. 21.
exercitoriam quibusdam mod. do. videre poteris aliquãt

uatũ.§.eo.Exponere ergo iurisgẽ.id est,naturale, nõ uideꝫ cõgrua expositio.l.naturaliter.§.nihil.ĵ.de acq. pos.& l. Pa. de min.Possumus saluare gl. & respondere, q; cõtraria loquũtur de iure naturali primeuo cõmuni omniõ. animãtibus.gl.intelligit de iure naturali, qd' põt dici gentiũ, q; p; cedit ex ratione naturali.Sed cõtra hoc instatur, Si hoc esset idem, aliàs uerũ, seruus qui est nihil de iure gentiũ,nõ obligaretur,q; est falsum.l.naturaliter.ĵ.de con.indeb.Sol. gl.per interpretationem,quod seruus de iuregentiũ est aliquid,de iure ciuili,est nihil.l.q; attinet.ĵ.de reg.iur.Gl.uide tur uelle contrariũ,in l.si id q;.de cõd.ind.Dominus meus,
10 † Cuius opiniones procedunt de mente iuris, dicit sic, q; ius gen.habet duas partes,unam quæ procedit ex ratione naturali,ut seruare promissa,de quo inl.j.in prin.ĵ.de pact. Et secundũ hanc partẽ,seruus est aliquid. Et ita debet intelligi d.l.naturaliter.Est & alia pars,quæ procedit ex usu gentium,& tũc habito respectu ad hanc partẽ,seruus potest dici nullus,& hoc respectu non posset obligari.Opp. iterum
11 contra prædicta,† uidetur q; omnis obligatio debeat dici naturalis,nã naturaliter sum obligatus bene facienti mihi.Item naturaliter debeo alere filium.l.j. §. ius naturale.§. eo.Ergo uidetur q; sit naturalis, non iuris gent. uel ciuilis. Gl.clarius in l.sed & si.§.cõsuluit.de pet.hęr.dicit quòd obligatio naturalis est duplex,Quædã quæ procedit ex ratione naturali,quæ conuenit solis hominibus & in ista procedunt,§. dicta. Quædã est obligatio naturalis, quæ procedit ex instinctu naturali, & hæc est modici effectus, quia nõ habet exactionem,habet tamen unũ effectũ, quod nõ impedit repetitionẽ semper, l. si nõ sortem. §. libertus. ĵ.de cond.inde.quasi dicat, q; regulariter posset repeti, sed aliquid impedit,d.§.libertus. Cõt.hoc dictũ gl. op. & uideꝫ quòd indistinctè hoc debitũ nõ repetaꝫ. Vnde op.l. si testa mẽto.§.j. de fideiuss.& ma. Ia. dicit hic, q; obligatio naturalis est quadruplex,quædã est obligatio naturalis,quæ procedit ex naturali ratione,& est ad obligãdũ,ut seruare promissa,& ista naturalis iũcta cũ ciuili, habet plenũ effectũ: Inst. de obl.in prin.& l.legitima.ĵ. de pact. sed si nõ est iuncta cũ ciuili,habet effectũ compensationis,l.etiã.de cõpen. Itẽ si soluat,non potest repeti,nisi secundũ distinctionẽ.l.j. de cõd.ind.Itẽ inducit nouam obligationẽ, ĵ. de noua. per totũ. Quædam obligatio est ad liberandũ, & de hac no. ĵ. de pac.l.si unus. §. pactus. Quædam est obligatio quæ descendit ex æquitate naturali,ut benefaciẽti benefaciamus, & ista est duplex,nã quædã est redacta in præceptis iuris ciuilis, l.si non sortẽ. §. libert. ibi,licet libertus naturaliter teneatur benefacere patrono suo, tamen hæc est redacta in præceptis iuris,qd' potest cogi per officiũ iudicis, l.j.§.cum patronus.ĵ.de off.præf.urb. Quædã nõ est redacta in præ-
r ceptis iuris,sed merè stat in cordibus laicorũ, ut obligatio ad antidora,[r] ut si facis mihi unũ seruitiũ,si seruio tibi alia uice,nõ possum repetere.Et sic intelligit hãc gl.Iac.Sed per hoc nõ respõdet ad l.si testamẽto.§.j.quod dominus meus dicit, q; quædã obligatio procedit ex instinctu naturæ, & tunc aut est redacta ad præstandi necessitatem per ius ciuile, & ista habet plenũ effectũ,d.§. libertus. & põt dici quodammodo ciuilis,licet gl.notauit contrariũ,& malè,d.§.libertus.Quædã nõ est redacta ad præstãdi necessitatem, & tũc quædã cõtrahitur respectu certę rei,uel facti, & ista habet hũc effectũ,q; si soluatur,nõ repetatur,& ita intelligitur d.§.libertus. secundũ aliã opinionẽ. Quãdoq; nõ contrahitur respectu certæ rei,uel facti. & tunc aut redditur indebitũ illud, ,pter qd' dicta naturalis obligatio est cõtracta, & tũc nõ potest repeti,& ita intelligit l.si testamẽto.§.j.Si uerò soluitur aliud, tũc semper potest repeti, & ita intelligit hęc gl.per ipsum.Sed cont. d. gl.potest instari, quia quod soluit prætextu huiusobligationis,regulariter potest repeti,ut hac gl. Sed gl.dicit alibi cõtrariũ,q; nõ repetitur: l.sed & si l.§. cõsuluit. circa fi.ĵ.de pet.hær.Quod dicendũ.Teneo eius opi. pro uera.Et respõdeo ad cõt.q; ista gl. debet intelligi,quãdo istud debitũ naturale soluitur ignoranter. Secus si soluereꝫ sciẽter,& de hoc cõstaret,qd' tũc nõ repe-

b titur

petitur, quia tũc uidetur quædã renunciatio, & ita intelligo gl.cont. Si uerò dubitaretur, uide l.si uerò non remunerandi.§.idem Pap.ff.mã. Est etiam alia obligatio quæ procedit ex ratione naturali, nõ ex instinctu naturæ, & ista aut probatur à iure, & habet plenũ effectũ, l.legitima.ff.de pact. Aut nec reprobatur, nec approbatur, & ista habet effectũ cõpensationis, d.l.etiam. Itẽ pro ea potest retineri pignus, l.j.C.etiã ob chirog.pe. Itẽ ijs accedit fideiussor, l. fideiussor obligari.§.fideiussor.ff.de fideiuss. Itẽ non potest repeti si soluatur, nisi secundũ no. in l.j.ff. de cond. indeb. & hoc habet locũ in obligatione naturali, descẽdente ex ratione naturali ad obligãdũ. Quædã est ad liberandũ, & tũc quãdoq; approbatur à l.& per hãc omnis obligatio tollit, l. ab empt. ff. de pact. Quãq; ei lex resistit, & tũc habet locũ l.iurisgẽt.§.si paci.ff. de pac. Quãq; lex ei nõ resistit, nec assistit, et tũc dicut

12 l.si unus.§.pactus.ff. de pac. † Est & alia ciuilis obligatio, & hæc est duplex, quia quædã est ciuilis obligatio effectu, ut in quatuor cõtract. ciuilibus, qui notãtur hic. Quædã est ciuilis approbatione, & hęc est regulariter omnis obligatio, nã illa quæ est de iure gent. potest dici naturalis, in effectu tamen approbatione potest dici ciuilis. gl. Insti. de obl. in princ. Sed cõ. quia secundũ hoc, ciuiles essent multæ, & tamen rex. non excipit nisi quatuor. Possumus dicere q; ciuiles sunt paucæ, ut hic, sed approbatione sunt multæ, & in istis quatuor obligationibus, ius ciuile est causa immediata, & ex hoc dicuntur esse obligationes ciuiles. Sed in alijs contractibus, non est sic, quia ibi causa immediata est consensus. Sed ius ciuile obligationem naturalẽ comitatur, & per concomitantiã inducit plenius effectus exactionis, & de hac loquitur diffinitio obligationis. Et hoc dicũt gl. quod duæ sunt radices, unde substãtia utriusq; obligationis definitur, l.si debitori.ff. de fideiuss. Modò expeditus de cõtrarijs, quærit gl. quæ sit differentia inter contractũ, actionẽ, & obligationẽ. De quo Inst. de obl. in prin. & l. licet. §.ea

13 obligatio.ff. de proc. † Quærit gl. hic dicit quòd obligationes sunt de iuregẽ. quid de actionibus? [s] Et effectus est magnus, quia siue æquiparemus bannitũ deportato, ut in §. cùm autem. uer. pari ratione. Inst. quib. mo. ius pat. pot. sol. siue æquiparemus cũ transfugę, l. amissione. siue relegato, ut no. gl. l. ad cognitionẽ. ex quib. cau. in pos. ea. effectũ habemus ex hac quæstione, quia deportatus & transfuga, possunt acquirere ea, quæ sunt iuris gent. non ea quæ sunt iuris ciuilis, l.si mandauero. §. is cuius. ff. mãd. Vnde si dicerem⁹ actiones esse de iuregẽt. deportatus & bannitus posset sibi quærere, secus si diceremus actiones esse de iure ci-

t uili. Et ad primũ [t] quidã dicunt, q; sunt de iuregẽt. l. rerũ. ff. rer. amot. & l. indeb. j. de cond. indeb. Prętereà quandocũq; quid potest referri ad duo, debet referri ad antiquius, l. in finalibus. ff. fini. reg. Sed ius gentiũ est antiquius, q̃ ius ciuile, ergo sunt de iuregent. Prætercà tex. dicit, compositæ sunt actiones, & sic antè erãt. l. ij. §. deinde. ff. tit. j. Prætercà q; sint de iure gent. probat, Certũ est quòd deportatus cõtrahit, & sibi actio quæritur, l. si mandauero. §. is cuius. ff. mand. Si

u quærit actionẽ, ergo sunt de iuregẽt. aliàs nõ quæreretur. l. quidã. de pœ. Cõtr. determinat gl.[u] hic q; sunt de iure ciuili. l. ij. §. deinde. ff. ti. j. & institit. de act. §. sed istę. & §. alię. & l. in cõmodato. §. sicut. ff. cõmo. & l. j. post princip. ff. de superficieb. Non ob. l. indebiti. & l. pe. re. amo. quia respondet ut in cisno. Non ob. cont. quod fit de l. in finalibus. quia procedit in casu dubio, sed tex. dicit, q; procedit per leges, §. deinde. ff. alleg. & sic non est dubium. Non ob. arg. quod sit de deportato, nã potest dici, q; ibi licet actiones sint de iure ciuili, tamè per quandã consequentiã, quia cũ permittitur deportato cõtrahere, permittit & actionẽ sibi quærere, aliàs

14 frustra permitteret sibi contractus. Quærit glo. † quæ sunt ista quę sunt de iure ciuili? Dicit q; uerborũ obligatio, l. j. ff. de uerb. ob. institit. de actio. §. de cõstituta. alleg. in glo. Itẽ & literarũ obligationes. Insti. de lite. obli. post. prin. Itẽ est contractus emphyteuticus, qui recipit certã sedẽ à iure ciuili. Inst. de loc. §. adeò. Itẽ sponsalitia largitas, cui ius ciuile de-

15 dit certũ locũ. † Dicitur hic, q; obligationes sunt de iuregẽ, &c. quid de obligationib. ex maleficijs? Gl. uerb. penẽ. §. ius autẽ gent. Inst. de iur. nat. gent. & ciui. dicit q; obligationes sunt de iure ciuili. Doctores nostri reprobãt gl. illã, quia etiam obligationes ex maleficijs, sunt de iure gen. l. j. ff. de fur. & Institit. de ob. quæ ex delic. in princ. licet gl. ibi exponat, iure naturali, id est, diuino, quod nõ credo fuisse de mẽte iurisconsulti. Vnde ex illo tex. cõcluditur, q; sint de iure gent. introductæ. Itẽ quia in maleficijs uidet naturalis obligatio,

16 auth. de non alienan. §. quia uerò Leonis. collat. ij. † Sed

x quæro [x] quid de obligationib. ex quasi maleficio? [y] Gl. d.

y §. ius aũt. uidetur dicere, q; etiã sunt de iure ciuili, & nõ gẽt. Dico q; in isto casu gl. bene dicit, quòd sint de iure ciuili. Et ratio est ista, Ius gent. considerauit solũ hoc, q; culpa propria deberet alicui nocere, & non aliena. Sed per ius ciuile fuit inductũ, q; quis teneretur facto alieno, mediante tamè culpa sua, ut in omnibus casibus. Inst. de ob. quæ ex quasi

17 delic. nasc. Sed quæro † quid de descendentibus [z] ex quasi

z cõtractu? Videt q; sint de iuregent. l. indebiti. ff. de cõd. indebi. In con. q; sint de iure ciuili, no. l. apud Iul. in fin. ex quib. cau. in pos. cat. sed testamentũ ex quo defertur hæreditas, est de iure ciuili, & tũc cõcludit, q; sit de iure ciuili. Guliel. dicit hic, q; regulariter obligationes ex quasi contractu, sunt de iure ciuili introductæ, ut, pbatur in omnibus exemplis positis, In ff. de ob. quæ ex quasi cõtract. prætereà in uno casu, scilicet, in obligatione quę orit̃ ex cõtractu, indebitũ recipiẽdo, quæ dicitur de iure gẽt. l. indebiti. de cond. in

18 deb. † Quæro iterũ, nũquid in cõtractibus iurisgent. sit ciuilis obligatio? Vltramont. quod nõ, nã & ante ius ciuile, ex eis agebatur. l. j. de cõtrahen. empt. Sed gl. & Guil. cõtra, & bene, secundũ dominũ meũ. Nã in quolibet cõtractu iurisgentiũ, est ciuile uinculũ: Insti. de ob. in princ. Nã si nõ esset utrũq;, quõ diceret lex, q; tollit ciuilis, & remanet naturalis, l. Stichũ. §. aditio. ff. de sol. maximè cùm naturalis non

19 sit per se efficax ad agendũ. † Sed quæro, an exceptiones sint de iure gent. Dico q; cùm exceptio sit actionis exclusio. l. ij. ff. de excep. licut actiones sunt de iure ciuili, ita & exceptiones. In quodam ueteri Codice ita legitur, sicut actiones

20 sunt de iure gẽt. ita & exceptiones. † Quæro, quid de obligatione ex contractu dotis? Tex. est q; sit de iure gent. l. eas

21 obligationes. ff. de cap. di. † Quæro, quid de seruitutibus? Videtur q; sint de iure ciuili, nam si essent de iure gẽ. qd̃ potest dici naturale, nõ posset tolli per ius ciuile: ut Inst. de iure. nat. §. fi. & tamẽ tollitur per capitis diminutionem, Inst. de usuf. §. morte: & §. pe. Dico contr. q; sit de iuregent. Institit. de usu & hab. §. fin.

ADDITIO.

a Licita. Bellum est licitum, quod indicit princeps. Quid autem de duello, Bal. c.j. de pac. tenen. & eius uiolator. et ibi de eo qui moritur in pugna, an moriatur seruus pœnæ? Et dicit q, non, nec suũ testamentũ rũpitur, secus si capiatur, & seruetur. Bar. l. qua actione. §. si quis in colluctatione. ff. ad leg. Aquil. Bal. & Imo. l. cum filius. §. fin. de leg. ij. mod. rub. de cle. pugnan. in duello. & c.j. & fin. eo. tit. & Bal. l. is penes quẽ. C. depos. & hic in viij. q. Guilel. & Bar. l. imp. la. ij. ff. de stat. hom. & de bello licito per An. in disp. renouata guerra, in princ. & quærit Bal. l. fin. in fin. C. de prob. quid si probatio in causa capitali committitur pugnæ, utrum conuictus per pugnam debeat mori. Vltra quem addo c. ij. de pur. uulg. l. libertorũ. C. de testib. & quid posśim facere in eum quem uici in duello? Bal. l. j. C. delati. libe. quando duellum sit licitum, ibi uide.

b P.PAV. P. Hostes. Bar. d. l. hostes. ad fin.

c Principis. Imo. c. q, super his. de uoto. & c. sicut. de iureiur. & in c. quod super his. de resti. §. pol. quod retulit post Bar. et ibi Imo. l. de pupillo. §. Sextus Pedius. de oper. non. nunc. Adde quis posśit indicere bellum, Old. cons. lxx. & an duellum sit licitum, Bal. cons. xxviij. j. lib. & ccx. co. lib. Et quis posśit de iure bellum indicere, & qualiter sit fienda distributio acquisitorum in bello, & per quem & multa de bello, per Calde. cons. j. de treuga & pace.

d POMA. Op. Bar. gl. Cast. l. iij. ff. de testam. & A lex. cons. xx. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de const.

e Falsa. Imol. l. j. prin. de acq. poss. Ang. in repet. l. si quis ui. §. differẽtia. eo. ti.

f P. PAV. P. Glos. An & quando dominium sit de iure ciuili. Aret. l. tertia ff. de test.

P. PAV. P.

g P.P AV.P. Ciuili. Mar. Laudẽ. in trac. primogenituræ, Bertach. in uerb. primogenitura.

h Acquiritur. gloss. nostræ. l. j. ff. de acq. rer. do.

i Monachationem. No. l. j. ff. de acq. rer. dom. & l. constitutio nib. ff. ad mun.

k POMATES. Tamen. Bal. l. traditionibus. C. de pac. Fel. c. cum uenerabilis. uer. dicit gl. de excep.

P.P AV.P. l. Pomp. §. si iussu. post Bar. de acq. poss. §. fi. Insti. de off. iud. Iaf. hic. Item q, transferatur, quando pronũciatur super aliqua diuisione, Ant. de But. cõs. lxxvij. circa mediũ. gl. & Bar. l. & ideo. ff. de condi. furt.

l Dominiũ. Bar. d. §. si iussu. & Bal. l. ij. & iij. ff. de pub. ubi dicit, quòd in petitione hæreditatis, sententia sine possessione facit uictorem uerũ dominiũ. Bal. l. traditionibus. C. de pac. ad fin. Et idem dic in sententia arbitri, Inn. & doct. c. Reynal. de testa. Et de hoc an per sentẽtiam transferatur dominiũ, Bal. l. j. C. com. utriusq; in. ubi etiam ponit, an ex diuisione transferatur dominiũ. & Bal. hic j. q. & Imol. in rub. ff. de re iud. gl. d. §. fin. Inst. de offi. iud. Sed per sententiam arbitri nõ transfertur dominiũ, nec per cõpromissum, nec laudum dicitur quis alienare, Bald. l. fin. in fin. C. cõm. deleg. & de materia habetur per omnes in c. proposuit. de conces. præben. c. j. & c. cum nostris. eo. tit. Pet. de Anch. in clemen. auditor. de resc. Adde an per sententiam transferatur dominium. Alex. cons. xxij. lib.

m Transfert. Imo. cont. in c. proposuit. de conces. præb. scripsi post Roma. in d. §. si iussu.

n Emulationẽ. Imo. c. Pisanis. de restit. spol. & Bar. l. j. ff. quod cuiusq; uniuersi. l. ij. ff. de colle. illici. & in l. ij. de uerb. sig. & in extrauagã. qui sint rebel. uerb. Lomb. ardiæ. & Bal. de pace Cõst. circa prin. Bal. l. opus. de ope. pu. et l. quicũq;. hic alle. p eũ. Bal. & Ang. hic, no. q, non licet ædificare ad emulationẽ alterius ciuitatis uel castri, uel si posset suspicionẽ seditiõis inducere, aliàs sic, Bal. de pa. Con. uer. nos. Ro. dicit quòd si ex plurib. castris alicuius ciuitatis fiat una cõgregatio, quæ uelit se insurgere in nomẽ ciuitatis, nõ põt fieri sine cõsensu regẽtiũ illi ciuitatẽ, in cuius territorio ædificatur. l. j. ff. de coll. illic. ar. l. antep. §. pe. ff. de re. di. secundũ Odof. & C. de fund. li. l. quicunq; castellorum. in auth. qui mo. na. effi. sui. §. si quis igitur ex quolibet. Adde etiam post Iaf. an liceat ædificare ad emulationem, Bal. cons. li. j. lib. Ro. cons. lij. Ang. cons. cxx.

o POMA. Dicas. Ale. cõs. clxxij. in fi. in ij. uol.

p Gent. Bal. rub. de cont. emp. in prin.

q Naturalis. Bar. l. Iulia. ff. de cond. indeb.

r Antidora. doc. c. tuam. de eta. & quali. Adde post Iaf. circa primum effectũ obligationis antidoralis, q, ualeat donatio remuneratoria, sine insinuatione. Ro. cõs. xcv. Pau. de ca. cõs. cv. et. ciij. Bal. cõs. li. Cal. cõs. l. j. de Ang. cõs. clxxix. Et Ro. an sufficiat confessio bene meritorũ in instrumento. Circa uerò secundum effectum, ubi ponit, an donatio propter in gratitudinem possit reuocari, adde quia non ualet pactum, q, donatio propter ingratitudinem non posśit reuocari, Bal. cons. ccxcv. ij. lib. & cons. xviij. iij. lib. Et an donatio facta ecclesiæ, reuocetur per ingratitudinem prælati, Ro. cons. clxxiiij. & Old. cons. cclxxviij. Quo ad tertium effectũ, adde quod uoluit Pet. de Anc. cons. ccxlviij. ſ. q, ubi aliàs non ualet donatio, nec relictum factum per sacerdotem concubinæ, quod tamen ualet in recompensationem bene meritorũ, si illa probentur. Et dum dicit etiam, q, ualet donatio inter patrem & filiũ ob merita remuneranda, adde Bal. cons. cccxvij. iij. lib. ubi dicit, q, debent apparere idoneæ merita, quod facit ad hæc dicta per Iaf. sci licet quanta debeant esse merita. Et unum singulariter no. q, licet communiter concludatur, q, donatio inter patrem & filiũ ualeat, cùm merita in instrumento sint specificata, tamen si in instrumento dicatur sanguinis affectione, & ob alia merita, potius præsumitur donatio celebrata naturali affectione, quàm ob merita, Cast. cons. cv. & de donatione uicissim facta inter coniuges, quando ualeat, Abb. cons. xlviij. quo ad septimum effectum, uide Oldra. cons. xxx. circa octauũ effectũ, Old. cons. ccxxxj. cuius uerba de eo mentionem non facientis, refert Io. And. in loco hic per compatriotam allegato. Et ibi uide quanta debeãt esse merita circa xj. effectũ, Rom. cons. cxcix. Cast. cons. cij.

s Actionibus. An actiones sint de iure ciuili, & quid de actione de dote, Bar. l. eas. de cap. dim. & est contrarius in rub. C. de pri. dot.

t POMA. Primũ. Fel. c. quæ in ecclesiarum. de const. Bar. b. cons. j. uol.

u POMA. Gl. hic communis conclusio solet esse, q, sint de iure ciuili, et per consequens princeps potest eas tollere. Super quo tu no. q, licet princeps posśit eas tollere, non tamen potest facere, quin mihi reddatur iustitia, ideò fiet executio manu regia. Fel. c. quæ in eccl. ext. de const. quod tamen declara ut ibi per eum.

x POMA. Sed quæro. Math. no. xlj. vj. art. in prin. uer. in contrarium. Fel. c. j. de resc. Math. no. xlvj. ad fi. ad tex. in uer. itaq;. Bar. cons. j. uol. j. Bar. super ff. uet.

y Maleficio. Et hoc uidetur restringendum in actionibus quæ dantur ad meram pœnam ex parte agentis & rei, quia dicto iure naturali, gentium & diuino, non tenetur quis ad meram pœnam applicandam aduersario. xij. q. ij. c. fraternitas. Sed ubi ex delicto daretur actio ad restitutionem rei iniuste ablatæ, uel ad emendationes damni illati per dolum, uel latam culpam, tunc illa actio uidetur oriri ex naturali obligatione, tam de iuregent. q̃ diuino. l. j. ad fi. ff. de fur. & Inst. de ob. quæ ex quasi delic. et Bal. l. post decisi. C. de fur. Bal. auth. ad hæc. C. de usu. an in oblig. ex maleficio, insit naturalis, & quæ dixi post Bal. l. reos. de accus.

z Descen. Fel. rub. de exce.

LEX. VI.

1 Libello si additur uel detrahitur aliquid, quando dicatur nouus libellus.

a IVS ciuile. [a] Hic incipit tertia pars iuris priuati. Ius ponitur illatiuè, sed ordo non, quia uidimus quid est ius, uidimus quid naturale, quid gentiũ, ergo uideamus eorũ diuisionẽ, quia aut constat ex scripto, aut ex nõ scripto. Et secundũ ista, dictio aut, stat propriè, secundũ gl. aliàs aut, pro, &. Et exponimus ius, ſ. scriptum. & dicit, adiudicãdo, f. dando bo. poss. de quibus j. & C. de bo. poss. per totũ. Et

1 primò no. quid sit ius ciuile. † Secundò no. q, quãdo aliquid additur, uel detrahitur alicui rei, q, tunc sit species de per se, & aliquid ualet, dicã statim. Tertiò no. q, hoc ius est diuisum in duo membra, quia aut est scriptũ, aut non. Itẽ no. partes iuris scripti, in l. ius autẽ. hic posita. Itẽ no. q, ius

b [b] prætoriũ, quandoq; corrigit, quãdoq; supplet, quãdoq;

2 iuuat ius ciuile. Inducit hæc lex in ar. † ad q. quòd si forma tur libellus, & posteà aliquid adiiciat, uel detrahatur, q, di

c catur esse nouus libellus, [c] ar. huius l. secundũ Gul. Intelligo tamè dictum suum quando detrahitur aliquid, uel adiicitur, de his quæ habent substãtiare libellũ. l. j. ff. de eden. & l. edita. C. de eden.

ADDITIO.

a Ciuile. Ro. cons. xlv. scripsi in l. C. quando non pet. par. ad tex. in uer. itaq;. uide Barb. cons. j. uol. j. Et quando ius ciuile extendit ius prætoriũ, an in casu extensionis, dicatur ciuile, Are. l. v. in prin. de uer. ob. & Iaf. ibi. quomodo autem differat ius legale, à iure naturali, uide Io. And. reg. possessor. in ij. q. in mer. ubi alleg. ipsam l. & doc. rub. de const.

b Ius. Idem dicas in tutore in testamento inualido, si confirmatur à iudice, dicitur datus, ut hic per Ang. secus si daretur, Bal. l. edita. et Pau. de Leaza. c. quod sicut. ext. de elec. And. Barb.

c Libellus. c. ij. de cõst. in vj. l. j. ff. j. ad leg. fal. Bal. l. edita. de edẽ. Bar. l. talis ad fi. de leg. j. Ang. & mod. l. scire. in prin. de uer. ob. Bal. l. edita. in repet. Peru. in vj. q. princ. & quæ scripsi in d. l. scire. post Io. de Imo. ibidem. Ang. & l. j. §. si quis. uerſ. dum adijcitur. de uer. ob. Bar. l. qui fundum. ff. de cõt. emp. Inn. c. j. de libel. obl. & ibi uoluit q, si opponatur aliquid, uel adijciatur, quod poterat comprehendi sub generalitate libelli, non dicatur nouus libellus. l. in delictis. §. si detracta. de nox. Declaratio autem bene admittitur post terminum. l. hæredes. §. sed & si. de testa. Dy. reg. in obscuris. adde post compatriotam meum, inquantum in tertia eius decisione dicit, q, per illa uerba. autoritate nostra, ordinarius efficitur delegatus. Ro. cõs. cclxxxvo. ubi uidebis, an Alle. eum debitè reprehendat, l. uiro. ff. so. ma. Quò uerò ad id quod tangit, an reficiens dicatur de nouo facere, posui in l. j. ff. de ope. no. nũ. Quò uerò ad id quod ultimò tangit, de testamento facto apud barbaros, adde quod Bal. aliter loqtur, cõ. clxiij. cũ seq. ij. li. Pro cõcordia. Aduerte q, Bar. in hac rep. nõ meretur allegari sibi cõtrarius, prout à qui busdam. uer. ecce alia. dicit statutum, q, qui per decem annos & c. tenet non uidere, et hoc propter malam fidem, quæ nutrit peccatum. quasi sit contra ius diuinum, et tamen contrarium allegatur idem Bar. tenere in l. sequitur. §. si uiam. ff. de usuc. si tamen bene inspiciatur. Bar. non sibi contradicit, eò quod in d. §. si uiam. non dicit q, ualeat indistinctè. imò quasi idem in effectu, dicit q, in hac rep. Et dum dicitur hic, q, non ualet, debet intelligi secundum diffinitionem, ſ. quò ad tollendam funditus obligationem naturalem, quæ tolli non potest, nisi contrario actu naturali. l. nihil. ff. de re. iur. Et ita sentit Bar. dum dicit, tollitur obligatio ciuilis, & lædit effectus naturalis, quando dicit statutum, cadat à iure suo, quantùm autem ad effectum eli dit, sed non ualet quantùm ad tollendum ius naturale, multò minus tollit prædictum statutum, obligationem naturalem, quando dicit in secundo casu, non audiatur, quia nulla tollitur obligatio, sed præcluditur uia agendi, & sic non ualet, intellige ut tollatur obligatio naturalis, ut in hac rep.

& ualet quò ad effectum. Et ita intelligatur in d.§.si uiam. ubi sicut differẽtiam an statutum dicat non audiatur, elapso aliquo tempore. et elapso tempore cadat à iure suo. Bar. l.fi. ff. rem ra. ha. Pa. c. fi. de præſc. Nico.

LEX IX.

1 *Relatiuum, quis uel qui, quando ponatur declaratiuè, quando reſtrictiuè, & quando augmentatiuè.*
2 *Princeps ſolus conſtituit legem uniuerſalem, populus particularem.*
3 *Populus carens iuriſdictione, ſine autoritate ſuperioris circa cauſarum de ciſionem ſtatuere non poteſt, ſecus circa adminiſtrationem rerum ſuarum. & nu. 162. & 51.*
6 *Collegia licita, in pertimentibus ad ipſos collegiatos, poſſunt ſtatuta facere.*
7 *Ciuitatis pars in perimẽtibus ad ipſam partem, poteſt ſtatuta facere, ſecus quò ad cauſarum deciſiones 28.*
8 *Rex, Legati ſedis apoſtolicæ & alij maiores iudices ſimiles prædictis poſſunt facere ſtatuta.*
Comites, Barones, Marchiones, epiſcopi, & alij habentes dignitatem perpetuam, poſſunt ſtatuta facere.
9 *Præſides prouinciarũ miſſi ab eccleſia, non poſſunt facere ſtatuta, ſine cõſilio prouincialium.*
10 *Maiores iudices dicuntur illuſtres, uel ſpectabiles.*
11 *Poteſtas qui habet arbitrium imponendi pœnam, ubi non eſt expreſſa lege uel ſtatuto, non poteſt illam declarare in principio ſui officij.*
Excommunicati etiam interdicti, non poſſunt facere ſtatuta.
14 *Statuentes & non habentes poteſtatem, ſi dolo malo cauſa occupandæ iuriſdictionis faciunt, incidunt in l. Iul. maieſt.*
15 *Statuta qualiter fiant.*
Princeps ſolus poteſt condere ſtatuta, licet humanum ſit quòd conſilio prouerium utatur.
17 *Statutum ſi fiat ab his qui remanſerunt in ciuitate, quod ualeat quando abſentes ſunt iuſtè expulſi, ſecus ſi iniuſtè.*
18 *Conſenſus omnium ſimul requiritur, & non ſufficit quod ſeparatim omnes conſentiant, quando ſtatuta conduntur.*
19 *Populi uoluntas in condendis ſtatutis, poteſt per ſigna & nutus explicari.*
20 *Populus tantum & non alius iudex, poteſt alteri demandare, & committere quod faciat ſtatuta.*
21 *Statuta facta ſuper diſpoſitis à nullo iure, ualent & ſuper diſpoſitis à iure naturali uel gentiũ, addendo uel minuendo, in totum autem tollendo, non.*
22 *Statui quando poſſit ſuper diſpoſitis à iure diuino.*
23 *Statutum quod bannitus poſſit impunè occidi, ualet.*
24 *Statutũ q, qui per decem annos non petiuit debitum, cadat à iure ſuo, non ualet, ſecus ſi dicit, q, inſtrumentum præſumatur fictitium.*
25 *Statutũ ſi dicit, q, contractus minoris etiam ſi fuerit iuratus, non ualeat, niſi interuenerit conſenſus duorum conſanguineorum, non ualet. Secus ſi dicit quod aliter factus, præſumatur doloſus.*
26 *Statuere quando poſſit ſuper diſpoſitis, uel prohibitis à iure cõmuni, Arg. de pacto ad ſtatutum quomodo procedat.*
27 *Statutum factum à ciuitate, ne à ſententijs ſuorum iudicum liceat appellari, an ualeat.*
29 *Statutum primum præcedens, quando poſſit per ſequens mutari.*
30 *Statutum, quod qui uenerit ad habitandum in tali caſtro, gaudeat immunitate perpetuò, non poteſt reuocari in præiudicium eorum qui iam uenerunt.*
31 *Statutum præcedens habens clauſulam derogatoriam ad ſecundum, quando poſit per ſecundum reuocari.*
32 *Statutum primum, ſi eſt iuramento firmatum, quando poſſit per ſecũdum tolli.*
33 *Statuti reuocatio, an eandem ſolennitatem exigat, quæ in condendo. Iuramentum an habeat uim uerborum derogatoriorum.*
34 *Statutum iuratum, an poſſit per ſecundum reuocari.*
35 *Statuta ſi ſunt duo in eodem uolumine contraria, attẽditur ultimo loco poſitum, niſi poſſint per diſtinctionem reduci ad concordiam.*
37 *Statuta à quo tempore ligent.*
38 *Bannitum ſcienter capiens debet habere præmium ſtatuti, etiam ſi ſtatutũ ignorauit.*
a ſeruus eſſe nō pōt. Quæro [a] quæ requirant ad hoc, ut homo liber efficiat ſeruus? Dic ut in gl. Inſt. de iur. perſ. §. pen. &c.

ADDITIO.

a *Quæro. Not. illud mirabile hic, ſecūdū Ang. q, licet minor. xxv. & maior. xx. non poſſit alienare ſua bona, poteſt tamen alienare ſe. Cy. auth. ingreſſi. C. de ſac. ecc. & Inn. c. in præſentia. de prob.*

LEX VII.

1 *Statutum quod qui cœperit lupū habeat decem, ſi aliquis capit lupam præ gnantem, num debebit pro quolibet lupatino habere decem?*

a QVi in utero.[a] Qui eſt in utero, pro nato habetur, quo ad ſui commodum. Opp. ad hanc l. hic dicitur, qp habetur pro nato, ut ſibi proſit, non autem ut alij proſit. contra l. lmp. ī. eo. quia matri etiam prodeſt, quia interim non poteſt puniri, ſi faciat maleficiū. Sol. Illa debet intelligi ſm iſtam, quia fallit, & prodeſt ſibi, quia etiam ipſe puniretur, ſi ipſa occideretur. Opp. l. j. §. j. de uen. in poſ. mit. Sol. dico etiam qp illo caſu fallit. Opp. l. fi. de coll. bo. gl. non ſoluit, dic qp ideò ibi non ſit collatio, quia ille qui eſt in uētre, non poteſt dici qp ſit in poteſtate patris, ut ibi in tex. dic ut ibi per doc. Inducitur hæc lex in arg. ad q.
1 p Gul. ſtatutū dicit, † qp ſi quis ceperit lupū, * habeat decem, modò quidam cepit lupam prægnantem, ān pro quolibet lupatino debeat habere decem? Et uidetur quòd ſic, ut
b hic. Cont. tenet Gul. [b] & facit l. ſed addes. §. ſi quis mulierem. ī. loc. Nec ob. hæc lex, quia loquitur quando tractatur de commodo ipſius partus, hic autem in quæſtione noſtra, non eſſet commodum ſuum, ut patet in cont.

* *Lupum. Not. Bar. l. cū ſatis. nu. xiij. de agr. & cenſ. lib. xj.* I. Conc. B.

ADDITIO.

a Vtero.l.cùm inter,& quod ibi no.Bal.C.de fideic.li.& l.fi.C.de lib.cau.& l.fi.C.de bo.proscri.& l.quod dicitur.ff.de lib.& posth.& Ang.l.Arethusa.ff.eo.l.ij.§.quæ autem.& ibi Bal.ff.de exc.tu.Item no.q,posthumus non habetur pro nato,quo ad ætatem habilitandam,exemplum,si mandat Papa prouideri Titio de beneficio si est maior pupillo,non cõputabitur tempus,quo fuit in utero,etiam quod istud esset ei utile, quia Titius consequeretur beneficium. Bald.c.cùm in cunctis.exẽ.de elec.l.non est pup.ff.de uer.sig.Franc.cons.xlix.Item quod appellatione hominis in statuto, non ueniant existentes in utero,Berta.in trac.de gabellis,in j.parte.viij.partis principalis.& ibi quædã alia in materia partus.Item an posthumus antequam nascatur,dicatur,homo.Barb.in repe.l.cùm acutissimi.C.de fideicom. Bal. l.quod dicitur.ff.de lib.& posth.l.cùm inter.C.de fideic.lib.Item an contra existẽtem in utero currat præscriptio,uide Fel.c.j.exẽ.de resc.item antequã nascatur posthumus,sit suus hæres,tas.l.ij.C.de bo,poss.cõt.tab.l. qui se patris.C.unde lib.

b Gul.Bal.l.fi.C.de lib.cau.Et quid si habet lupatinos ad ubera.Imo.l.sal.placuit.ff.ad l.falc.Pro cõcordia,aduerte quod Alex.l.si unus. C.de testi.alleg. Bar.contrariari,eo quia in hac l.imp.dicit,q tabellio posit corrigere post publicatum instrumentũ,&c.& quod tamen contrariũ tenuerit in l.cancellauerat.ff.de his quæ in testa.delen.Sed Bar.non meretur allegari contrarius,nam alia est quæstio,An notarius possit corrigere errorẽ suum, de qua in prima opi.Alia est quæstio,an appostillæ appositæ per notarium, faciant fidem,quasi sine die,& cõsule,& sic alio tempore factæ,quàm tempore cõtractus.Et ita loquitur secũda opinio,quod nõ ualeant. Pan.c.cùm uenerabilis.de relig.do.in fi.cum concor.ibid. Aduerte tamen q,in d.l.cancellauerat.illa cancellatio ualet,licet non trabatur ad omnes,quia de absolutione constabat forte per aliud instrumentũ.l.fi.C.de sen. ex breuit. reci.

LEX VIII.

1 Grammatica mala non uitiat instrumentum.
2 Tabellio quando posit corrigere errorem suum, post publicationem instrumenti.& nu.4.
3 Notarius si in confessione instrumenti, omisit diem, & consulem, quando illud posit apponere.

IMperator.No.quod error tabellionis,parti non nocet. Et gl.exemplificat in mala grammatica, nunquid propter† malam grãmaticam,uitietur instrumentum tabellionis?Et uidetur quod nõ,ut hic in gl.& gl.de resc.c. ad au
2 dientiam.Quæro, nũquid tabellio † posit suum errorem corrigere,post publicationẽ instrumenti?Et uidetur quod sic,ut hic.Præterea melius esset suũ errorem corrigere, quã, &c.auth.ut fratrũ filij in prin.In cont. uidetur q non, cùm tabellio equiparetur testi,ut ſ.de testa.l.Domitius.sed testis non potest suum errorẽ corrigere post publicationem attestationum,ergo,&c.auth.de testib.§.quia uero. Sol.Dicunt quidã,q si uult corrigere errorẽ in grammatica,potest ar.ſ. de reiud.l.actorum uerba.Si uero aliquid uult addere,uel minuere,tunc nõ potest,quia nouum instrumẽtum facere uidetur, ut ſ.de iust.& iur.l.ius ciuile, nisi consentiat pars, auth.de tabel.§.j.Declarare cutẽ potest,ar.l.hæredes palã.§.
a sed & si notã.ſ.de testa. Tu dic fm Gul.[a] de Cug.q post instrumentũ publicatum,& postquam esset facta copia parti de eo,tabellio suũ errorem corrigere non potest, ar.eius quod dicimus de teste,d.§.quia uerò. & ibi no. nec etiã potest ibi declarare,qa præsumeret suspectus, sicut ī teste.Nõ ob.§.sed & si notã. qa sine cõsensu alterius, cõdere poterat testamentũ,sed tabellio nõ põt facere sine cõsensu partiũ, d.§.j.de tabel.Gul.ī Spec.de inst.edi.§.postremo.uer.sed nũ
3 qd.†Subijcit talẽ q.nũqd tabellio qui fecit instrumẽtũ sine die,& cõsule,hoc potest reficere,& ea apponere,si bene re-
b cordet?[b]Dicit q sic,exẽ.de supplẽ.neg.prel.c.j.& Inst.de uer. ob.in prin.Creditur enim ei,de his quæ gessit, C. de fal.l.si quis decur.& ſ.ad leg.Iul.de adul.l.accusaturus.Distingue, aut incõtinenti seu ex interuallo modico, aut ex interuallo magno.Primo casu poterit, & ualet, auth.de æqualitate dot.§.illud.& ſ.de uer.ob.l.j.in prin.exẽ.de elec.c.officij.& de test.cogen.c.prætereà.uer.quorum testimonia. Alij, q nullo modo potest,etiam incõtinenti postquã est facta copia parti, cum functus sit officio suo,nec etiam sibi tabellioni creditur,in auth.de hær.& fal.§.si uerò absunt. Dicit tamen Spec,q multi sapientes ab eo consulti concordauerunt,& bene,q si tabellio potest ostẽdere se per errorem,& non ex certa sciẽtia hoc omisisse,bene potest ita facere & prædicta apponere,& ualet instrumentũ,aliter non.Consulo tamen sibi,q de licentia iudicis illud faciat.Per prædicta apparet q malè faciunt notarij quidam,qui aliquid in instrumen-
c to omittunt,[c] & postea cùm in margine adijciunt,illud in fine,dicunt,scilicet q suprà per errorem omisi,&c. nõ enim
d potest corrigi error ita incõsultè.Consulo tamen [d] q de au-
e toritate iudicis [e] illam correctionẽ faciant.Quæro †nunqd
4 tabellio tenetur[f] parti læsæ, si non potest corrigere suũ er-
f rorem?Sic.in l.fi.C.de mag.cõue.& l.fi.si mẽs.fal.mo.dix.

ADDITIO.

a Gul.Bald.Rub.C.de fid.inst.uer.sed pone,tabellio. Et dum Bar.dicit quod notarius non potest declarare,adde Bar.l.Gallus.§.idem credẽdum. de lib. & posth.& Ang.hic.
b Recordetur.Bar.& quæ ibi dixi,in l.fi.de tab.exhiben.& Bal.de pace constan.uer.mihi autem.uer.pacta.Et no.q, notarius sine licentia iudicis corgens errorem suũ,uidetur puniendus de falso, Bal.l. cùm proponeretur leg.ij.& Io.An.in add.Spec.de inst.editio.§.instrumentũ.uer. sed nunconfectio.dum allegat l.eos.ſ.de fal.Et uidetur sic probare,quia testibellio æquiparantur,ut hic per doc.sed testis uarians punitur de ..
cos.& expressè.Io.And.in data vj.lib. Decret.& Bald.l.fi.C.de eden.. iiij.quæritur.ergo,&c.
c Omittunt.Sed credo hoc intelligendum quando in prothocollo esset omissum.Sed si esset in prothocollo,& in publico postea facit hoc,credo quòd posit,quotidie fit.Bar.l.j.in prin.de his quæ in testa.delen.Adde quæ dixi post Bar.l.in fraudem.§.sicut.de test.mil.Adde an notarius posit errorem suũ corrigere,Ang.cõs.xcj.Bal.cons.cxxvij.v.lib.Bar.cons.cxcvij.
d POMA.Tamen.Raph.Cuma.cons.xxix.
e Iudicis.Illa est necessaria,secundũ Bal.l.si quis.§.nec iterum.in fi. per illum tex.ſ.de eden.
f POMA.Tenetur.Vide Barb.cons.xlvij.in j.uo.ubi ponit quid in testibus.

LEX IX.

1 Mulier potest esse arbitratrix,procuratrix,pro patre,& coniunctis personis,testis in testamento inter liberos,& in codicillis.

a 1 INmultis.[a] Pone casum,ut in gl. † Quæro nunquid mulier possit esse arbitratrix.Et uidetur dicendũ q sic, cùm non sit prohibitũ,ut ſ.quib. ex cau.ma.l.nec nõ. §.quæ
eis. Cy.l.fi. C.de arb. Item non potest esse procuratrix pro patre,uel cõiunctis personis,ſ.de proc.l. fœminæ.Itẽ non põt esse in testamẽtis testis,** nisi in testamẽto inter liberos,C.de test.auth. quod sine.Item nisi in codicillis,l. qui testamento.§.mulier.ſ.de test.& l.fi.in gl.uer.quinque.C.de codicil.

** Testis. §. Sinec; Inst.de test.I.Conc.B.

ADDITIO.

a Multis.Adde ad hanc l.xxxviij. casus per Spe.in tit.de proc.§.j.uer.item regulariter.cum se.

LEX X.

1 Dispositio quæ potest referri ad duo,ad unum per prius,& ad aliud per posterius,refertur ad id quod est per prius.

a QVæritur.[a] Quando aliquid potest iudicari secũdum minus potens,& maius potens.attẽditur maius po-
1 tens.h.d.No.q† quoties aliquid refertur ad duo,ad unũ per prius, & ad aliud per posterius, refert̃ ad id quod est per prius,l.j.ſ.si ager uect. uel emphy.pe. Inducitur hæc lex ad q. Aliquis tanquam mercator uocatur ad aliquod munus,& tanquam tabellio uocatur ad munus tabellionum,& peritus est in utraq; arte,cui magis debet obedire?
b Dic quod illi arti [b] seu officio cui magis adhæret,seu obedit,ſ.de leg.iij.l.legatis.§.si unus.

ADDITIO.

a Quæritur.De hermaphrodito uide Bal.l.fi.de suis.& legit.& ibi etiam an imponatur ei nomen masculi.Et ad hanc l.uide Ang.l.de quibus. ſ.de legi. & Ant.de But.c.omnis.de pœn.& remiss.Adde de hermaphrodito,an succedat in feudo,cons.ccccxxviij.j.lib.Abb.c.j.de iur.pat.q, cõpositum assumat naturam dignioris,& uide quod per hanc l.dicit Matth.not.cccxcvij. Barb.cons.ij.in ij.uo.Tas.l.imperium.ff.de iurisd.om.iud. Bald.l.fi.ff.de offproconſ.Pro corroboratione regulæ,q, ubi aliquid participat de duobus, quod attenditur magis dignum,Tas.l.Imperium.ff.de iurisd.om. iud.Bart.l. solet

solet.ff.de ali.& cib.in illo articulo,quando duo sunt,quorum unus est dignior,alius laicus,licet ista nõ sunt propriè de regula huius legis.Item quod denominatio fiat à digniori,Tas.l.j.de uer.ob.
b Arti.Aliter uidetur dicere Bal.l.pe.de const.pe.Bar.l.fi.de colleg.illici.

LEX XI.

1 Matrimonium si est contractum inter gradus prohibitos,& superueniat dispensatio papæ,an filij nati ante habitam dispensationem,sint legitimi?

a CVm qui.[a] Alias, Paulus. Matrimonium à principio illicitum,non ualidatur per ius superueniens quantùm ad legitimationẽ filiorum iam natorum. Opp. l.nuper.& l.cum quis.C.de nat.lib.Sol.Ibi ille coitus erat licitus,& de iure nostro, ut ſ.de cõcub.l.in concubinatu.hic uerò iste coitus erat omnino illicitus de iure nostro,& ideò cessante causa impediente, non cõualidatur matrimoniũ. Opp.l. quinta & l.si contra. C.de nup.Sol. Aut superuenit consensus patris expressus post contractũ matrimonium, & tunc cõualidatur,ut in contrario. Aut tacitus,& tunc matrimonium non conualidatur, ut hic. Hæc sol. reprobatur per doc.quia contra tex.illius legis.Quare dic,& melius,ut ibi no.quia non cõualidatur,ut retrotrahatur, sed ex tunc
b ĩcipit ualere,hęc uera fm Iac.de But.Opp.§.fi.[b] Inst.de nup. Gl.non soluit.Dic q ille coitus fuit legitimus, non autẽ reprobatus.Istam l.intellige,q loquitur de iure nostro, non
1 de iure canonico, ut dicitur hic.Inducit̃ hæc lex in arg.† ad q. q si matrimoniũ est contractum inter gradus prohibi-
c tos, licet superueniat dispensatio papæ,[c] tamen filij ante nati* sunt legitimi,fm Gul.per hãc.l.Ego puto opi.Gul.procedere, nisi coniuges hoc ignorauerint,quia tunc coniuges excusarentur,& filij essent legitimi, ut no.l. q cõtra.C.de incest.nup.Itẽ dicit gl.hic, lege nõ caueẽ. Nam error habetur pro tit.ſ.de usuc. l.Celsus.Et sicut iustus error dat iustũ tit.ita in matrimonio dicuntur isti filij legitimi. Et qd si unus ignorabat?Dic ut in c.ſi.exẽ. qui filij sint legit.& ibi habes q sint legitimi. Quæro,quid si superueniret causa dirimẽs matrimonium,ut quia est patefacta consanguinitas, & diuortium est secutũ, an sint legitimi, de hoc dic,ut d.c.ij.

* Nati. Addas negatiuã, quæ typographorum incuria omissa est,mens enim Bar. est (ut ex seq. apparet) huiuscemodi filios non legitimari. Quã sententiam C.ſi.l. vj.C.de legi.et Anch.cõs.cccc x.sequuti sunt.

I.Conc.B.

ADDITIO.

a Eum qui.Bar.Bal.& doc.l.& si contra.C.de nup. & Bal.l.si qua illustris. C.ad Orf.Anch.cons.xx.Abb.cons.xij.lib.ij.
b §.fi.Sed an uideat statutum,q, non posit contrahi matrimonium, sine consensu patris,Bal.l.omnem.C.ad Tert.cum concor.
c Papæ.Bal.c.j.§.naturales.si de feu.fiue. cõt.Cy. hic,nisi fiat mentio de ipsis filijs.Et secundũ Cy.fuit de facto in quibusdam de Vbaldinis,Bal.l. & si cõtra.C.de nup.Bal.in l.bonorũ.ſ.rem ra.hab.& in l. ex liberâ.C. de suis,& legit.adde q, Pet.de Anch.consuluit,q papa legitimat filios natos in figura matrimonij in gradu prohibito,etiam altero coniugum mortuo,ratificando matrimonium,ut uidere poteris eius cons.ccxx.

LEX XII.

1 Nasci in sexto mense,& uno die quis potest.
Item natus ultra duos dies post decimum.

SEptimo.Natus in septimo mense dicitur legitimus. Et
1 no.gl.† q in sex mensibus & in uno die potest nasci,itẽ natus in nono est legitimus, & si nascat intra decimũ, uel per duos dies ultra,est legitimus,§.mulier.auth.de test. & ea quæ pa.gl.l.fi.C.de posth. hær. & ibi per doc.in l. Gallus.in prin.& §.j.& ibi per me.de lib.& posth.Et hęc sunt notanda pro materia successionis,an sint legitimi,uel non.

LEX XIIII.

1 Statutum quod amputanti membrum alicui,amputetur simile membrum, non comprehendit amputantem digitum.
Digitus non est membrum,sed officium membri.

a NOn sunt.[a] Partus monstruosi, id est, contra naturam,seu formam hominum non dicuntur esse legi-
timi.*h.d.cum gl. Et no. gl. quæ dicit quantum ad hoc instituit debeant. Opp, imò est si
* Legitimi. Opi Bar.super ff.uet.

lius.ſ. de uerb. sign. l. quæret. Sol. quantùm ad hoc,ut conditio matri apposita,uideatur impleta,dicitur filius,non quantùm ad successionem paternam,ut hac l.Inducitur hæc
b lex[b] in ar.ad q.Statuto cauetur,† quod si ali-
1 quis aliquod membrum alicui amputauit, quod idem membrũ sibi amputetur, modò
c quidam amputauit alicui digitum,[c] an puniri possit ex forma statutiꝰ Et dic q nõ, tex. est hic cũ gl.Nam digitus nõ est membrũ,sed officium membri,ut ſ.de ædil.edi.l.Idem Offilius.& hoc consului.

nor hũc locum ex Cratylo Platõis desumptũ esse. Si ex homine,imgt,alia proles q̃ humana producatur, quod nascitur, homo uocari nõ debet. I.C.

ADDITIO.

a Non sunt.An occidens hominem monstruosum,puniatur pœna homicidij. Bal.Ang.& Imo.l.quod dicitur.de lib.& posth.
b POMA.Hæc l.Bar.cons.cj.inci.quæritur.
c Digitum.Mar.Sil.hic,quod Odof.& Bal.Bar.l.ij.de pub.iud.Bar. cõs.ccj.

LEX XV.

1 Conditio in dando,potest per alium impleri.
2 Natus primò,Quis præsumatur,an masculus,an fœmina,in natis uno partu,si ignoratur quis fuerit ultimus.
3 Seruo si dicatur,uade ad pontem,& si obuiaueris seruo liber esto,& seruus dicat seruo,uade ad pontem,& si obuiaueris libero,liber esto. Si serui inuicem se obuiauerunt quis ipsorum erit liber.
4 Natus an dicatur,extractus ex uentre?

a ARethusa.[a] In prima parte ponitur thema,in secunda parte ponitur duplex quæstio,in tertia respõsio ad primam, in quarta ponit determinationẽ secundæ quęstionis,in quinta ponit determinationẽ suam per similẽ,in sexta ponitur quædã diuisio,in septima ponitur quædam excusatio,quam facit iurisconsultus.Secũda ibi,quęsitum.Tertia ibi,& hęc cõditio.Quarta ibi,sed dubitari nõ. Quinta ibi,ueluti.Sexta in prin.l.seq.Septima,& ultima in fi.ibi,quæstio ergo facti,&c.Et in summa hoc dicit, Conditio ancillæ apposita circa libertatẽ, si tres filios pepererit, impletur tres filios pariendo, adeò quod quartus partus dicitur esse liber,cùm mater sit libera,& conditio in dando
1 apposita,potest impleri per aliũ.h.d.† No.tex.ibi nec enim, &c.Et no.quod cõditio in dãdo potest impleri per alium, l.fi.de cond.inst.Itẽ no.quod Iurisc̃ons.non interrogaẽ de facto,sed de iure.Opp.ad hanc l.dicitur hic,quod potest conditio impleri per alium.Cõt.l.j.§.ne autem.de cad.toll.Sol. ibi loquitur de conditione in faciendo. Opp.ad hanc sol. de eadem l.uer.si uerò talis.§.quid enim.Sol.Aut conditio consistit in dando,& obtinet,ut hic, cum si.Si in faciendo, tunc si requiritur industria personæ,nõ potest impleri per alium,ut in secũdo casu,aliàs per quemcũq;. Opp. dicitur hic,quod conditio impletur eodem momẽto,imò uidetur cont.l.qui hæredi.§.fi.ſ.de cond. & dem. Sol.non est cõtra, quia hæc cõditio fuit impleta eo modo quo fuit apposita,
2 quia data fuerũt decẽ,antequã pareret,ut in cont. † Quærit gl.l.prox.quid sit præsumendum in dubio, si ignoratur quis sit ultimus.& sic liber.Sol.Aut peperit masculum, aut fœminã,aut tres & fœminas.Primo casu præsumitur prius natus masculus quã fœmina,sic fœmina erit libera,de reb. dub.l.si fuerit.§.fi.Hoc reprobatur per doc.nec facit lex allegata ad hoc,quia est fauor ibi libertatis,ut mater iudicẽt̃ libera,& per cõsequens partus,sed in casu nostro non est sic, si diceremus masculũ primò natum,nõ ex eo erit libera fœmina.Gl.uadit ulterius,& dicit,quod in dubio, omẽs sunt
b liberi,nec potest sorte dirimi,[b] & ita põt responderi ad hoc ar.l.cùm inter.C.de fideic.lib.Pet.reprobat hãc opi. primò per hunc tex.in l.idem erit.ibi,non posse dici utrũq;.Et hoc etiam tenet Gul.de Cug.hic,quod nullus sit liber. Nec ob. l.cum inter.alleg.quia aut cõstat testatorem nullum excludere uoluisse à libertate,& tũc omnes sunt liberi, ut in cõt. Aut constat aliquẽ uoluisse peruenire ad libertatem,& alios excludere,ut i casu legis nostræ,& tũc nullus erit liber, arg.l.duo sunt Titij. de testa.tu. Nam hic dicit, si tres peperit,patet ergo,quod nullus istorũ ex uolũtate testatoris est liber,cùm ipsa ante tres non sit libera,hoc tenent Gul. Per.

& Cy. Quæro nũquid tertius sit liber. De quarto non est dubium quod est liber, & dico, q etiam si tertius est liber, per uer. incipiente. nam aut intelligit incipiẽte quarto partu, & non habet locum tex. qui sequitur ibi, qui posteà nascitur, quia post quartum partũ, nullus nascitur posteà. Aut intelligis incipiente tertio partu, & tunc habeo propositum. Dicũt quidam, quod & tertius est liber. Item in uer. ueluti. eo. momento cùm impletur conditio. Arethusa sit libera. Pro hoc l. fi. de cond. inst. ubi eodem momento impletur conditio. Cont. determinat hic Pet. & Gul. per l. idem erit. ff. eo. Nã si tertius esset liber, ergo & quartus, quod esset contra tex. allegatum ibi, utrunq, &c. Item conditio debet impleri in forma specifica, l. Meuius. de cond. & demõ. Non ob. cont. præalleg. in uer. incipiente. quia ibi debet exponi partu, s. quarto. Item ibi, qui posteà nascitur, intelligitur de eodem quarto partu. Nõ ob. uer. ueluti. quia cõditio fuit plene impleta, & data fuerũt decem ipsa parturiente, & antequã pareret, quod non est in q. nostra. Ad hoc enim ut illa conditio sit impleta, oportet quod tres filij sint perfectè editi. Et
3 per prædicta † potest respõderi ad q. de ponte, ut si dico seruo meo, uade ad pontẽ, & si obuiaueris seruo liber esto, & tu dicis seruo tuo. Vade ad pontẽ, & si obuiaueris libero, liber esto. nunc seruí isti, inuicẽ obuiauerunt, quis erit liber? Et secundũ opi. illorum qui dicũt eodem momento impleri, & esse liberum, uterq; erit liber, fm illam opi. quam tenet do. meus, erit liber meus, & nõ tuus, quia in eo est impleta conditio, quia seruo obuiauit, quia tui serui cõditio est in
4 fieri, quod nõ sufficit, l. qui hæredi. §. fi. † Quæro, quid si Arethusa non peperit, sed fuerint extracti de uentre, an obtineat hæc lex? Et uidetur quod nõ, quia non est impleta cõditio, quia nõ peperit. Cont. l. etiam ea mulier. ff. de uer. sig. Sol. Aut fuit dictum, si tres peperit, & non uidetur impleta cõditio, cùm mortua sit ante conditionẽ impletam, & per consequens ex legato conditionali, mortuæ, hæredib. nullum ius quæritur, C. de cad. tol. §. finautem. licet secus sit in contractu, Inst. de uerb. ob. §. ex conditionali. & ibi ponunt doc. Si uerò fuerit dictum, si tres habuerit filios, tunc uidetur impleta, l. etiam ea mulier. ff. de uer. sig.

ADDITIO.

a P.PAV.P. Arethusa. Arc. l. ex duobus. de uul.
b Dirimi. Quid si primogenitus debeat præcedere, & ignoraretur quis sit primogenitus. Bal. l. in quib. C. de secun. nup. dicit q, pater potest eligere.

LEX XVIII.

1 Adiuncti ratione permittitur, quod aliàs non permitteretur.
2 Pater potest occidere filiam, etiam prægnantẽ, inuentam in actu uenereo.
3 Duello prouocatus licet sit accusatus, & condemnatus, tamen executio ad mortem debet differri donec pugnauerit.
4 Mulier prægnans damnata ultimò supplicio potest confinari.
5 Mulier damnata in amputatione mẽbri, si est prægnãs, executio differtur.
6 Mulier prægnans damnata, & conseruata postquã peperit, erit etiam conseruanda, si partus alio modo commodè nutriri non posit, aliàs non.

IMperator. Mulier prægnãs non debet dari ultimo supplicio, donec pariat. h. d. No. q mulier damnata consequitur per partum, quod non potest consequi per scipsam. Item ratione adiuncti † permittitur aliquid quod
1 aliàs non permitteretur. Ad primum op. l. si per impressionem. C. quod me. cau. Sol. hoc cõtingit ratione necessitatis, ne patiatur partus detrimentum propter delictum matris. Opp. ad ij. l. j. C. si incõm. eademq; causa re. po. gl. non soluit. Sol. q aut est adiunctũ separabile, aut nõ. Primo casu loquitur contrarium, secundo casu loquit̃ lex ista. Quærit gl. hic loquitur in muliere libera, nũquid idem in ancilla? Et dic q sic, quantũ ad hoc ut seruari debeat, non quantùm ad hoc ut liberũ pariat, quia in ancilla est eadẽ ratio,
2 sic idem ius: l. illud. ff. ad l. Aquil. † Quæro an filiam in actu ueneris inuentã existentẽ prægnantem pater possit occide
a re. [a] Et tenet Gul. q sic, quia impetus seu dolor accerimus patris, eum excusat, licet filia sit prægnans. Hic enim solum factum attenditur, & non iuris ordo siue effectus, ff. de cõd. & demon. l. Mæuius. & ff. de his qui not. infa. l. quid ergo. §. cùm autem factum. & ff. de acq. re. do. l. bonæ fidei. §. pen. ibi dum dicit, ad factum illud pertinere &c. Item inducitur ad
3 † q. de eo qui est prouocatus ad duellum ab aliquo, qui dicit ipsum interfecisse fratrẽ suum, & qui tenetur bellare ex consuetudine illius prouinciæ, si supponat unum pro se, & posteà ille est accusatus & condẽnatus, ut illa de causa executio mortis eius debeat differri, sed Gul. contrà, ut hic uide-
b tur. Quærit hic gl. quid si mulier [b] ista debeat deportari,
4 uel confinari hodie, an possit non obstante partu. Et uidetur q sic, quia lex ista loquit̃ in ultimo supplicio. Cont. tenet Gul. q mulier ista non deportetur, si partus ex hoc habet detrimentũ, quia est eadem ratio in hoc quæ in ultimo supplicio. Si uerò partus non habet detrimentũ, quia potest nutriri alibi sicut hic, tunc dico q posset, l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. Nec ob. q hic dicitur de ultimo supplicio,
5 quia ponitur ad maiorẽ exacerbationem. † Quæro quid si damnata est in mẽbro, an seruetur donec pariat. Et uidet̃ q non, ut hic, quia dicitur hic de ultimo supplicio. In cont. est ueritas, auth. de collat. §. ad hoc prohibemus. ubi comparantur mutilatio mẽbri & ultimum supplicium. Item quò ad iurisdictionẽ æquiparãtur. ff. de iurisd. om. iud. l. imperiũ. & ista est ueritas. Sed nũqd debet examinari interim? Dic
6 q sic, non tamen torqueri. ff. de pœn. l. prægnantem. Quæro † mulier prægnãs est cõseruata, peperit, officialis uult eam tradere ultimo supplicio, dicit ipsa, si tradis me ultimo supplicio, periculũ est ne infantulus pereat, an debeat cõseruari? Gulielmus tenet q non cõseruet̃ amplius, per textũ ibi, donec partũ edat, &c. In cont. uidetur q eadem ratio est in illo casu, sicut quando prægnans est, ergo idem ius est. Prætercà in mora modici temporis nõ est periculũ, ut ff. de iud. l. si debitori. & l. uniuersa. C. de precibus Imp. offer. Idem in seruo uidemus. d. l. j. de bon. prosc. C. & l. si domus. §. in pecunia. ff. de leg. j. & ibi per Dy. Vnde concludo q si commodè per alium non possit nutriri partus, mater debet conseruari, ut prælleg. iur.

ADDITIO.

a Occidere. l. nec in ea. ff. de adul.
b Mulier. Ex hac ratione dicunt doc. prægnantem non compelli testificari, si ex hoc partus incommodaretur: ar. huius l.

LEX XIX.

CVm legitimæ. [a] Legitimè natus quò ad cõditionem & originem patrem sequitur, matrem uerò sequitur non legitimè natus.

ADDITIO.

a POMA. Legitimè. Bar. cons. lvij. in ij. uol. & in l. ne diutius. C. de agri. & cens. lib. xj.

LEX XX.

1 Iurisdictio & dominium æquiparantur.

a QVi furere. Superueniens furor non mutat [a] dignitatẽ,
b siue dominium. h. d. Allegatur [b] hęc lex per Gul. de
1 Cug. † quod iurisdictio, & dominium æquiparãtur, uidelicet quod si aliquis delegat alicui aliquam causam delegabilem, modò ille cui facta est delegatio, non erat capax eius, an delegatus amiserit iurisdictionem? Et Gul. cõ-
c cludit [c] quod non, æquiparando dominiũ iurisdictioni, quia dominium nõ perditur, si ille, cui debebat acquiri, nõ est capax, licet secus sit in possessione, ut ff. de acq. poss. l. qđ meo. §. si furioso. dicam in l. si ego. de neg. gest.

ADDITIO.

a Mutat. Bar. l. j. in fi. de iurisd. om. iud. l. fed nec legatarius. de cond. fur.
b POMA. Allegatur. Fel. c. cùm ex officij. de præsc.
c Concludit. Vide tamen quod idem dicit, in l. si quis. ut §. differentia. de acquir. poss.

LEX XXV.

1 Sententia, quando faciat ius quò ad omnes.

a INgenuum. [a] Not. quod sententia facit ius, inter omnes.
b Opp. d. l. qui repudiantis. §. fi. ff. de inoff. testa. Sol. [b] Aut aduersarius est præsens tempore sententiæ, aut absens. Primo casu, facit ius inter omnes, ut hic. Secũdo non, ut in cõt. Opp. ad hanc sol, imò etiã si est præsens, nõ facit ius. ff. de col-

lusu. dete. l. cùm nõ iusto. Sol. Aut interuenit aliqs legitimus contradictor, aut non. Primo casu, habet locum lex
c ista. Secũdo casu, habet locũ lex contraria. Opp. [c] ad hanc
d sol. l. diui fratres. [d] §. j. de liber. causa. Sol. aut quis per sentẽ-
e tiam pronunciatur ingenuus, [e] & cũ legitimo contradictore, & facit ius, ut hic. Secus si pronunciaretur non esse seruũ
1 alterius, uel nõ esse liberum, ut in cont. Vnde dic, † aut iudicium agitur cum iusto contradictore, aut non. Primo casu, aut sententia declarauit eum esse ingenuũ, & tunc facit ius inter omnes, ut hic, nisi detegatur collusio, ff. de collu. detega. l. ij. & quasi per totum. Aut sententia declarauit non esse libertum, uel seruum, & tunc non facit ius inter omnes, d. l. diui. §. j. Secundo casu principali, quando in iudicio nõ interuenit iustus contradictor, & tunc sentẽtia non facit ius, l. qui repudiantis. in fi. & d. l. cùm non iusto.

ADDITIO.

a P.PAV.P. Ingenuum. Alex. l. sæpè. ff. de re iud. Item qualiter pro sententia sit præsumptio iuris, & de iure, nec cõtra eam admittatur probatio, etiam si notoriè constaret, uel cõfessione partis deberet retractari, Ant. cõs. xxvij. & cõs. xxviij. Abb. c. suborta. de re iud. & ponit Ant. d. cõs. xxvij. ex cuius uerbis potes elicere alias limitationes.
b POMA. Sol. Alex. l. seruum filij. §. si statuliberum. ff. de leg. j. Fel. c. super eo. de test.
c POMA. Opp. Ang. Are. §. præiudiciales. Inst. de act.
d Fratres. Bar. l. j. C. quo bo. & Bar. l. Iul. ff. de cond. ind. Et an sententia lata super sexu, faciat ius quo ad omnes. Bal. l. fi. C. de suis, & legit.
e P.PAV.P. Ingenuus. Item si pronuncietur aliquem esse bonæ uocis, famæ & conditionis, Com. cõs. lxiij. post prin. Bal. l. j. C. quibus res iud. non noc. Item circa reg. huius l. ingenuum, quod præsumatur pro sententia, & quod est præsumptio iuris, & de iure, contra quã regulam non admittetur probatio, uide multos casus, in quibus potest opponi contra sententiam, licet transierit in rem iudicatam, quos ponit Fel. c. quoniã. ex. de prob. Itẽ postquam sententia transiuit in rem iudicatam, si aliquis petat eam coram superiori confirmari, præsumitur pro ea quo ad certitudinẽ, ut non sit opus aliud probare. Fel. c. cum uenissent. ex. de testi. in prin. Item quid si sententia esset notoriè iniqua, uel iniusta, an transire posset in rem iudicatam, & an reddatur nulla, scripsi ad Bar. l. j. C. quãdo prouo. non est necess. Item ad reg. quod habeatur pro ueritate, & faciat ius, Pau. de Eleaza. liiij. q.

DE IIS QVI SVNT SVI VEL alie. iur. Tit. VI.

LEX I.

1 Papa confirmans priuilegia uel statuta alicui ciuitati, intelligitur confirmasse iusta.
2 Consuetudo potest auferre de iure alterius ex causa.
3 Dominus quibus casibus possit seruum delinquentem punire?
4 Iudex ob nimiam seueritatem, potest ab officio remoueri.

a  EIVRE. [a] Hæc l. usq; ad l. item in potesta
te nostra. h. d. Personarum quędam sunt sui iuris, quædã alieni, ut seruus & id quod per seruũ acquiritur, domino acquiritur, & dominus inhumaniter contra seruos seuiens, punitur, & seruũ uẽdere iubetur. Diuiditur in duas partes, quia primò continuat se ad præcedentia, & ponit diuisionem personarum, quæ est bimembris. In secũda prosequitur secundũ mẽbrũ diuisionis. secũda ibi, ita
b que, &c. No. tex. [b] ibi, nam si cognouerimus &c. q cognito uno contrariorum, cognoscitur & reliquũ. Opp. ad hanc l. hic dicitur, q personarũ quędam sunt sui iuris, quædã alieni, imò quædã sunt personæ, quæ nõ sunt sui iuris, uel alieni: §. si ab hostib. Inst. quib. mod. ius pa. po. sol. Captus ab hostibus est seruus, de quo in cõtrario, sed si reuertatur iure postliminij dicit̃ esse liber, & isto respectu
*. Et ita. Ista quæ sequuntur ex status eius uidet̃ fuisse impẽdenti. Et ita * in-

Bar. planè cõfusa, & sine sensu, sic restituẽda esse censeo. Quæstio nascitur de differẽtia huius l. cũ l. ij. §. tit. px. Vtraq; in lege, cũ summa personarũ diuisio, ponatur, ergo harũ altera superflua est. Resp. in d. l. ij. hãc personarũ subdiuisionẽ, ppositã, q, oẽs aut liberi sint, aut serui. Hic uerò reassumit primũ caput, scilicet liberorũ, quos aut sui (ut paterf.) aut alieni iuris (ut filiusfa.) esse dicit. Atq; ita istos duos locos, tũ etiam tit. Inst. de iur. perf. cum tit. de ijs qui sunt sui. interpretandos esse censeo. I. Conc. B.

Bar. super ff. uet.

tellig̃tur quod sequitur in gl. quæ hoc dicit, & gl. hic posita dicit, q hæc distinctio tota est de iure ciuili, sed præcedẽs posita in tit. prox. l. iij. est partim de iure naturali, & partim de iure gent. Et ista gl. posset reprehendi, quia uidet̃ q hæc diuisio sit partim de iure naturali & ciuili, scilicet si quis sit iuris sui uel alieni, & sic liber, quare gl. non uidet̃ bene loq, tamen gl. q etiã ista pars, q si quis sit sui iuris, est de iure ciuili, quia patria potestas est de iure ciuili, l. nam ciuiũ. ff. eo. Et nõ sequitur, & licet sit filius in potestate patris, q non sit liber, imò liber est. Opp. dicitur hic, quòd quicquid seruus quærit, domino quærit: cont. l. quod seruus. ff. de acq. pos. Sol. Illud quod acquirit, domino acquirit, si iustè acquirit,
1 ut hic secus si iniustè acquirit, ut in cõt. † q ualet si papa cõ
c firmat [c] omnia priuilegia alicui ecclesiæ uel collegio seu ci
d uitati quæ statuit, q uidet̃ confirmare quæ sunt iusta, [d] ar. §. §. j. de his quæ in testa. del en. & est casus extra de iureiur. c. j. lib. vj. Opp. & uidet̃ etiã q seruus acquirat nõ domino, ut Inst. per quas pers. no. acq. §. de his. Sol. Dic q seruus acquirit domino, ut hic. Itẽ quasi domino, ut in cõt. Opp. q imò sibi acquirit. ut inst. de stip. ser. §. sed cum factũ. Sol. licet ibi domino principaliter non acquirat, quærit tñ secundario, quia cõmodum ex eo prouẽiens est domini. Opp. imò q seruus acquirit est in pendenti, ff. de usuf. l. sed & si quis. §. interdum. Sol. licet aliquo tẽpore sit in pendenti, tamẽ ex solutione posteà facta de pecunia fructuarij, præsumitur res retro fuisse fructuarij, & ei fuisse acquisita, & sic non obstat.
e Opp. iterum nam seruus publicus [e] non acquirit reip. sed alij ut pupillo, ff. rem pup. sal. fore. l. ij. & l. non aliter. ff. tit. px. Sol. ibi loquitur in tabellione, non in seruo, & qualiter tabellio acquirat, ibi dicam. Op. l. seruus. ff. de acq. re. do. Sol. ut ibi not. Opp. ad id quod dicitur, domino non est licitũ in seruos seuire. Cont. l. qui seruum. ff. de uer. ob. Sol. exiusta causa potest dominus seruũ occidere, ut in cõt. sine causa non, ut hic dicitur. Opp. C. de emen. ser. lib. j. So. Sine causa non est licitum seuire in eum, ut hic, tamen castigare cũ potest, & etiam sine causa cum uerberare, & ita loquit̃ hoc cõt. De quo dic ut ibi no. imò potest eum uinculare, ut ibi. Opp. dicit̃ hic q dominus occidẽs seruum, tenetur imò nõ tenetur, quia contra dominium non datur actio Aquilia-
na, sed contra alium eidem sic, l. itẽ Mela. §. legis Aquilię. ff. ad leg. Aqui. Sol. uerũ est q dominus nõ tenetur ciuiliter, cùm illa actio detur domino ut in cõt. sed bene tenetur criminaliter. ut hic. Opp. dicit̃ hic quòd ius suum non debet alicui auferri. Cont. l. fi uenditor. §. si constat. ff. cõm. pre. Sol. Quod hic dicitur est uerum, nisi cõsuetudo aliud inducat.
2 Ex quo habetis, † quòd consuetudo potest auferre de iure
f alterius, quòd intelligitur ex iusta causa, [f] aliter non, quia nec princeps hoc posset, ut dixi in l. j. §. de const. princ. gl. & doc. l. quoties. de precib. Imp. offer. Itẽ dicitur hic, q cogitur uendere. Cont. C. de iur. delib. l. nec emere. Sol. Hoc speciale contra illam reg. ut dicam in l. j. §. cura carnis. ff. de off. præf.
3 urb. Quærit hic Gul. † nunquid seruus si committat maleficium, possit eum punire dominus? Et uidetur quòd sic, ff. ad Silla. l. & si certus sit percussor. & ff. de uer. ob. l. qui seruũ. & l. si quis fortè. §. si quos. ff. de pœnis. In cont. uidet̃ tex. iste. Dic secundum Guli. q aut dominus uult punire seruũ, qui adulterium cum uxore sua commisit, uel qui ei nõ succurrit cum offendebatur, & tunc potest eum punire: d. l. qui seruum. & d. l. & si certus sit percussor. Ex alijs autem causis nõ posset, ut hic, Posset etiam pro delicto in uinculis eum tenere: d. l. j. C. de emẽ. seruo. tamẽ postea oportet eum puniendũ iudici præsentare: ff. ad l. Cor. de sicarijs. l. circũcidere. §.
g fi. Vlt. § lex † ista inducitur [h] ad q. quòd sicut dominus pro-
4 pter nimiam seueritatem repellitur â dominio seruj, ita iu-
h dex propter nimiam seueritatem repellitur ab officio.

ADDITIO.

a POMA. De iure. Iste tex. secũdum Bal. hic, de quo Alex. cons. lxx. uol. iij. præstat ar. quòd testis nesciens, & non cognoscens id, super quo deponit, non probat.
b POMA. Tex. Mod. Ias. præsertim l. j. C. de bo. pos. contra tab. quod est contrarium quo ad cognoscendum, quòd cognito uno contrariorum, cognoscitur alterum, sed quo ad cognitionem iuris, secus, quia cognito uno, non co-

gnoscitur alterũ, nisi eadẽ militet ratio in uno quæ in alio, aliàs secus esset. l.sed & cum.ff.de neg.gest.gl.

c Confirmat.Bal.l.j.C.de monop.& Gui.de Suza.l.priuilegia. C.de sac.ecc. & ibi Bar. & Bald.l.j.C.de prec.imp. offe.ex opposito.& c.si gratiosè.de resc.in vj.Cy.& Bal.l.cùm oportet.C.de bo.quæ lib.in pri. Fel.c.ij.de resc. Bal.l.omnes.de iust.& iur.& ibi Ias.& Bal.c.j.p quos fiat inuesti.Ro.cõs. ccxviij.Alex.cons.lix.in j.uo.& cons.cxxv.ij.uo.& cons.ccxciij.iij.uol.

d P.PAV.P.Iusta.Are.l.q; Seruus.de acq.poss.

e Publicus.Sed hic dicit Bal.q; per tabellionem non acquiritur, sed per legẽ, & idem Ang.hic per istam gl.

f Causa.l.j.§.fi.de his quæ in testa.delen. & Bar.l.diuus.§. nec generalem.ĩ. de fal.& Gul.idẽ in materia feudorũ, ut si cõfirmantur possessiones, intelligetur facta cõfirmatio de iustis, c.j.in tit.p quos fi.inuest. Ang.hic, & idẽ dicit Bal.d.c.j.& ibi dicit q; etiam non intelligũtur confirmata priuilegia iuri cõtraria. Et ibi dicit etiam q; si aliqua priuilegia confirmentur, nõ intelligũtur confirmari, ut aliquod ius nouum detur, nisi constaret de intentione, secundũ Ca.& ibi latius uide, & Bar.l.si constat.de appell. adde Bal. cons.cccxvij.iij.lib.

g POMA.Vlt.Bal.c.j.§.j.de pace iur.fir.Barb.cons.xxxvj.ij.uol.

h Inducitur.Bar.l.illicitas.§.ucritas.ĩ.de off.præsid. Gul.Cy.& Ang.hic.Itẽ remouetur propter negligentiam.l.mancipia.& ibi Bal.C.de ser.fug. Item propter longam infirmitatem.l.si quis uitium.C.de off.præf.præt.

LEX III.

1 Dictio item, est repetitiua.
2 Naturalis non est in potestate patris, nec etiam spurius pupillariter substituitur.
3 Pater non dat filio naturali tutorem nisi confirmetur.
4 Statutum q; qui ceperit aliquem de Petra mala uel eius filium, habeat mille, non comprehendit bastardum.
5 Patria potestas quomodo inducatur.
6 Consuetudine stante q; patre decedente sine filio in potestate, fiscus occupet bona, q; fiscus non habebit patre mortuo habente filium episcopum.

ITem in potestate. Hic prosequit primum membrũ usq; ad l.filium.& breuiter hoc intẽdit, Filius ex legitimo matrimonio natus, & descendentes ex eo sunt in potestate parentũ, & nepos ex filio post mortẽ aui reincidit in potestatem patris, si pater suus fuit in potestate aui, quousq; auus uixerit. †No.q dictio, item,[a] est dictio repetitiua: ĩ. de
a leg.iij.l.in repetẽdis.& hoc est quod dicit, nõ est recasurus, uidelicet ad substitutionẽ pupillarem, quę eis fieri nõ posset: l.ij.C.de impub. Itẽ no.q † ad hoc ut sit in potestate patris, oportet q; sit ex iustis nuptijs. Vnde naturalis tantum, non est in potestate patris, multominus spurius, auth.quibus mod.nat.effi.sui.§.fi. adeò q; istis non põt fieri pupilla-
3 ris substitutio. l.Lucius.ĩ. de uul. Itẽ no. † q; pater nõ potest ei dare tutorẽ, nisi confirmetur: l.fi.C.de confir.tut. Idem in spurio: l.j.in prin.ĩ. de test.tut. quia non dicitur filius, d.§.fi.
b Et hoc[b] allegabatur † ad q.de facto, dicebat statutũ hic, q;
4 si quis caperet aliquẽ de illis de Petra mala, uel de eorũ filijs, q; habeat mille, captus fuit quidã bastardus, an capiẽs debeat habere præmiũ: Et certè non, quia spurius non di-
c citur filius:[c] d.§.fi.& no.Dy.l.cũ pater.§.mater.de leg.ij. Item no.quõ patria potestas est introducta à iure ciuili. Ex hoc posset reddi ratio, quare filius non obligeẽ patri ciuiliter, quia cùm patria potestas fuerit introducta à iure ciuili, fm quod, quid filius quærebat, patri quærebat, si obligarẽtur ciuiliter, illa quærerent patri, & idem apud eundem inueniretur obligatus, quod esse nõ potest. Opp.& uideẽ q; alij
d sint modi, quibus patria potestas[d] cõstituitur, q̃ iustæ nuptiæ: §.si quis igitur.auth.quib.mod.nat.effi.sui.& tit.prox.
5 per totũ. Sol.hic † est unus modus patriæ potestatis inducendæ, alius per adoptionẽ: ĩ. tit.prox.& alij sunt per legitimationẽ, ut hic no.& gl.Inst. de nup.§.fi. & no.hãc gl. Opp. dicitur hic q; recidit in potestatẽ, nisi exierit & c. Cont.§. illud.in auth.cõst.quæ de dig.Sol.ibi pater exierat de potestate patris sui, per dignitatẽ, quo casu filij reincidũt in potestatem suam: ut in cont.secus si per emancipationem, &
e hoc no.quia[e] ualet ad q. Consuetudo est in multis parti-
6 bus, † q; si pater decesserit, & aliquem filium mortis tempo-
f re in potestate non habuit, q; curia, uel baro[f] possit omnia bona sua occupare. Modò quidam decesit. & nullũ filium tempore mortis habebat, nisi quẽdam clericũ positum in dignitate, puta quia erat episcopus, * modò curia petit bona. Opp. contra ea, qd' iste qui decesit tẽpore mortis habebat filium, replicabat q; non erat in potestate, quia exierat per dignitatẽ, quid iuris? Dic quod curia nihil debet habere, imò debet succedere filius. Ad id quod dicitur, q; filius exiuit de patria potestate per dignitatẽ. uerum est, scilicet in quantùm faceret cõtra eum, q; esset in patria potestate. Sed si esset dei fauor, adhuc in potestate patris iudicaretur: d.§.j.in gl.præstet. & est gl.j.l. nepotes.ĩ. eo.& ĩ. ad Maced.l.j.§.j. * Episcopus. Episcopalis enim dignitas, ꝑpat: po. soluit: auth. sed episcopalis. C. de episc. & cle. I. Cõc. B.

ADDITIO.

a Item. Vide eundem, in l.j.in prin. de publi.
b POMA. Et hoc. Fel.c.in præsentia. de prob. Barb. cons.xx.uo.j. Bal.l.apud hostes. C. de suis & legit.
c Filius. cõt. quia ratione publicæ utilitatis, uidetur etiam hoc casu habere locum statutum, l.si quis in graui.§.utrum. ad Syll.& ibi Bar.gl.cle.j. de baptis.& l.j.C. de accu.
d Potestas. Sed an Iudæi habeant filios in potestate, uidetur q; non, quia non contrahunt secundũ morem ecclesiæ. Cont. Bal.hic. si cõtrahant secundum cõsuetudinem eorum. Iac. de Are.& Lud.l.multum.ĩ. de uer.ob. Quid autẽ in filijs Iudæorum assumentibus sanctum baptisma. gl.no.xxviij.q.j.can. Iudæorum. uidetur uelle q; liberentur. Et ad primum, adde q; idem dixit hic Bal. in Paganis, quia matrimonium fuit de iure naturali, & hoc dummodò sint sub imperio Ro. secundũ Bal.hic. Sed certè nõ fit uerum matrimonium apud eos. c. quanto. & c. gaudemus. de diuor. ideò ob. hæc l. Quæ dixi ex iustis nuptijs, respõ. secundũ Pet. de Anch. per l. die sabbati. C. de Iudæ. uer. extollerãtia. Et q; Iudæi dicantur habere filios in potestate, scripsi post Bar.l. apud Iul.§.j. de leg.j. Cal. cons.iij. de Iudæis. ubi ponit an filij Iudæorũ possint eis inuitis baptizari.
e Quia. Cy.d.auth. sed episcopalis. Et Nic.Neap.hic, quid in Iudæo effecto Christiano habente patrem. And.Barb.
f Baro. Et sic no.q. monachus est in patria potestate, quo ad fauores, gl.l.si ex causa.§.Pap.ĩ. de min. Ibidem quomodo intelligatur per dignitatẽ solut patria potestas, q; uerum quantum ad commodum filij. Adde tamen q; per militiam & doctoratum non liberatur quis à patria potestate. l.si maritus. & ibi Bal.C. de pat.po. et in l. apud hostes. in fi. C. de suis & leg. & in l. nepotes. eo. tit. & ibi etiam Ang.

LEX VI.

1 Filiatio quomodò probetur.
2 Patris uel matris assertio super filiatione, non præiudicat filijs.

a FIlium.[a] Ille dicitur filius legitimus, qui ex uiro & uxore, ad matrimoniũ contrahendum & generandũ habilibus simul cohabitantibus, cõstante matrimonio
1 nascitur. †No. quem præsumi habilem ad cõtrahendũ seu generandũ, nisi probetur oppositũ: ut ibi, si constet maritũ
b &c. Et no.[b] practicã ex hac l. qualiter probetur filiatio. [c] Prò q; inter Titiũ & Seiam fuit cõtractũ matrimoniũ legitimè, & q; isti erãt habiles ad matrimoniũ cõtrahendũ. Itẽ q; Titius & Seia ut uir & uxor insimul habitabãt, & sic adinuicem se tractabant, ibi, assiduè &c. Et q; talis eorũ filius fuit natus ex dicta Seia, & q; dictus filius fuit, & est in quasi possessione filiationis, & q; dicti Titius & Scia eũ tractauerunt & tractant ut filiũ suum. Et ita tenetur & reputatur ab eis, & ab alijs eũ cognoscentibus, ut hic uidetur probari. & in l. non ignorat. C. qui accu. nõ pos. & l. non nudis. & l. non epistolis. C. de prob. & l.j. & ibi dixi, ĩ. quo. bo. & Cy. l. si uicinis.
d C. de nup. Opp.[d] dicitur hic, q; absens per decẽ annos non tenetur eum quẽ inuenerit pro filio cognoscere, cont. l.j.§.fi
2 quis. ĩ. de lib.ag. Sol. ut hic & ibi. † Quærunt doc. est quæstio inter aliquos de aliquo filio, & negat esse filius ab aliquibus cõsanguineis eius, qui dicit se filium esse, pater, quem asserit, dicit, certè tu non es meus filius, an filio noceat? Et tenent doc. q; non, quia dictũ patris prodesse potest & nõ obesse, l.j.§.si quis. ĩ. de carb.edi. Et breuiter refert Cy. & Iac. de Aret, q; fuit quædam mulier quæ erat regina, & habuit unum filium de quodã milite, postea ille filius, qui credebatur filius[e] primogenitus Regis, successit in regno, demum mater ueniens ad mortẽ dixit, licet sit filius meus, tamen nõ est filius regis, sed cuiusdam militis, & sic filius postea sciens renũciauit regno. Credo q; filius qui renũciauit
f regno, nõ bene fecit, quia hoc sibi non præiudicabat. Et dicit Iac. hoc non fecissem ego, quia nõ renunciassem regno. Pro hoc est gl.l. ult. coniuncta gl. cum tex. ĩ. de prob. Qualiter autem probatur quem esse de tali genere, uel de tali natione & familia, uide gl.l.j. circa fi. de prob.

ADDITIO.

a POMA. Filiũ. Dixi in l. miles. §. defuncto. ĩ. de adult. Alex. cõsi. ij. uo. j. et ibi ponit, quid de adoptiuo, & Ro. cõs. xxxiiij. Alex. cõs. ult. uo. v. & cons. peruer. ij. etiam eo. uo. Et aliquid per Fel. c. in præsentia. de prob. & in c. per tuas. j. & ij. no. de prob. & c. ueniens. de testi. & c. series. de testib. Bar. cõs. cxvij. Barb. cons. xxvij. & cons. v. & cons. lviij. ij. uo. Ias. l. si is qui. de usuc. Fel. c. in præsentia. de prob. Ias. l. j. in prin. de contratab.
b POMA. Et no. Pet. de Anch. cons. ccxxvij. inci. uidetur prima facie. Et modum probandi filiationem, uide per Alex. cons. xxv. in iiij. uol. & cons. cvj. aliàs ccvj. in j. uo. Fel. c. j. de fum. trin. & c. illud. de præsum. per illum tex. Modum uero probandi cõcubinatum, uide per Ang. §. cõsideremus. auth. de trien. & semis. & modũ probandi filiationem in spurio, uide per Inn. c. Michael. de filijs presb. quod refert. Bal. l. iij. ff. de lib. & posth.
c Filiatio. Can. c. per tuas. de prob. & Iac. But. l. quidam. ff. de prob. & l. neq; professio. C. de testa. Bal. hic, per hanc l. q; ad probandũ legitimationem filij, debet probari de matrimonio parentum, quod qualiter probatur, uide Bar. l. si quis uxor. de adult. Bald. l. neq; natales. C. de prob. Bal. cons. lix. & cxix. ij. lib. Pet. de Anch. cons. ccxxvj.
d Opp. An stetur dicto patris & matris &c. Adde gl. l. j. §. si mulier. & §. idẽ per contrarium. de lib. agn. Bar. & Bal. l. Gal. in prim. de lib. & posth. gl. c. per tuas. qui filij sint legit. et Bal. l. nõ nudis. C. de prob. & d. c. p tuas. de ꝓb.
e Filius. c. ex transmissa. qui filij sint legit. Bal. l. neq; professio. de test. Iac. But. l. quidã. ĩ. de prob. Bar. & doc. l. si posthumus. à primo. §. fi. de lib. & posth. Cy. l. si uicinis. C. de nup.
f Hoc. Limitat Imo. c. officij. de pœnit.

LEX VII.

1 Bannito existente aliquo, cuius bona sunt confiscata, si aliquis ei coniunctus decedit, & sic ad bannitum defertur hæreditas, bannitus non fiscus succedit.
2 Bannitus nostri temporis, non æquiparatur deportato.

SI qua. Sublato filio de medio, nepos succedit loco patris sui. & hanc legem multùm no. nam facit ad q.ar-
1 duam, † Aliquis commisit maleficium, ex quo est ban-
a nitus, & omnia sua bona sunt publicata fisco.[a] Contingit q; pater istius banniti moritur. Vel pone q; aliqua persona proxima bannito, cui bannitus posset succedere, moritur, modò fiscus uel commune, petit hanc hæreditatẽ, quæ est delata isti bannito tanquã proximiori, filius banniti asserit q; debeat succedere, & nõ fiscus. Quæritur quid iuris? Et uidetur q; fiscus uel cõmune debeat succedere: l.j.C. de her. inst. maximè cum fiscus in omnia bona debeat succedere, & posset dici hæres, C. ad l. Iul. de ui. pub. l.j. Cont. Gul. per
b istam l.[b] & facit l. si necem.§. si deportatus. ĩ. de bo. liber. Nõ
2 ob. gl. l.j. alleg. quia est falsa fm Oldr. maximè cùm † bannitus hodie non æquiparetur deportato, fm Iac. de Are. & ita ibi per Cy. Vel ibi in successione, quæ defertur ex testamẽto, & ideo in odium testatoris, qui instituit personam inhabilem, defert fisco, & quæstio nostra loquitur in successione, quæ defertur ab intestato, & hoc fm Gul. & Oldr.

ADDITIO.

a Fisco. Bar. l. amissione. §. qui deficiunt. de cap. dimi. Bal. l.j. C. de hær. inst.
b Istam l. Quia cum exbannitus dicatur sublatus de medio d. l.j. ergo filius eius loco succedit.

LEX VIII.

1 Arguere à sufficienti partium enumeratione possumus.
2 Furiosus non potest uxorem ducere, licet iam ductam retineat.
3 Legitimè factum non retractatur ex facto superuenienti.
4 Patria potestas soluitur patre effecto monacho.
5 Filius effectus sacerdos liberatur à patria potestate.

a PAtre.[a] Furor superueniens non potest facere, quomi-
1 nus filij ex ultimo matrimonio nati ante uel postea dicantur esse in patris potestate. h.d. Et per hanc l. † arguitur à sufficienti partium enumeratione, nam si iste non est de modis exeundi de potestate, ergo remanet in pote-
2 state, per hoc ar. Itẽ no. q † furiosus nõ potest uxorẽ ducere,
3 licet iam ductã retinere non impediatur. Itẽ † q; legitimè factum est, nõ retractatur ex facto superueniẽti. Opp. l. sunt personæ. ĩ. de relig. gl. non soluit lac. But. dicit q; illa l. con-
b cor. Opp. l. non distinguemus. §. sacerdotio.[b] ĩ. de arb. gl. nõ sol. But. dicit q; quãdoq; causa impediens respicit causam finalem, & tunc sicut impedit à principio faciendũ, ita impedit iam factũ, §. sacerdotio. Quãdoq; respicit causam efficientem, ut consensum, qui est causa efficiens matrimonij, & licet ab initio aliquid impediat faciendũ, non tamè tollitur iam factum, ut hic, fm But. Dy. c. actum. exẽ. de reg. iur. lib. vj. Quærit hic Gul. multi sunt modi quibus soluit patria potestas. Quid si pater † efficiatur mona-
4 chus, an filij efficiantẽ sui iuris, * & utrùm pos- * Iuris. Bar. in re
sint facere testamentũ? Et uidetur q; nõ, quia pet. auth. ingref.
nõ est de modis quibus soluitur pat. pot. ut fi. nu. lxiiij. C.
c hic. In cont. uidetur, nam iste mutat statum.[c] de sac. ecc. I. C.
Sicut deportatus, per quod soluit pat. pot. ut
inst. quib. mo. ius pat. pot. sol.§. relegati. Item habetur pro mortuo, ut d. l. deo nobis. C. de epis. & cle. Idẽ tenet hic Gul. & Dy. l. ergo. ĩ. de acq. re. do. Item quia transit in potestatem alterius, ut abbatis, ideò nõ potest habere aliũ in potesta-
5 te. ĩ. ad l. Iul. de adult. l. sic eueniet. Quæro, quid † econtrà, filius est factus clericus, uel alias consequutus dignitatẽ, an efficiatur sui iuris? In dignitate episcopali nõ est dubium, quia efficitur sui iuris auth. const. quæ de dign.§. illud. In alia dignitate habes gl. ĩ. de min. l. si ex causa.§. Pap. Quid si filius efficiat̃ sacerdos, an liberetur à patria potestate? Et uidetur q; fic.* c. indecorum. exẽ. de ætate & qual. dic ut ibi. * Sic. Sed iur. ci. contraria sententia receptior

est. l. sancimus. uer. potestate. C. de epis.& cle. Bar. cons. lxj. I. Conc. B.

ADDITIO.

a POMA. Patre. Pet. de Anch. cons. ccccliij. incip. tria dubia. in fi. Barb. cons. lxiiij. j. uo. & Barb. c. cõsuluit. in gl. uer. tenebras. de off. deleg. Pan. c. ab excommunicato. de resc. Alex. l. si unus. §. pactus. ff. de pact.
b Sacerdotio. Bar. l. pe. §. fi. ĩ. de uer. ob.
c Statum. Sed quid si pater efficiatur hæreticus? Dicas q; filius liberatur à patria potestate, secundũ gl. no. c. ij. de hær. in vj. iuncto tex.

LEX IX.

1 Filius f. in causa publici iudicij potest esse, sine patris consensu.

FIlius. Quantum ad ius publicum, patria potestas nõ curatur. Opp. quòd imò curatur, quia testamenti factio est de publico iure. ĩ. de testa. l. iij. & tamen filiusfamilias non potest facere testamentum: l. tam his. §. j. ĩ. de donat. cau. mor. Sol. Quod hic dicitur, non curatur, s. in publicis officijs, autoritate & utilitate. Cy. C. qui testa. fac. pos. l.
1 senium. Allegatur hæc lex † per doc. quòd filiusfa. posit esse in causa publici iudicij sine consensu patris, licet contrarium no. & malè in l. cũ non solum. §. j. C. de bo. quæ lib. in fi. mag. gl. & est contra eam, l. inter. §. pe. & ibi Dy. ĩ. ad leg. Iul. de adult.

LEX X.

1 Sententia lata in causa principali, quando præiudicet in incidenti.

a SIiudex.[a] Sententia lata in principali, non præiudicat in incidenti, de quo summariè est cognitum. Opp. l. ij. C. de ord. cog. Gl. soluit duobus modis, uno quod in
b l. cont. non potest esse hæres, quin sit liber, & ideò sententia[b] lata super hæreditate in libertate, præiudicat, sed hic possunt alimenta dari, licet non sit filius, ut puta quãdo pater contempsit Plautianum, quia eius nõ seruauit solennita-
1 tem. Aliter † glos. soluit in fi. & melius, & hoc ponunt doct. quod hoc. Nam aut est de incidenti summariè cognitum, aut plenè. Primo casu sententia lata in principali, inciden-
c ti non præiudicat,[c] ut hic. In secundo casu quando est plenè cognitum, præiudicat incidenti. l. ij. C. ad leg. Cor. de fal. Opp. ad gl. l. quod in diem. §. j. de compen. & l. si autem. §. j. de negotijs gestis. Gul. de Cug. dicit, & bene, quòd si quæris an sententia lata super principali, noceat incidenti,

dic aut ſuper principali quæſtione eſt plenè cognitum, aut ſummariè. Primo caſu, aut ſententia nō poteſt ferri in principali, quin incidenti præiudicet, tūc præiudicat, l.ij.& ibi no. C.de ord.iud. Et pro hoc ℸ.de excep.rei iud.l.duob. Aut poteſt ſuper principali ferri ſententia, adeò ꝙ ſuper incidenti non præiudicet, tunc ſi de ea cognitū,& fuerit per iudicem facta mentio ſuper reprobatione incidentis, tunc præiudicat incidenti. Aut tacitè fuit reiecta, & tūc non præiudicat, ut alias dicitur, quando iudex reprobat cōpenſationem, uel non, d.l.ſi autē.§.j.& l.quod in diem.§.fi. præalleg. In ſecundo caſu principali, quādo ſuper principali eſt ſummariè cognitū, ut in cauſa alimentorum, de qua ſummariè cognoſcit, tunc ſententia lata in principali, nō præiudicat incidenti, & ita debet intelligi hæc lex, quæ eſt no.& ſua gl. De hoc etiam dic per doc. l.j. C. de ord. iud.

ADDITIO.

a POMA. *Si iudex. Ang.§. præiudiciales. Inſt. de act. Pan. conſ. v. j. uo. Imo. conſ. cxxx. & conſ. cxlv. & ſeq.*

b P. PAV. P. *Sententia. An autē ſententia lata in iſtis ſummarijs, dicatur merè diffinitiua? Iaſ. ꝙ non, l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. licet Caſt. teneat cōt. ut ibi per eum, qui aliqua addit poſteà in fine illius legis. Item quod ſententia & probationes factæ in ſummario iudicio, proſint & fidem faciant in iudicio plenario, quādo in ſummario fuiſſet plenè cognitū, Ant. cōſ. xxxvj. poſt prim. iuncto fin. Alex. l. à diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. ff. de re iud. & l. fæpe. eo. tit. & Fel. c. cauſam quæ. el. j. eẍ. de teſtib. Caſt. conſ. ccvij. Cur. & Moder. l.ij. C. de eden. ubi cōcludit, ꝙ ubi in iudicio ſummario fierēt plenæ probationes, tunc præiudicatur in plenario, licet Bar. uoluerit cont. d. l.ij. & Ang. hic uide per eos, quia iſta reg. ſecundū cōmunem ſententiam debet intelligi, quādo iudicium eſt ſimulatū reſpectu probationū. Dec. conſ. xcvj. quia in eo ſufficiat ſemiplena & ſummaria probatio. Secus ubi plenæ probationes fuerint, & requiritur, licet reſpectu proceſſus, eſſet ſummarium. Item adde ꝙ cōfeßio facta in ſummario, præiudicat plenario. Fel. c. ueniēs. el. ij. eẍ. de teſtib. & d. c. cauſam quæ. & ibi etiam dicit, ꝙ ſi teſtis in iudicio ſummario uerū dicit, licet iſtud non faciat fidem in plenario, tamē ſi in plenario cōtrariū diceret, repelleretur tanquā periurus. Item circa illud quod dictū eſt, quādo in plenario, iudicium plenè cognitū fuit, in cont. facit Bar. in extrauag. ad reprimē. uerſ. ſummariè. propè ſi. uide pro j. opin. Dec. cōſ. xcvj. Bar. l. iubemus. hic alleg.*

c *Præiudicat. Bar. l. à diuo. §. ſi ſuper. de re iud.*

LEX XI.

1 *Pater non legitimat baſtardum, nec naturalem inuitū, niſi ſit infans.*

INuiti. Opp. imò rediguntur in poteſtate, l.j. C. de dignit.

a lib. xij. Sol. fallit ibi. Quæro, ſi filius baſtardus[a] nō eſt in poteſtate patris, nunquid pater poteſt eum legitimare,

1 † ſi filius non uult? [b] Et dic quod nō, auth. quib. mod. nat.

b effi. ſuí. §. generaliter. quia non ſunt in poteſtate, l. itē. ſ. eo. i/ deò non poteſt cogi inuitus, ar. huius l.& gl. idem dico de naturalibus ex cōcubinis, ex cauſa uero hoc eſt uerū, idem ſi ſit infans. l. iubemus. C. de emanc. lib.

ADDITIO.

a *Inuiti. Baſtardus. Limita ut in l. iubemus. C. de eman. lib. Gul. & Bal. l. beniġnus. ſ. de legi. Bar. conſ. xxiij. ij. uo. & conſ. lviij. eo. uo. Ro. conſ. cxciij. incip. in propoſita. uer. aduertendum.*

b *Vult. idē in filio ignorante, Pet. de Anch. hic, c. quia cunctis. de conſeſ. præben. in vj. An infans poſſit legitimari, Ro. conſ. cxciij.*

a DE ADOPTIONIBVS.[a] *&c.* TIT. VII.

ADDITIO.

a P. PAV. P. *De adoptionibus. No. quod naturales & ſpurij, non poſſunt adoptari nec arrogari per patrem. l. in lege. C. de nat. lib. §. & nos non latuit. auth. quō nat. eff. leg. Item no. quod ſtatutum loquens de filio, non habet locum in adoptato, quia non eſt uerè filius, ſed fictus. gl. l. filio quem pater. ff. de lib. & poſth. Cy. l. generaliter. §. cùm autem. C. de inſt. & ſubſt. ſub cōd. fac. Ang. l. cùm in adoptiuis. C. de adop. Imo. l. ſeruus. ff. de lib. et poſth. Bal. l. ſi arrogator. ℸ. eo. in auth. niſi rogati. C. ad Treb. & in l. ſi ita. §. fi. de leg. ij. quod recipiens emphyteuſim pro ſe & filijs ſuis, non comprehenduntur adoptiui. Alex. d. l. filio quē pater. Imo. l. j. §. lex falcidia. ff. ad l. falc. ꝙ ſtatutum contra ius cōmune loquens de filio, non uerificatur in adoptiuo. An clericus poſſit adoptari, Aret. l. ſi quis poſthumus. in prin. de lib. & poſth. Alex. l. gallus. §. quid ſi is. ad fi. eo. Bar. l. cùm in adoptiuis. C. de adop. ubi autem fieret mentio de adoptione, intelligeretur prout ſumitur in ſpecie, non*

aūt in genere. Bar. l. pediculis. §. argēto. de aur. & arg. leg. Bal. l. hoc legatū. de leg. iij. Ale. l. certi cōdictio. ff. ſi cer. pet. Bar. Ang. l. ubi pactū. C. de ſtipu.

LEX I.

1 *Spōſus primo eſt interrogādus quam ſpōſa, nec aliter factū utitur.*

2 *Proprium illud eſt, quod alicui non communicatur.*

a

ILIOSFA.[a] Per adoptionem quis trāſit in poteſtatem adoptantis, & adoptio in genere continet ſub ſe adoptionem in ſpecie, & arrogatio fit de eo qui eſt ſui iuris autoritate

b principis, [b] ſed adoptio in ſpecie fit de eo qui

c eſt alieni iuris autoritate magiſtratus. No. [c] primò ꝙ † ante

1 debeat interrogari ſpōſus ꝙ ſpōſa, & hoc debet ſeruari ſm gl. Vel dic ſm Mar. Silli. ꝙ non eſt uis, ſi aliter fiat, quæ hic no. nec omiſsio ordinis, habet hoc uitiare, cùm non ſit de ſubſtantia, ℸ. de ſo. l. nec enim. Sed hoc fit ad effugiendū uo-

2 recundiā, quod etiam gl. hic no.& no. tex. † ꝙ illud eſt proprium, quod alicui nō cōmunicatur, ſm Iac. de Aret. quod ualet ad multa.

ADDITIO.

a POMA. *Filios. Alex. conſ. cxxvj. uol. iiij. Et an filius adoptiuus dicatur uerè legitimus. Alex. conſ. j. uo. j.*

b *Principis. Nec ſufficeret autoritas ſenatorum, uel populi etiam permittente ſtatuto, Bar. l. non ambigitur. ſ. de legi. Io. Fab. Inſt. eo.*

c POMA. *No. Are. l. ſerui elec. §. j. de leg. j.*

LEX III.

1 *Perſona una quando poſſit ſuſtinere uicem plurium.*

2 *Legatum factum fuit prioribus ciuitatibus de centum & Titio, qui erat ex prioribus quinquaginta, Titius admittitur ad utrūq; legatum.*

3 *Iudex non poteſt inſinuare coram ſe donationem per ſe factam.*

4 *Tabellio non poteſt conficere inſtrumentum de facto ſuo proprio.*

5 *Electi ſi plures ſint ad eligēdum rectorem, an poterūt unū ex ipſis eligere.*

a SI conſul.[a] Vbi officia non ſunt repugnantia, unus poteſt uicem duorū ſuſtinere. Ad hoc allegatur iſta lex, & hanc no. quia bona eſt. Opp. emancipatio in conſule non eſt neceſſaria, imò conſulatus eximit à patria poteſtate: C. de decu. l. fi. lib. x. & auth. conſt. quæ de dign. §. j. Sol. Olim dignitas conſulatus nō liberabat à poteſtate patria, ut hic, hodie ſecus, ut in cont. & ibi ſunt caſus in quibus eximitur. Opp. l. ille à quo. §. tempeſtiuū. ad Treb. Sol. Differen-

b tia eſt inter iuriſdictionem contentioſam & uoluntariam. Primò loquitur contrarium, ſecundò loquitur hic. Opp. [b] l. ſi plures. ℸ. de pact. gl. non ſol. Tu dic, ꝙ ibi non ſuſtinet ui-

1 cem duarum perſonarū uel plurium, imò ut una perſona reputatur ratiōe unius officij, licet ſit tutor plurium perſo-

i narum, ut in cōt. uel melius ſm Gul. de Cug. ſic dicas, † Aut cōſideratur perſona ut perſona, & tūc una perſona nō poteſt ſuſtinere uicē pluriū perſonarū. ℸ. de pac. l. ſi plures. Aut conſideraᷓ perſona reſpectu alicuius qualitatis, uel officij, & tunc aut officia inuicem ſe cōpatiuntur, aut non: primo

c caſu poteſt ſuſtinere uicem pluriū ut hic, aliàs non: d. ſ. rem peſtiuum. & ℸ. de off. conſ. l. j. §. fi. Et [c] ex prædictis † arguitur

2 ad q. teſtator reliquit prioribus [d] iſtius ciuitatis, centum di-

d ſtribuēda inter eos. Item reliquit quinquaginta Titio qui erat de prioribus. nunquid poterit petere Titius quinquaginta, & admitti ad partem illorum centum? & uideturꝙ ſic, per hanc l. in cont. uidetur, quòd in generali legato de centum, ſit derogatum per ſpeciale, quia generi per ſpeci-em derogatur: ℸ. de ali. & cib. leg. l. alimenta. §. baſilicæ. &c. generi. eẍ. de reg. iur. lib. vj. Quid dicendum? Dico ꝙ poteſt admitti ad utrunq;, l. Titia. §. qui Marco. & ibi Dy. ℸ. de ann. leg. Non ob. §. baſilicę. quia reſpōde ut ibi no. per Dy. Idem

e eſt ar.[e] ad q. † Donatio ultra quingentos aureos non ua-

3 let ſine inſinuatione: l. ſancimus. C. de dona. modò Titius iudex facit maiorem donationem, & eam inſinuat coram

f ſe, [f] an poſſit? Videtur ꝙ ſic, per hanc l. maximè cùm magiſ-

g tratus poſſit ſuos emācipare, [g] ut hic, & l. ſeq. ſed in emancipatione, ſolita eſt fieri donatio, C. de col. l. ut liberis. con-cluditur ergo, ꝙ coram ſe poſſit fieri. Cōt. Gul. de Cu. Nam donatio ibi requirit inſinuationē, ne forte donās decipiatur, ſed ſicut errore poſſet induci ad donādū, ita errore poſ-

ſet induci ad inſinuandū, ar. l. antiquę. & l. ſi mulier. ad Velleia. Vnde coram ſeipſo non poſſet fieri. cōtra cuius opi. facit l. ſi pater. §. fi. ℸ. eo. Nam cauſæ cognitionē requirit emācipatio, ſicut inſinuatio, ut ibi, & tamen poteſt fieri corā ſe, ut

h hic dicitur. Quæro [h] nunquid † tabellio de facto ſuo pro ſe

4 poſsit cōficere inſtrumentū? Et uidetur quod ſic ut hic, qa eſt tanquā officialis, & eius uicem ſuſtinet. Item etiam tanquā priuata perſona, unde poſſet uicem duorū ſuſtinere,

i ut hic, & l. ſeq. Cont. Gul. [i] Nam tabellio æquiparatur teſti. l. Domitius. ℸ. de teſt. ſed in facto proprio, nullus poteſt eſſe teſtis, l. omnibus. C. de teſti. & l. nullus. ℸ. de teſtib. Item dicerētur autor in re propria, quod eſſe nō debet, ℸ. de auto. tut. l. quod dicimus. cum ſit ad eius utilitatē, maximè cùm ad eum recurratur pro fide ſui inſtrumēti, l. ſi quis decurio. C. de fal. Nam inquantùm facit inſtrumentū pro ſe, ei nō ſtatur, ſi autē contra ſe, ei ſtatur, ℸ. contra. l. nō putauit. §. ſi quis ſua. Dy. l. j. §. j. ad leg. Cor. de fal. Pet. l. Publia. in fi. ℸ. depo. ta-

k men gl. in fi. facit contra opi. Dy.[k] & Gul. in gl. parua. Nam ibi dicitur, quod in totū debet approbari, nō tamē poteſt approbari inquantum facit pro ſe, & inquātum facit cōtra ſe, niſi uelles opi. iſtorum defendere, quod aliud ſit in tabellione officium gerente, quā in alijs perſonis, cùm ei maior fides adhibeatur ꝙ priuatis. Nam cùm aduerſarius nō habeat aliam probationē pro ſe, niſi illam aduerſarij confeſſionem, ſicut eam pro ſe approbat, & ita contra ſe. Facit ad prędicta quod no. l. ij. & ibi Cy. C. de do. ante nup. & per eū-

5 dem, l. j. xij. q. C. de confeſ. Quæro, plures, † ſunt facti electores ad eligendum unum rectorem, an poſsint unū ex ſe eli-

l gere? [l] uide gl. l. planc. ℸ. quod cuiuſ. uni. no. Secus ſi uni eſſet cōmiſſa electio, quia ſeipſum eligere nō pōt, gl. & doc. ibi.

ADDITIO.

a POMA. *Si conſul. Pet. de Anch. conſ. cccxxiij. & ſeq. Fel. c. iij. de prob. poſt Pan. j. opp. Alex. l. lecta. ff. ſi cer. pet. Fel. c. ex literis. eẍ. de prob. An autem comes Palatinus poſſit filium ſuum legitimare. Bal. hic, iij. q. Iaſ. l. qui iuriſdictioni. uerſ. iiij. fallit. ff. de iuriſd. om. iud. qui uidetur cōcludere cont. Io. de Dama. conſ. xxix. Iaſ. poſt alle. l. eſt receptum. ff. de iuriſd. om. iud. in nepote autem ex filio, ſecus eſſet, ſecundū Io. de Dama. d. cōſ. xxix. quia poſſet eum legitimare, imò etiam filium ſecundū Bolog. in add. illius conſilij. Ad hanc materiam, quando quis ſe poſſit in duobus exercere, uide Bal. in proœ. C. §. ideoq;. & Iac. de Bel. coram ſe in ij. cōſt. C. per Cy. Ray. & Imo. l. ille à quo. §. tempeſtiuum. ℸ. ad Treb. gl. & doc. c. iiij. de prob. Pau. de Leaza. q. incip. primò quærtur, utrùm electio, &c. in ij. dub. in lib. diſput. q. lxviij.*

b POMA. *Opp. Bald. ibi, & Moder. l. j. de ſer. fug. & doct. l. fi. C. qui teſta. fac. poſſ.*

c *Et. Alex. l. lecta. ff. ſi cer. pet. Can. c. cùm olim. de re iudic. & ibi Fel. Card. conſ. liij.*

d *Prioribus. Bar. l. ij. de ſtip. ſer.*

e POMA. *Arg. Alex. conſ. clvij. ij. uol.*

f *Se. Bal. l. ſancimus. C. de dona.*

g POMA. *Emancipare. Ex hoc infertur, ꝙ habens priuilegium legitimandi, poterit filium ſuum legitimare, ut hic Bal. quem ſequitur Alex. conſ. pe. ij. uol. Fel. c. iij. de prob. & c. inſuper. de teſti. Alex. l. cùm filioſa. de leg. j. Iaſ. l. qui iuriſd. uer. iiij. iſta regula. j. de iuriſ. om. iud. Sed cont. uiſus eſt tenere in l. eſt receptum. eo. tit. Vide Card. Alex. c. per uenerabilem. qui filij ſint legi.*

h P. PAV. P. *Quæro. Fel. c. j. eẍ. de fid. inſt. Io. Dama. conſ. xlix. ij. dubio.*

i *Gul. Bar. l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ℸ. de pig. act. Et iſta faciūt, an ſi unus recedat ab uno collegio, & trāſeat ad aliud, an poſſit per illos de primo collegio ibi reſeruari, ut etiā in poſterū dare poſſit uocem in collegio à quo receſsit. & dixi quod non, c. cōſtitutus. eẍ. de elec. Et facit quod no. hic, quod non poteſt ſuſtinere officium duorum, Bar. l. ſi. ℸ. de colle. illic. Item adde ea ſum no. in quo poteſt quis ſuſtinere officium duorū. ℸ. de ope. lib. l. duorum, qui tex. eſt no. & l. qui duobus. de cond. & dem. & Bal. in doctore utriuſq; collegij, & utriuſq; iuris: l. ſi ad ſcribatū. circa fi. C. de app. & l. ſi binos. C. de aduoc. diuer. iud. Item hæc regula uera, quando officia ſunt prorſus diuerſa ſecus ſi circa idem tendunt, Bar. l. comperimus. C. de prox. ſa. ſcri. lib. xij. Et adde q, ex neceſsitate quis poteſt fungi duplici officio, uſq; ad trienium. l. ſi. C. de execu. & exac. lib. xij. l. iubemus. §. ſane. C. de ſac. ecc. de iudice & tabellione, ibidem ex oppoſito, & cum Bar. contra Gul. inclinat Io. And. l. Aquilius. de dōn. in fi. Bar. l. Modeſt. de dona.*

k *Dy. Bar. l. filius. §. ſequens. de falſis.*

l *Eligere. Scripſi in hac materia, l. j. ff. de auto. tut. Bart. l. ab omnibus. §. ij. ff. de leg. j.*

LEX V.

1 *Tacens quando habeatur pro conſentiente.*

IN adoptionibus. In arrogationibus requiritur uoluntas arrogatoris, & illius q debet arrogari, & in adoptione requiritur uoluntas adoptantis, & eius qui adoptatur & patris ſui, & non aliorum conſanguineorū. & ſi in loco nepotis quis adoptatur, requiritur filij uoluītas, qui loco patris eſſe debet, quæ ſi non adeſſet, non recēderet in poteſtatē ipſius mortuo patre ſuo. h. d. cum l. ſeq. & l. ſi is qui. ℸ. e. Opp. dicitur hic ꝙ ſufficit non cōtradicere, & ſic tacēs uidetur conſentire. Cōt. l. filiuſa. §. inuitus. ℸ. de procur. gl. non ſoluit, tu ſolue* ut ibi no. per Dy. c. qui tacet. eẍ. de reg. iur. lib. vj. Vel dic ſm Vitramon. nō conſentire eſt unū extremum per ſe, contradicere eſt aliud extremū, tacitur

1 nitas eſt mediū. Modò ſi quæris, † nūquid ta-

a cens[a] uideatur conſentire, dic ꝙ qñq; eſt una uia à iure diſpoſita, l. j. §. ſciētiam. ℸ. de tribut. Qñq; non eſt uia à iure diſpoſita, tunc aut loquimur de taciturnitate furioſi, aut ſanę mē-tis. Primo caſu, aut eſt talē negociū in quo cō-ſenſus non requiritur, aut requiritur, ſi non requiritur, non habetur pro diſſentiēte, imò ipſe obligatur, l. iij. §. & ſi furioſi. de neg. geſt. ſi uerò requiritur conſenſus, non habetur pro cōſentiente: ℸ. loc. l. qui ad certum. Si uerò in homine ſanę mentis tacente loquimur, tunc regula eſt ꝙ qui tacet, conſentire nō uidetur, d. §. inuitus. & ℸ. de fur. l. qui uas. §. uetare. Fallit ratione cōiunctionis & affectionis perſonæ, ut hic. Cy. C. de procur. l. inuitus. & ibi ſunt opiniones.

*Poſſunt aūt ſolui ſine uiſu, & ſine ſcientia creditoris, ut hic, & l. ſi ſeruus. ℸ. de ſolu. & l. ſi ſeruus. ℸ. de pig. act. & l. ſi ſeruus. ℸ. de ſtip. ſer. & l. ſi ſeruus. ℸ. de noxa

quam alius,& ita loquitur cont.Opp.l.j.C.de dolo.& l.fi.§.
1 quatuor.ff.de leg.ij.De hoc sic dicas,†q aut est i hoc aliqua
cõtrarietas,aut nõ.Primo casu, qd' qs nõ põt tanquã ipse,
non potest tanquã alius.d.l.si proponas. Secũdo casu qd'
b quis põt tanquã ipse potest tanquã alius,[b]ut hic,& hoc est
uerum,nisi ueniat contra fidem debitã iure contractus,uel
contra fidem debitã iure cõiunctionis personæ, quibus ca
sibus qd' quis non potest tanquã ipse,nec tãquã alius.d.§.
quatuor.d.l.j.C.de dolo.

ADDITIO.

a Tanquã.no.hic de dictione,sicut,& tanquã. Adde l.j. C.de hæred. inst.& ibi Bal.in prin.& de pa.Const.in uer.sicut.& Bar.l.j.ff.de off.eius cui mã. est iurisd.Et per istum tex.dat hic Bal.mirabilem cautelam in successionem intestati.

b Limita istud procedere in notario qui est à partibus rogatus,& sic in exercente actum notariatus.§.nos autem.auth.de tabel.Ita Ang.cons.lxxiij.Iaf. l.stipulatio ista.§.si stipuler.de uer.ob.Ant.Rub.Alexandrinus.

§ IN ARROGATIONIBVS. In adoptione consi-
derantur causæ infrà scriptæ,& ars imitatur naturã in-
quantũ potest,& tutor durãte tutela,& curator duran-
te cura,non potest adoptare pupillum uel adultũ.h.d.usq;
ad §.eorum.l.seq.Opp.hic dicit,quod libertus alienus,nõ
potest adoptari,cõt.l.fi.C.de adop.Sol.Arrogari potest au
toritate Principis,ut in cõt.adoptari non põt, ut hic.Opp.
dicitur hic in l.seq.q potius ad naturalitatẽ,q̃ ad arroga-
tionẽ &c.cõt.l.iij.C.de nat.lib. Sol.Sicut resp. interest filios
procreari,l.j.ff.sol.mat.ita interest eius cõseruare, & hoc mo
do adoptio & arrogatio sunt permissæ.

LEX VII.

NEc ci.Adultus uel pupillus non potest adoptari per
tutorem,uel curatorẽ.Opp.l. nonnunquã.in fi. Sol.
durante tutela uel cura non potest fieri, ut hic,ea fi-
nita sic,ut in cont.

1 *Notarius recipiens stipulationem pro alio,debet dicere, mihi notario stipulanti pro Titio,& nu.3.*
2 *Notarius stipulando alteri,obligationem acquirit,& etiam ex contractu de iure gentium.nu.4.*
5 *Notarius qui stipulatus est alteri, si ille sibi non uult acquiri,nec ipse agere poterit.*
6 *Tabelliones creat Princeps,& etiam magistratus.*
7 *Notarius creatus ex forma statuti ciuitatis extra territorium illius ciuitatis non conficit instrumenta.*
8 *Instrumẽtum factum in territorio ex forma statuti, ualet etiam extra territorium.*

a §EORVM. [a] Arrogatio pupilli debet fieri cum causæ
cognitione,quæ infrà sequitur,& arrogans pupillum,
debet satisdare se restituturum bona ipsa arrogatione
finita,per mortẽ impuberis,illis ad quos bona peruenire
debẽt,ut puta substitutis,uel alijs hæredibus,quæ satisda-
tio si non fuerit appositа, datur eisdem utilis actio contra
ipsum arrogantẽ.h.d.usq; ad l.si arrogator.Et quod hic di-
cit,interdũ denotat causalitatẽ,& uerum est,l.interdum.de
cond.ind.sic in dictione,quædã.l.cum quædã.ff.de iur.om.
1 iud.In tex.l.seq.ibi,seruo publico.i.tabellioni.& no.† hunc
tex.qualiter tabellio debeat concipere uerba instrumenti
quãdo recipit stipulationẽ pro alio.Et est tex.q debeat di-
cere,mihi recipiẽti pro alio. Et ad hoc eũ alleg. Gul.de Cu.
Prædicta no.pro Mar.Silli.in l.si arrogator.quæ est difficil-
lima & subtilis.Quærit gl.quid si in omnibus huiusmodi
casibus,non est quæsitũ,an ualebit.Et dicit q nõ,l. cum hi.
§.si prætor.ff.de transa.Cont.hoc facit l.j.in fi.de uẽt. inspic.
Dico q ibi loquitur de modica solennitate quæ non est de
substantia negocij & potest omitti,hic autẽ de substantiali
solennitate. Sed quid si unus iudex quæsiuit, tamen non
bene pronũciauit,an hoc dictũ ualeat:De hoc est gl.l.cũ hi.
§.si prætor.ff.de transi.Quæro quid sit seruus publicus? Dic
q est tabellio, ut est tex.& gl. Inst.eo.§. cùm autem. Quæro
2 nũ quid† tabellio possit alteri acquirere obligationẽ?[b] Et
b uidetur q nõ,quia alteri per alterũ &c. ut Inst. de inut.stip.
§. alteri.Gl.tenet hic & in §.si quis alij.eo.& auth.matri & a-

uiæ.& ibi p doc.C. qñ mulier tut. off.fun. potest.& per l.iij.
ff.rem pup.sal.fore. & l.j.§. exigere.ff. de magist.conue.& hac
l.Alij ut Gul.de Suza.reprobant gl.præal.dicentes, in prę-
torijs stipulationibus illas leges loqui, quasi in alijs nõ sit
iure cautũ.Tu dic fm Gul.q põt quærere ubicũq.Non ob,
q Guid.de Suza.dicit hic nam si hoc esset, quod nõ posset
habere locum nisi in præto.stip.nulla esset specialitas in ta
bellione,quia quilibet in eis hoc potest,l.in omnibus.ff. de
præt.stip.tamen in eo est specialitas,d.§.si quis alij. Quæro
3 †qualiter tabellio cõcipiat uerba:Dicũt quidam q debet
cõcipere in persona eius cui uult acquirere,l.eũ qui.§.ij.de
const.pec.l.stipulatio ista.§.j.de uer.ob.& ff. de administ.tut.
l.quoties.in prin.Tu dic quod debet concipere in persona
sua nomine eius cui uult acquirere.Sic est tex.hic fm Guil.
4 de Cug.Quæro nũquid†tabellio possit acquirere obliga
tionem ex cõtractu iurisgent.Et uidetur quod non,quia e
ius officiũ est de iure ciuili,sicut & magistratus,l.ij.§.post o
riginem.ff.de orig.iur.& nõ extẽditur ad ea quæ sunt iuris
c gent.Item tabellio potest quærere obligationẽ, [c] nõ alium
obligare,& si esset cõtractus iurisgent. claudicaret. In cont.
uidetur per hanc d.l.ut patet in d.§.si quis alij.& dixi tibi in
prima q.Nec ob.qd' dicitur,q eius potestas est de iure ciui
li,nam & tutor est de iure ciuili,ut Inst. de tut.in princ.& ta
men quærit pupillo,ex quocũq; contractu. ideò uidet hic,
q si tabellio emit nomine meo,& uolo mihi ex isto contra
ctu acquiri obligationem,agendo ex eo sum obligatus ad
precium.arg.l.Iul.§.offerri.ff. de act.emp. aliàs sequeret ab
surditas.Vnde eo ipso q approbas,te obligas.Sed nunqd
5 †si tabellio fuit stipulatus [d] nomine alterius,& ille nõ uult
d sibi acquiri,an tabellio poterit exigere pro se:Et uidetur q
sic,l.si absentis.Ç.si cer.pet.Vos dicatis cont.quia cum ipse
sit nudus minister,nihil debet penes eum remanere, arg.ff.
de leg.ij.l.si quis Titio. Item quia nõ habebat uoluntatem
e sibi acquirendi,nec cõtrahens cum eo.Quæro,[e] † quis pos
6 sit istos tabelliones creare:[f] Et uidet quod solus princeps,
f l.actuarios.C.de num.& actuar.lib.xij. In cont. facit q imò
eiam magistratus:auth. de defen. ciui.§. ex prouinciali.&
teius est creatio, cuius est remotio. sed magistratus potest
remouere propter eorum delictum: auth.de armis. in fi.&
auth.de tabell.§.pe.ergo & creare, C. de magi. con.l.fi.& est
expressum C.de suscep.&arca.l.duos.li.xj.& hoc tenet Gul.
Nõ ob.l.actuarios.quia ibi est speciale in his, qui exigebãt
g publicam pecuniã,& ciuitas hoc non potest [g] allegare.Sed
7 tunc quæro,† tabellio fuit creatus in aliqua ciuitate,ex for
ma alicuius statuti,an extra territorium illius ciuitatis pos
sit conficere instrumẽtum:Videtur q sic quia est actus uo
luntarius,l.emancipari.ff.eo. l.fi.ff. de iurisd.om.iud.Contl.
cũ unus.§.fi.de bo.auto.iud.poss.& l.hac parte. C. de prox.
h fac.scrin.lib.xij.hoc tenet do.meus in l.cunctos.[h]C.de sum.
8 trin. Quæro, nunquid † instrumentum factum in territo
rio ex forma statuti, ualeat extra territoriũ:Et uidet q sic,
sicut emancipatio,l.j.C.de emanc.li. quod solet ibi notari.

ADDITIO.

a P.PAV.P.Eorum.Bal.Rub. C.de fid.inst.& l.nec exemplo.C.de prob.q stante statuto,uel consuetudine,q̃,credatur schedulæ priuatæ, faciat fidem etiam extra ciuitatem.

b Obligationem.Bal.l.j.ff.de ijs qui sunt sui. dixit q, quando notarius stipulatur mihi,non quæritur mihi per ipsum,sed per legẽ.Bar. l.j.§.j.ff.de iust.& iur.Bal.cons.lxiij.iiij.lib.

c Obligationem.Bar.l.constitutionibus.ff.ad munic.

d Stipulatus.Bar.l.possessorem.alias,possideri.§.j.de acq.poss.& Bal.l.certi condictio.§.si nummos.ff.si cer.pet.

e POMA.Quæro.Alex.cons.lxxv.

f Creare.Inn.c.cùm tabellio: de fid.inst.Spe.tit.de inst. edi.§. restat. uer.sed quis posit.& ibi Io.And.& Bal.Rub.de fid.inst.Oldr. cons.lxxv. Pro intellectu l.actuarios.C.de num.& actu.li.xij.

g Vetusti codices habent,& ciuitas hoc potest.sed magistratus potest remouere propter eorum delictum.tex.quoq;.in l.iubemus,corruptè allegatur, credo Bar.uoluisse adducere l.iubemus.C.de defen.ciui.quæ clarè in proposito loquitur.Alex.Lofeus Aulianus.

h Cunctos.Bar.ibi.ff.de off. proconsl.li.j. in fi. pro intellectu l.qui ex liberti. §.testamento.ff.de secun.tab. & pro intellectu.§.cum autem.Inst.de adop.

LEX

LEX XXII.

1 *Actio directa non acquiritur per tabellionem.*
2 *Quarta,de qua hic,etiã non acquisita,transmittitur ad hæredes arrogati.*
3 *Arrogator non substituit in ista quarta impuberi per fideicõmissum,quia illam non habet ex prouisione testatoris.& nu.7. an ad suũ incõmodum.*
4 *Arrogatus impubes institutus ab arrogatore in legitimam,illam non capit beneficio testatoris,sed legis.*
Expressio eius,quod tacitè inest,per legẽ facta à priuato nihil operatur.
5 *Substitutio pupillaris facta ab arrogatore arrogato,non trahitur ad omnia bona pupilli.*
6 *Pupillaris facta ab arrogatore in quartam, trahitur ad omnia bona arrogatoris.*
8 *Quarta,de qua hic,non est totius hæreditatis,sed eius quod quis esset habiturus ab intestato.*
Filius non potest defraudari quarta,per alienationem.
9 *Maritus,qui ex forma statuti lucratur partem dotis,an illam transmittat sine agnitione.*
10 *Arrogatus aget ad quartam,etiam contra filios legitimos & naturales arrogatoris.*
Rationes duæ uincunt unam,quando utraq; operatur.
11 *Quælibet substitutio directa potest fieri in legitima.*
Vulgaris tacita non impedit existentiam sui hæredis.
Impuberi arrogato,quo iure bona restituantur mortuo arrogatore, hæredi impuberis arrogati quo iure succurratur.
Impubes arrogatus decedẽs an posśit habere hæredẽ ab intestato.et nu.17.
14 *Impubes arrogatus quo iure petat quartam,de qua hic.*
15 *Hæres impuberis arrogati,quo iure petat quartam,de qua hic.*
16 *Arrogatus decedens in pupillari ætate.potest habere hæredẽ ex testamento patris naturalis,non arrogatoris.*
18 *Filius arrogatus,an transmittat ius stipulationis.*
19 *Filius decedens ante patrem,non transmittit legitimam.*
20 *Impubes arrogatus decedens,an posśit habere hæredem ex testamento uel ab intestato simul.*
21 *Impubes arrogatus an posśit decedere cum duabus tabulis pupillaribus,patris naturalis,& arrogatoris.*
22 *Si statuto Perusino cauetur,q, testamentum fiat coram septem testibus,& Florentino q, coram decem,an hæres testamento facto Perusij, Florentiæ bona existentia habere posśit.*
23 *Reus dilatione sibi data ad probandum,non potest renũciare, si actor non non posśit probare.*
24 *Iudex si assignat condemnato tempus quadrimestre ad soluendum, an talis dilatio dicetur legalis? quid in dilatione assignata ab arbitro.*
Impubes factus monachus, & decedens in pupillari ætate substitutus admittitur.
25 *Impubes arrogatus, si solus instituatur, & grauetur de restituendo, non detrahit duas quartas.*
26 *Hæredi impuberis arrogati si relinquatur,de quo hærede intelligatur.*
27 *Testator duobus filijs impuberibus institutis si dicat, q, si uterq; decesserit sine liberis,substituo pauperes Christi,quæ substitutio dicatur,an compendiosa,an uerò directa?*

a SI arrogator.[a] Hæc est bona lex, difficilis, & subtilis: Et
ad euidentiam istius scias & teneas, quod habuisti in
l.nec ei.& l.seq.ff.eo.Item scias quod si pupillus, cui est
facta substitutio pupillaris, det se in arroga-
tionem,pupillaris substitutio euanescit,* ut
* *Euanescit. Idẽ Bal.l. nec ei.ff. eo.Quod tamẽ neq; lex dicit, neq; hæc sentẽtia in fraudẽ testatoris et substituti recipiẽda est. Diuersa ratio est in matore, q sese inadoptionẽ dat,* inst.qui.mo.testa.infir.§.non tamen.Item scias,q satisdatio,de qua fit mentio,in l.nõ aliter.ff.eo.fuit inuẽta, quia per arrogationem, pupillaris substitutio euanescit,ut ff. dixi, & habetur in l.nec ei.ff.eo.& arrogatus decedẽs in potestate adoptantis, nõ habet hæredem ab intestato,licet hodie sic, authẽt.de hęr.ab inteſt.§.j.& ideò fuit eis consultum per d.satisdationem,* & d. satisdatio habet locum, cũ impubes decedit in pupillari ætate.l.hæc eius enim testamentũ rumpitur:§.j.Inst.qb.mo. testa.infir.potuit enim legem sibi dicere.At uerò eius qui defunctus est uoluntatem,per adoptionem subuertere,æquum non est:l.j.C.de sac.ecc. I. Conc. B.

* *Satisdationem.Et non extenditur ad quartam debitã ex const.diui Pij:§.j. §.cum autem.Inst.eo.Hæc ex prælec.Bar. I.Conc.B.*

autem.ff.eo.Item pro euidẽtia huius legis, uide l.qui ex li-
beris.§.testamẽto.ff.de bo.poss.fm tab.Et lex nostra diuidi-
tur in quatuor partes,in prima parte ponitur una q.& eius
determinatio,in secunda ponit alia q. & eius responsio,in
tertia ponit quandam limitationem,& annectitur ratio,in
quarta & ultima ostendit dicta in filio,trahi ad nepotẽ.Se-
cunda ibi,sed an in impubere.Tertia ibi, cæ-
terũ.Quarta ibi,hæc autẽ omnia,usq; ad fi.* * *Fi. Et in summa hoc intendit,Mortuo arrogatore, & deide ipubere adrogato, bona quæ peruenient ad adrogatorẽ ab adrogato sunt restituẽda, et insuper quarta pars est relinquẽda, in qua pater & adrogator possint facere substitutionẽ directã, usq; ad tẽp' pubertatis,& nõ ultra, etiã per fideic. Hæc ex prælec.Bart. I.Conc.B.*
Tertia gl.hic,quę est super uer. restituere sen-
1 †tit quod per tabellionẽ acquiratur directa,
quod est cõtra l.j.§.exigere.uer.j. ff.de mag.cõ
uc.Et no.tex.q non potest ultra tẽpus pupil-
laris ætatis substituere,quia hoc habet ex le-
gis prouidentia,& quod uer.restituere, trahi
tur ad directam,& ista potest dici quarta legi
tima,& ideò fideicõmissariam substitutionẽ
nõ facit.No.quod præmortuo arrogato,bo-
na per arrogatorẽ quęsita debẽt restitui.No.
q debetur etiam quarta ex cõstitutione diui
2 †Pij,& q ista quarta etiã non acquisita, trã-
mittitur ad heredes arrogati.No.q impubes
3 trãsmittit legitimã.No.q in ista quarta †non
potest arrogator substituere impuberi per fi
deicõmissum.No.q ideò nõ potest grauare
eum in ista quarta,quia non habet ex proui
sione arrogatoris.No.quod in hac quarta,po
test fieri directa substitutio usq; ad puberta-
tem,nõ post.No.q si arrogator relinquit ul-
tra quartã,potest ei quemlibet substituere in
isto,quod ultra relinquit. No. quod iura lo-
quentia in filijs,porriguntur ad nepotẽ.No.
4 quod si pater †arrogator instituat impuberẽ
in legitima, nõ dicitur eam capere beneficio testatoris, sed
legis,& sic no.q expressio eius quod tacitè inest,per legem
facta,à priuato nihil operatur.Et hoc colligitur, & collige-
re licebit,q nõ præstat beneficiũ,qui debitũ impendit, Sic
ff. de tit.nup.l.prox.& de hær.inst.l.si seruo.& de leg.ij.unũ.
Cont.nõ dicitur grauare,qui exequitur,ut ex.de appel.c.nõ-
uit.Opp.primò ad hãc l.dicitur hic, q arrogator potest in
sola quarta substituere,imò uidetur q trahat ad bona pu-
pilli.ff.de uul.l.sed si plures.§.ad substitutos.Sol. †Substitu
5 tio arrogatoris nõ trahitur nisi ad solam quartã, ut hic, fa-
cta uero filio naturali & legitimo ad eam porrigitur, ut in
cont.Ratio colligitur in l.nec ei.§.j.ff.eo.quod non debet a-
b lijs nocere. Opp. [b] ij.dicitur hic, † q ad solam quartam te-
6 net substitutio.Cont.imò in omnibus bonis quæ ab arro-
gatore, deueniunt, l.sed si plures. §. in arrogato. ff.de uulg.
Sol.quòd ista suppleť per illam,uel dic,q ista dicit idem,si
certo modo punctuaretur & suppleretur litera, unde non
7 ob.gl.j. uerior. Opp. tertio dicitur hic, † q non capit hanc
quartam iudicio testatoris.Cont.nam si testator eum insti-
tuit in quartam,istam etiam capit iudicio testatoris, auth.
ut cùm app.cog.§.aliud quoq; capitulum. Dicitur enim ca
pere iudicio testatoris,quia titulo institutionis.Sol.Quan
tùm ad suum commodum,uidetur capere iudicio testato-
ris,ut habeat ius accrescendi,sed nõ quantum ad suum in-
commodum & onus ut possit grauari,ut hic,quia debitor
non debet imponere onus rei debitæ inuito creditore, uel
quasi creditore.ff. de act. emp.l.si tibi librum.Opp.quarto,
hic dicitur quòd ista quarta debetur sine onere. Cõt. quia
8 † quarta non debetur totius hæreditatis, sed eius partis,
quam quis esset habiturus ab intestato, C. de inoff.testa.l.
cùm quæritur.Sol.ibi in quarta debita iure naturæ, hic in
quarta debita iure arrogationis. Et est ratio diuersitatis,
quia hæc quarta debetur in quãdam recompensationem
commodi,quod interim arrogator percepit ex bonis arro
gati.C.de sac.eccles.auth.si qua mulier.Ista sol.non uidetur
uera, quia secundum hoc esset melior conditio adoptiui,
quàm ueri filij,contra mentem l.nec enim.§.prætereà.ff.eo
dem. Solut. Concedo,nam & in alio uideo,quòd efficaci-
or est ista,quàm illa, quæ debetur filijs ueris,nam propter
alienationem, arrogatus non debet defraudari hac quar-
ta,sed

mittit legitimã,si decedit ptius cp pater,quia nõ debetur ei
nisi mortuo patre.C.de fac.ec.auth.si qua mulier.& Dy.l.fi.
de lib.agn.& l.j. §.si impuberi.ff.de coll.bon.Non em̃ trans-
20 mittitur obligatio,cuius conditio deficit.Iac. † Vlterius di
ctum est,cp altero iure.i. ex testamento uel ab intestato,po-
test impubes hæredẽ habere.Sed an utroq; iure simul? uer
bi gratia decedit impubes mortuo arrogatore, cui impu-
beri pater naturalis non dederat substitutũ, sed arrogator
sic, dicit gl. cp iste in totũ testatus decedit, quia substitutio
trahitur ad uniuersum, qd' est no.cp substitutio directa fa-
cta in legitima trahatur ad omnia bona, ita tenet hic gl.Fa
cit, quia ne decedat pro parte testatus causa est indiuisibi-
lis,& ista duo cõtraria in eodẽ subiecto,i.in eadẽ psona,nõ
cadunt,ff.de reg.iur.l.ius nostrũ. & ar.ff.de testa.l.si is qui.Itẽ
facit pro gl.C.de secun.nu.l.j.ad Treb. l. cog.§.ij qui solidũ,
licet qui uenirẽt aliàs ab intestato, tunc nõ uenirent ab in-
testato, tñ agerent cõtra substitutũ,cùm nõ sit hęres impu-
beris,nisi de iure legitimæ,quia nõ sequuntur debita legiti
mã,l.Pap.§.quarta.ff.de inoff.testa.Et quia actio personalis,
nõ sequitur fundũ. l.j. §.si hæres.ff.ad Treb.Si uerò tu dicis,
non cõueniri substitutũ,sed hæredẽ arrogatoris,tunc sub-
stitutus ibi cãtando,qui habebit bona & restituet,hęres ue
rò nihil deplorabit. Istæ sunt truffæ, ideò dicetur in seq.q.
21 † Quæro nunquid iste impubes posit decedere cũ duab⁹
tabulis pupillaribus.ff.primi testatoris,& secundi?Et uidet
cp non potest quis decedere testamẽtis ualentibus iure di-
recto ,ff.ad Treb.l.si quis priore. & ideò substitutus ab arro
gatore,tancp substitutus ultimo testamẽto, totũ capiet,sed
restituet,ut §.prox.q.uel tenebũtur hæredes uniuersales ar
rogatoris. Gl. nescit se firmare,quia loquitur male,in eo cp
dicit substitutionẽ patris naturalis cessare, & etiã in eo qd'
dicit §. in causa testati.Et iõ dicit Iac.de Are.aliàs de Ra. qñ
concurrũt substituti,præferr substitutus uniuersaliter sub-
stituto in quarta, cũ sufficiat substitutionẽ in quarta obli-
quari, & trahi ad restitutionẽ. C. de hær.inst.l.quoties.Sed
illa loquit qñ in eadem uoluntate est substitutus in re cer-
ta, & uniuersaliter hoc iure fm Gul. Sed opp. quia qñ etiã
in eodẽ testamẽto est substitutio in re certa, & uniuersalis,
quęlibet ualet suo iure,ergo multò fortius in diuersis testa
mentis.Nec debemus dicere obliquari,quia substitutio in
re certa uel quãtitate, in suis finib. nunq; est directa,qd' sic
probo. directa substitutio est qñ substitutus nõ capit ab a-
lio,sed ipse manu sua media capit, ergo substitutus in legiti
ma, nõ est substitutus pupillariter, sed quidã legatarius.ff.
de hær.inst.l.his uerbis gl.nostra peruertit ordinẽ.Nam fa-
cit successorẽ in legitima uniuersalẽ,& successorem uniuer-
salem directũ obliquari.& sic est cõtra ueritatem fm Iac. de
Raue.Sed ista opi.est cõtra q. quæ dicit, cp de re certa impu
beri in legitima nõ potest per fideicõmissum substitui, &c.
Sed si obliquaretur,esset fideicõmissaria,ergo impossibile
est obliquari.Item substitutio est directa,& sic restituere ne
minem rogauit.Sed respondeo, quia ex quo uigore substi
tutionis pupillaris, non potest aliquid aliud consequi, q̃
quarta, oportet cp ipsam petat ab obligato, sed certè non
tenentur ad hoc hæredes scilicet impuberis,sed patris,& i-
deo dicit Pet.utrãq; substitutionẽ ualere,iure directo, in eo
in quo facta est,& eundẽ propter diuersitatẽ patrum posse
habere plura testamenta. Item in eodẽ potest esse causa te-
stati & intestati, siue per repudiationẽ quod credo uerum.
Non ob. cp nõ potest decedere duobus testamentis factis,
nam resp̃deo,cp posito uno incõuenienti, sequitur aliud.
C.de rescin.uend.l.ratas.Sed inconueniens est, cp quis ha-
beat duos patres.l.uulgo.§.de stat.hom.& tamen hic secus
ergo sequitur aliud inconueniens, cp quis posit decedere
cũ duobus testamentis, & eodẽ modo cp potest testatus, &
22 intestatus, &c.Et hæc ualẽt ad q.† In ciuitate Perusij est sta-
tutum,cp in testamento interueniãt septem testes.In ciui-
tate Florentiæ statutũ est, cp interueniant decem.Modò testa-
mentũ est conditũ Perusij,hæres petit in ciuitate Florentię,
obij̃citur sibi cp testamentũ non ualet, quia nõ habet decẽ
testes. Dico cp hæres habebit illa bona quæ sunt Perusij, &
uenientes ab intestato quæ sunt Florentiæ.l.j.C.de sum.trini
nit. & etiam per me in repetitione mea,d.l.j.quia ad unam
pluritatẽ sequitur aliquid propter quod in perplexis fal-
lunt ille regulæ,ff.de hæred.instit. l. si pater.& ff.de uerb.obl.
l.ita stipulatus.& quia in diuersis hęreditatibus separatis,
non habet locũ ius accrescẽdi, sed in coniunctis hæredita-
tibus sic, ut dixi in. l. fi.ff. de acq.hær.impossibile est,cp una
hæreditas accrescat alteri.l.si sub conditione quibus mod.
usufr.amit.quia testator in aliũ non potest accrescere, Cy.l.
23 j. C. de adopt. Ista lex inducitur † in arg.ad q.reo fuit data
dilatio,uult actor probare,reus ad hoc ut actor nõ probet,
renunciauit dilationi sibi datæ,an possit? Et allegatur hæc
lex cp non,quia id beneficiũ quod conceditur aduersario,
ut possit probare intra terminum datum, est ex prouiden-
tia legis,& ideò non potest per partem renunciari.l. si post
mortem.§.fi.ff.de bo.poss.cont.tab.Dy.Ext.no. arg. ad q. de
24 tempore † quadrimestri,ut intellig̃atur legale,nõ iudicia-
le.Sed dices contrà,qa est dilatio iudicis.Sed dic cp est lega
le, ut de quarta arrogatoris, & ideò arrogator non est ali-
quis agens,sed merus executor. Sed certè iudex uidetur le
gis exequutor,ut ff. de re iud. l.iiij.§. si quis. in fi.fortè secus
in arbitro, quia arbiter nõ est minister legis, sed priuatus,
qui etiam habet liberũ arbitrium, & non potest ab eius fa
cto appellari. Et faciunt prædicta, ad q. de impubere filio
monacho facto. Nam si decedat in pupillari ætate, uenit
substitutus pupillariter, aliàs nõ.& no.impuberi posse fie-
ri codicillos, sicut testamentũ. ff. de leg.j. l. ff Titio.§.fi. & ibi
gl.fi.per illũ text.iuncta l. quod fideicom. eo.tit. Vnde post
pupillarem substitutionẽ possunt addi codicilli pupilla-
res, & hoc non habes alibi. Extra not.quòd ista litera facit
differentiã inter substitutionem directã, & fideicõmissariã,
Sed quæ dicat fideicõmissariam ꝛc. Quando testator fidẽ al
terius interponit, sed qñ non interponit inter se,& substitu
tum aliquẽ, tunc est directa, C. de fideicom.l.cam quam.&
ideò quando dubitatur,an uoluerit fideicõmissariam, uel
hæredem facere, in directã substitutionẽ interpretabitur,
quia media manet inter substitutos directa, ut ff. de acq.hæ
red.l.ex parte.Sed quomodo cognoscitur in hoc uoluntas
testatoris? per formã uerborũ, & quandoq; in uerbo di-
spositiuo consistit ius,quandoq; in conditione,quę quan
doq; importat directã substitutionẽ, quadoq; obliquã.l.
25 precibus.C. de impub.& alijs subst. Quæro extra gl.† quid
si impubes arrogatus instituat solus, & de restituendo ro-
getur,an detrahat duas quartas? Et uidetur quòd sic,quia
ad duo iura prætendit.In cont. facit de inoff.testamento.l.
Pap.§.si quis impuberi. Et hoc est uerius,quia compẽsatio
fit.C.un.uir.& ux.auth. præterea. & ff. fol.mat.l.si cùm dotẽ.
§.si pater.Sed in alio legitimo & naturali distinguitur,utrũ
sit rogatus purè, uel sub conditione.ext.de testa. c. Ramu-
26 tius.& l.Pap.§.meminisse.ff.de inoff.testa.& ibi dicam.† Ex
tra quæro,ex quo arrogatus potest decedere cum duobus
testamentis, quid si relinquatur hæredi eius,de quo hære
de istorum intelligitur? ꝛc. interdũ fit mentio hęredis,respe
ctu seu ratione cõiunctionis, at ff. ad Treb.l.ex facto.§.fi. in-
terdum respectu successionis, tunc intelligitur de hærede
uniuersali, quia est iste hæres propriè.l.quædam. §.j.ff.de e-
den.In gl.hæc lex,&c. Ista gl. diuiditur in tres partes.Primò
loquitur quando arrogator præobijt. Secundò quando
præobijt arrogatus. Tertiò redit ad primũ thema. Secun-
da ibi,sed quid. Tertia ibi, sed pone.Et tertia subdiuiditur
in duas partes. Prima loquit quando est quæstio inter ue-
niẽtes ab intestato, & substitutum.In prima q. gl.firmat cp
causa testati trahat ad se causam intestati. In secunda q. gl.
ponit duas opiniones. Vna est, quòd substitutus ab arro
gatore directa uia, succedat in omnibus bonis,& teneatur
alijs substitutis ex stipulatione. Secũda quòd uterq; succe
dat prout substitutus est, qui possidet teneatur non pos-
sidenti,utili petitione hæreditatis,quę est in rem actio,& se
quitur possessorẽ, & tunc sequitur quòd quis cũ duplici te
stamẽto decedat, quod alibi non reperitur in Pagano, fm
gl.in eadem gl.ibi,per bo.poss.quia id quod est nullũ,non
reconuale

reconualescit,nisi de iure prætorio.l.& posthumus.ff. de in-
iust.rupt.testa. Sed hic sit deterior conditio primi substitu-
ti? per arrogationẽ,quare non potest succedere de iure ciui-
li. Vel dic cp homo hoc casu dispensat, nisi possit succedere
de æquitate iuris ciuilis,ff. de uulg.l. causa,quia legata,& li-
bertates uidentur posse peti per utilem actionẽ. d.l.his uer
bis §.eo.fm doct. Quæro, arrogator non facta aliqua sub-
stitutione filio arrogato decessit,& demũ decessit filius ar-
rogatus,dicit textus quòd bona arrogati debeant restitui,
sed non dicit cui & qua actione. Vnde cui restituant,& qua
actione est dubiũ. Et gl. in princ. dicit, quòd si filio arroga-
to fuit facta substitutio à patre naturali, illi substituto de-
bent bona restitui, aliàs uenientibus ab intestato, tamẽ ista
gl. uidetur dicere cont.§.non tamẽ. Inst. quibus mod.testa.
infirm.& contra l.nec ei.§.j.§. eo.quia per arrogationẽ sub-
stitutio euanuit,ut d.iuribus. Quomodò ergo substitutus
admittetur ad petitionẽ istorum bonorũ. Certè non uide-
tur gl. bene posse defendi, nam licet per arrogationẽ pupil
laris substitutio euanuerit, tamẽ quia tempore mortis pu-
pilli, pupillus est sui iuris inuentus, testamentũ pupilli est
ualidum: d. §.non tamen. & hoc modo gl. procedit.Hanc
responsionẽ infringit.Mar.Sil.per l.ex liberis.§.testamento
ff.de secund.tab. quia per arrogationẽ ruptum testamentũ
nunquã conualidatur, nisi arrogatione finita declaret se
uelle istud testamentũ ualere,ut ibi. Vnde huius timore di
cit ipse,cp substituti non admittunt ut substituti,sed agnut
ex stipulatione uel utili actione. Tu dic secundũ Iac. But.cp
substitutus admittitur ad bonorũ petitionem, ut gl. dicit.
Nec ob. §. testamẽto . nam loquitur in persona quæ possit
confirmare & declarare testamentũ, quod nõ contingit in
hoc casu, quia pupilli non possunt uelle uel nolle, ut ff. de
reg.iur.l.pupillus.maximè quia testamentũ non fuit factũ
ab eo sed à patre suo. Et ita potest sustineri gl. secundũ Lap
pum, & hoc est uerum fm Pet. nisi pupillus factus sit adul-
tus, quia tunc requiritur declaratio,uel confirmatio testa-
menti,tamẽ hoc est impossibile,quod requiratur declara-
tio , uel confirmatio testamẽti facti ab alio. Vnde d. §.testa-
mento. loquitur quando ab eodẽ arrogato fuit factum te-
stamentũ , quare indistinctè tenuit gl. Quæro ulterius,qua
actione restituatur bona arrogatis? Quidã dicunt quòd a-
gẽt isti substituti bono.hæreditatis petitione prętoria,qua
si confirmatũ sit testamẽtũ de iure prætorio, & uires assum
pserit,d.§.non tamẽ.& l.j.ff. de bo.poss.& hær.pet.per totum
& tenet hoc Iac.But.licet.Martinus Sil.cont.Quæro,quid si
decesserit prius pupillus arrogatus,cp arrogator? Veniunt
bona restituenda, quæro cui & qua actione, & sic econtrà.
Ad primũ d.gl.quòd admittent substituti, dati à patre na-
turali,si sunt,aliàs uenientes ab intestato,& agunt ex stipu
latione expressa,uel tacitè intellecta,& sic ac si fuerit expres
sa,l.ijs uerbis.§.eo.Dicit gl. quòd substituti à patre natura-
li, admittantur , est contra dictũ. §.non tamen.quia substi-
tutio pupillaris euanuit,nec põt dici confirmata,ut in præ
cedenti quæstione,quia hic pupillus arrogatus decessit,ex
istens in potestate arrogatoris. Ad hoc potest responderi
saluando gl. quòd ibi substituti nõ admittantur ex substi
tutione facta à patre naturali,sed agent ad ista bona ex sti-
pulatione, ut l. non aliter.& l.his uerbis §. eo. Ad hoc opp.
& uidetur,quòd cùm pater arrogator teneatur ad restituẽ-
da bona ex obligatione legati, ut Inst.eo. §. cum autẽ,non
uidetur fuisse necessaria stipulatio tacita uel expressa, cu-
ius contrariũ gl.dicit.Nam illa legalis obligatio,qua arro-
gator tenetur ad restituenda bona,fuit quæsita pupillo, &
per consequens hæredibus pupilli,& sic gl.malè loquitur,
maxime,cùm ad istam utilem actionẽ, quæ datur ad subsi
dium,non debeat peruenire.l.nõ aliter. §.eo. cùm hæredes
pupilli habeant actionẽ contra arrogatorẽ, ex legis dispo-
sitione, d.§.cùm autẽ. Quid dicemus? Teneo gl.secundum
Iac.But.Et ad contrariũ respondet,nam ex stipulatione tacita uel expressa agunt. Nec ob. quòd de obligatione legali dicit.§.cùm autẽ. quia illud obtinet,quando arrogator de-
cedit uiuo pupillo,quod tamen non est in nostra q. imò e-

cõtrà. Et potest dici,quòd substitutis datis à patre natura-
li,uel uenientibus ab intestato,possit aliomodo cp per istã
stipulationẽ succurri,nã substitutus uigore substitutionis,
non potest agere,quia fuit extincta.d.§. non tamen.l.nec ei
§.j.§.eó.Item nec ab intestato uenientes possent agere,quia
cùm decesserit pupillus uiuo arrogatore; non habebat se-
cundũ hæc iura hæredes hodie,secũdũ iura noua sic,auth.
de hær. ab intesta.§.j. Vnde cùm substituti, uel ab intestato
uenientes sint omni iure exclusi in nostra q.meritò fuit per
satisdationẽ subuentum,l.non aliter.§.eo. & possunt agere
ex stipulatione tacita uel expressa. Et hæc uerba refert glos.
Inst.eo.§.cùm autẽ.Vnde concludemus,quòd substituti a-
gent ex stipulatione tacita uel expressa, uigore substitutio
nis,etiã si non essent substituti uenientes ab intestato.Que
rit gl.magna ibi,sed pone,&c.Pater arrogator decesit, & fi
lio arrogato quartam relinquit,& ei dedit substitutũ in ea,
pater naturalis primò decesserat, & dederat filio substitu
tũ in omnib.bonis,decesit posteà pupillus arrogatus,bo
na quæ ad arrogationẽ deuenerũt, sine dubio debẽt resti-
tui. Sed quærit cui, an substituto dato à patre naturali, an
substituto dato ab arrogatore,uel si non sunt substituti, re
stituantur uenientibus ab intestato. Dubium huius quæ-
stionis est, ne quis decedat pro parte testatus, & pro parte
intestatus,contra l.ius nostrũ ff. de reg.iur. Gl.ad hanc q. di
cit quòd nõ audet respondere hic, finaliter gloss. resident in
hoc, quia substitutus in quarta à patre, capiet omnia bo-
na, & restituet substituto dato à patre naturali, bona quæ
fuerunt arrogati.Pro hac gl.&eius responsione facit, quòd
quando quis primò fecit unum testamentũ,& posteà fecit
fm, & uult cp primũ ualeat, licet per secundũ ipso iure tol-
latur primũ, tamẽ in effectu remanet testamentũ primum,
qa institutus in secũdo , restituit bona institutio in primo,
arg. l. si quis priore ff. ad Treb. & Inst.qui.mod.testa.infir.§.
sed & si quis. l. posthumus. §.fin.de iniust. testa.Sed ista re
sponsio gl.impugnatur per doct. Nam aut dicis quòd sub
stitutus à patre naturali, aget ex testamento patris natura-
lis,ut sibi restituantur bona iure fideicõmissi,& hoc est fal-
sum,quia naturalis nullam facit fideicõmissariam: Aut di
cis,quòd aget ex testamento arrogatoris, & hoc est falsum
quia arrogator substituẽdo in quartã, non rogauit aliquẽ
de bonis restituendis: Aut dicis, quòd substitutus à patre
naturali agat contra substitutũ ab arrogatore, ex stipula-
tione expressa uel tacita,& hoc est falsum,quia non potest
agi contra substitutũ ab arrogatore, sed contra ipsius arro
gatoris hæredes: quia ista obligatiõe,qua tenebatur arro-
gator,hæredes tenentur pro hæreditarijs portionibus, l.ij.
C. de hær.act.& l.j.C.si certũ.pet. Gl.huius timore in ult.opi
nio.dicit. Vel dic quòd hæredes arrogatoris tenẽtur, tamẽ
ista respõsio laborat eodẽ morbo quo prima, quia nullus
fuit de restituendo rogatus, & sic non habet locũ ista restitu
tutio, uel ius fideicõmissi. Vnde Iac. de Are. dicit quòd sub
stituti dati à patre naturali , capiant omnia bona , & resti-
tuant quartã substituto ab arrogatore,iure fideicõmissi,&
sic pupillus arrogatus non dicetur decessisse duobus con-
ditis testamentis.Pro hoc facit, quòd substituti à patre na-
turali,uidentur hæredes in uniuerso,sed substituti ab arro
gatore in quarta,& sic in re certa,unde loco legatarij,uel fi-
deicõmissarij debẽt haberi, C. de hær. instit.l.quoties.&l.j.
§. si ex fundo. ff. de hær.inst. Prætereà cùm substitutio facta
ab isto arrogatore, non ualuerit directò , ne quis decedat
duobus conditis testamentis,non mirùm si trahitur ad fi-
deicõmissariam, ar. l.ex facto ff.ad Treb.& l.cùm quis.§.Se-
iam.ff.de legat.iij.hæc fuit opinio Iac. de Aret.aliàs de Rau.
cuius opinio.tenet hic Iac.But.Pet.aliter dicit scilicet quòd
substitutus ab arrogatore admittitur ad quartã, sed substi
tutus à patre naturali , admitteretur ad omnia bona. Et istã
opinionẽ ponit gl. hic in fi. Ad contrariũ respondet.Quæ-
rit, quæ quarta sit hæc,de qua hic loquitur,eorum,an om-
nium bonorũ,uel quæ habiturus erat ab intestato? Et uidet
quòd omniũ bonorum, cùm lex indistinctè loquatur, l.fi.
si quid in frau.pat. Instit,eo.§.cùm autẽ.In contrariũ est ue-

ritas, secundū gl. quòd sit solūmodò quarta eorum, quæ erat habiturus ab intest. sicut in naturalibus est, ut ff. de inofic. testa. l. Pap. C. quoniā. maximè cū isti filij æquiparētur, ut Inst. de acq. per arrog. §. j. Et ita tenet gl. d. §. cùm autē. & Gul. de Cu. & Iac. But. Non ob. iura hic alleg. quia debet distingui per illa iura. Quæro, qua actione petatur ista quarta. g Dicit gl. quòd agetur condictione ex constitutione diui Pij, ut hic in gl. super uer. quartam. quod no. Quæro, arrogator reliquit quartā in testamēto, qua actione petitur? Et uidetur, quòd actione ex testamento non possit peti, cū illa quarta sit debita, & debitor legando debitū, legatum non affert aliquod cōmodum, ff. de leg. iij. l. si deportati. §. fin. & Inst. de lega. §. si debitori. Item quòd & ex constitutione diui Pij non agatur, facit, quia condictio ex constitutione diui Pij, cōpetit quando quarta non esset relicta, ut hic sed in quæst. nostra est relicta, gl. l. j. §. si impuberi. de col. bo. Quæro, nunquid sit augmentata hæc quarta per auth. de triente & semis. sicut in liberis naturalibus. Breuiter uidet quod sic, sed contrariū tenet gl. auth. de triente & semis. §. j. & Iac. But. quicquid Pe. dicat. Nam si non corrigitur, quare stare prohibetur, Cy. C. de adop. l. j. uel ij. Inducitur hæc l. in arg. ad q. Actori fuit data dilatio, in qua nihil probauit, posteà fuit datus terminus reo, actor uult, p̄bare, reus ad hoc ut actor non probet, renūciauit dilationi sibi datæ, an possit? Et allegatur hæc lex quòd non, quia illud beneficium qđ conceditur aduersatio, quòd possit probare intra terminū datum, est ex prouidentia legis, ideò nō potest pars renunciare, altera parte inuita. Ad hoc l. si post mortē. §. fin. de bo. poss. contra tab. & ibi Dy. Inducitur etiā in arg. ad q. condemnati habenti quadrimestre tempus à lege, ut l. fin. C. de usur. rei iud. modò iudex facta condemnatione, assignauit condemnato terminū quatuor mensiū, an iste terminus dicatur iudicialis, uel legalis? Et effectus est, quia si dicitur esse legalis, & intra terminū esse facta solutio, posset usq; ad lit. contesta. mora purgari. l. si cùm dies. §. fin. & l. celsus. ff. de arbit. Secus si est iudicialis. Sed ad quæst. dico qđ est legalis per hanc legē. l. iiij. §. si quis condemnatus ff. de re iud. ubi gl. tangit. Sed quid in arbitro statuente tempus legale dicitur per Dy. l. iij. ff. de leg. j. & ibi uide in pen. & ult. q. quæ facit ad hanc l. Iste uers. sed an impuberi, inducitur in
27 arg. ad quæstionē talem, quæ fuit disputata hic. † Testator facit testamentū, & si filios suos pupillos hæredes instituit, & post mortē eorum substituit pauperes, si uterq; eorū moriatur sine liberis in hac forma, si ambo filij mei sine liberis decesserint, substituo pauperes Christi. Modò quæritur nū quid ista substitutio sit directa compendiosa, intra tempora pubertatis, & posteà sit fideicōmissaria, & maximè matre in medio existente? Et uidetur quòd dicta substitutio, sit in omni tempore fideicōmissaria. Primò quia eadē res non debet diuerso iure censeri, l. eum qui. ff. de usuc. Secundò quia una est ratio, quæ importat unū intellectū testatoris, ar. l. j. §. his ita uer. hoc ita tam uariè. C. de cad. toll. Ergo repugnant sibi diuersi modi intelligendi. Tertia, quia ibi una determinatio sequit̄ multa determinabilia, respectū personarū, pariter ergo & eo. modo, ea determinare debet. l. iam hoc iure. ff. de uulg. C. eo. l. quamuis. si ita est circa personas, idem debet esse circa tempora, quia sic arguit homo de personis ad tempus, in ista materia, ut ff. de uulgar. l. qui plures, in prin. sed hoc uer. substitutus, habet se per modū determinationis, ergo si est relatū diffinitiuè ad multa tempora, determinat tempora eodē modo: sed eo modo non potest determinare, nisi in fideicōmisso, ergo, &c. Et p̄ hoc uidetur nota. in l. nostra. quia si testator impuberi arrogato substituit, quando cunq; decedat, dicitur quòd non potest admitti, nisi per fideicōmissum, ergo est fideicommissaria. C. de inst. & substit. l. generaliter. in principio. ubi dicit, si testator filium substituit sub duplici conditione, dicendo, si decesserit sine liberis, & uxorē non habuerit, talē substituo, utraq; conditio, debet secundū uerba testamenti intelligi. Ergo est fideicōmissaria. Azo in summa. C. de impuberū. Hoc tenet Azo in legibus præallegatis. Idem ibi tenebat Cy. in lectura antequā faceret additiones. Idem Dy. in materia substit. & Gul. de Cun. & prædicta cōcluduntur, etiam si mater non esset in medio, sed quod matre existente in medio, prędicta procedant sine dubio probatur, primò ratione fauoris, quæ matri adhibetur in successionē filij, homo præsumit successionē, matre existente in medio, esse fideicōmissariam. Vnde uulgati expressa, nō continetur tacita pupillaris, quando mater est in medio, & ideò non excludit matrē: quia non uideretur ita excludere tacita substitutio matrū, sicut expressa, l. precibus. C. de impuberū. & l. fin. C. de inst. & l. in testamento. C. de milit. testamento. & inst. de pupil. §. qua ratione. in gl. Secundò probatur, quia si hæc substitutio traheretur ad pupillarē, esset per interpretationē, quia uerba non sonant in pupillarē, cùm non scripta concepta, sicut cōcipitur uera pupillaris, ut instit. de pupil. substit. in princi. Sed ista interpretatio est odiosa, quia cōtinet odiū irrationabile, cùm excludat matrē sine suo facto, à successione filij, ergo ista interpretatio est restringenda, & nō amplianda, ne contineat pupillarē. C. de impuberum. l. humanitatis. ubi per exemplarē, non posset mater excludi, per dictā rationē, quia eam excludere, esset odiosum, licet contineret fauorē, & prouisionē filij furiosi, cui fecit testamentū. Prętereà lex quæ dicit, patrē filij pupilli, posse excludere matrem à successione filij. d. §. sed nec impuberis. de quadā ratione, de rigore iuris ualet, quia quodā respectu est testamentū paternum, scilicet quò ad ordinationem, non tamen potest negari, quin de iure illa ratio subsistat, l. nam & si parentibus. de inoff. testa. Sicut enim filius non posset excludere matrē, ita nec minister filij, in testando pro filio, cùm fauore filij hoc ministeriū ei concesserit lex quod ipsi filio remota causa impediente, scilicet ætate, nō debet ergo de æquitate licere patri. Et hac ratione æquitatis, & humanitatis fundatur l. humanitatis. prælleg. & ibi tangitur par Iac. de Rauc. Si igitur materna exclusio procedit de rigore, maximè de bonis filij, ita quòd nunquā fuerunt patris, dicta exclusio nō debet trahi ad consequentiū, nec debet intelligi fieri in dubio, l. quoties. ff. de reg. iur. Cōtrarium q̄ mater omnino excludat, & per substitutionē omnino iure directo succedat substitutus, probatur legibus & rationibus. Et primò hoc tenet gl. Instit. de pupill. §. quia ratione, in gl. magna. in fin. ubi dicit, quòd intra tempora pubertatis est directa, posteà trahitur ad fideicōmissariā, nec distinguit sit mater in medio, uel in substitutiōe facta à pagano, sed sentire uidetur, quòd illa distinctio habeat locū in substitutione facta à milite, & ubi filius non succedat in pupillari ætate, sed post. Ratio differentiæ potest esse qđ si miles substituat directò filio post pupillarē ętatem, istud est introductū specialiter contra ius cōmune, in priuilegiū militis, & ideò nō debet trahi ad consequentiā, id est, ad exclusionē maternam, & per hoc patet, quare sit secus in pupillari ætate, quia intra id tempus, potest substitutio ualere de iure cōmuni, unde matrē excludit, l. precib. C. de impub. Ratio enim est, quia fortius est ius cōmune, cū priuilegium ad excludendū, l. eius militis. §. j. ff. de milit. testam. & hoc casu loquitur l. in testamēto. C. de testa. milit. Prętereà in dubio non est credendū, patrem uelle grauare filiū, imò consiliū capit pro filijs suis, & nō contra eos, l. nihil. de bo. quæ lib. & l. scripto. ff. unde lib. Sed ita est, quòd pupillaris substitutio continet prouisionē filij, fideicōmissaria continet onus, l. hac. l. si arrogator. uers. sed an impuberi. & C. de inoff. testa. l. ex tribus. Ergo in dubio pater non intelligitur substituere filio per fideicōmissum, sed pupillariter. Et hāc rationē uidetur sequi textus ext. de testa. c. si pater. uer. cùm in substitutionibus. libro sexto. Nec ob. quòd ex isto fauore sequatur odiū respectu matris, nam hoc est uerisimile, q̄ pater uoluerit, quia exordinata charitate, & affectione magis tenetur ad filiū, quem etiam diligit ultra seipsum, l. isti quidem. ff. q̄ met. causa. Vnde si sequitur ex hoc odium, respectu matris, nō est curandū, quia uenit per quandā consequentiam. Sicut dicimus in simili, q̄ exceptio dicitur fauorabilis, quæ principaliter continet fauorē, licet per cōsequentiā

lequentiā contineat odium, ut patet in except. Velleiani, ff. de cōdictione, indeb. l. qui exceptionem, & ff. ad Macedon. l. tametsi. ita in proposito, ista interpretatio debet dici fauorabilis, considerato principali respectu, & intentione testatoris, & nō odiosa ratione consequentiæ suæ. hoc etiam gl. uidetur dicere, quæ dicit q̄ directa in dubio recipit interpretationē directæ. l. uerbis. ff. de uulg. sed non potest negari, quin ista substitutio sit dubia, cùm uerba ipsa non exprimāt speciē substitutionis. Prætereà, quando dubitatur super aliquo, cui extremorū applicetur, debet applicari digniori, sed substitut. pupillaris, est dignior fideicōmissaria, l. quod per manus. de iur. cod. ergo substitutio dubia applicatur tanq̄ media, ad illud extremū quòd est dignius, id est, ad pup. substitutionē, non ad fideicōmissariam. Prætereà dicta substitutio est compendiosè facta, id est, indefinitè quò ad casus, & tempora, quam substitutionē iura uocāt cōpendiosam, l. præcipuus. §. si uerò substitutio. Sed cōpendiosa substitutio, applicatur secundū casus & tempora, uel ad pupillarē, uel ad fideicōmissariā, ut si moriat̄ pupillus, ad pupillarē, si posteà ad fideicōmissariam, d. §. si uerò. ergo liquet apertè, q̄ erit pupillaris. Prætereà duæ sunt species substitutionū, directa & fideicōmissaria. Item duæ sunt species directæ, scilicet uulgaris & pup. ad quas reduc̄tur cōpendiosa, breuiloqua, & exemplaris. l. j. de uulg. sed illa est compendiosa, ergo ad uulgarem, & pupillarem. Prætereà substitutio debet uariari secundū tempora, ff. de leg. ij. l. Titia Seio. §. usur. ff. de hæred. inst. l. iij. §. qui fideicōmiss. & l. pater Seuerinā. §. conditionum. ff. de condit. & demon. Item uerba quæ diriguntur ad aliquē intelligūtur secundū conditionem eius, ff. de iud. l. sed & si susceperit. §. si libertis. & ff. de usu & habit. l. plenum. §. equitij. Ex quibus cōcluditur, quòd debet intelligi pupillaris, in pupillari ætate, quòd uidetur de hoc l. centurio. ff. de uulg. & hac l. si arrogator. in uer. sed an impuberi. primo respon. ubi dicitur, q̄ usq; ad pupillarē ætatem, ualet iure directo, si pater substituat arrogato, ergo idem in patre naturali, ut §. eo. l. in adoptionibus. si pater de testa. lib. vj. Prædicta quæstio magis est facti, quàm iuris. Ius enim potestatē permittit patri substituendi pupillariter, & fideicōmissariè, & si ualet ipsi per fideicōmissum substituere, nihil repugnat, nc substitutio discernatur à substitutione quæ fit à patre, sed ideò dicitur quòd facti est quæstio, quia de intentione testatoris dubitatur, qui nō satis exprimit suā intentionē l. de sta. ho. l. idē erit. uer. quæstio. In isto igitur, dubio oportet uenire interpretationē uoluntatis, ex uerbis testamenti præcedentib. & sequentibus. l. si seruus. in fin. ff. de leg. j. & de testamentis l. hæredes. §. sed & si notam, & de leg. ij. l. cùm proponebat. ibi, coniectura potuit admitti, &c. Item debet sic intelligi, ut adhærcat æquitati, & naturali rationi in quantum magis potest. Ista est eñ melius iuridic. cū ars sit boni, & æqui. l. j. in princ. de iust. & iur. His igitur præmissis si constat aliquo iudicio, testatorē uoluisse suam uxorē certa re, fore cōtentam pro omni successione, quæ competeret, dicerē matrem excludi. l. quoties. §. si duo. de hær. instit. & ibi not. per me. Dico, q̄ hoc est uerum, quando constat q̄ uoluit eam excludere post mortē filij, nam illa uerba, iubeo eā esse contentam, in propria ipsorū uerborum significatione, de æquitate non intelligentur eam excludere post mortē filij. ff. de leg. iij. l. Paulo Chalimacho. §. j. & de uerb. ob. l. qui Romæ. §. fin. Item diligenter est considerandū, si ista substitutio est determinata ad certa bona paterna, quia etiā intelligitur fideicōmissaria, nec enim tunc fit larga interpretatio, l. cogi. §. generaliter. & ibi Dy. ff. ad Treb. intelligo factum in certis rebus, etiā si est facta in bonis mobilibus. Nam hæc appellatio, strictè intelligitur, quia si traheret eā ad bona maximè hæredis, esset contra rationē, & magis esset contra rationē, trahere ipsam pupillarem substitutionē, q̄ ad bona propria filij, de quibus nihil testator dixerit, unde in tali uinculo censent̄ bona hęredis, arg. ff. de pig. l. Pau. Quod autem appellatio mobilium, & immobilium non trahatur ad hæreditatē, patet quòd mobilia, & immobilia sunt corporea, sed hæreditas est qđ incorporale * sed corporale & incorporale sunt species distinctæ, ergo unū non infertur ad alterū. Itē talis significatio, nō pertinet ad nomina debitorū, cùm amplius sint q̄ mobilia, & immobilia, l. quam Tuberonis. §. in pecu. de pec. & l. iij. C. de quadriennij. Spec. tit. de fruct. & interesse, & Guliel. l. j. §. de stat. hom. Item non ueniunt nomina pafsiuè, Instit. de acq. per arrog. in fin. de pec. leg. l. si peculiū. §. j. maximè quando mater est in medio, quia trahere ad dictā substitutionē ad exclusionē matris esset interpretari beneficiū largè, contra ius tertij, id est, contra ius matris, sed nedū in testamentis, quæ plenius interpretantur. Sed etiā in beneficijs, quæ plenissimè interpretantur nunquā in præiudiciū tertij fit larga interpretatio, imò stricta & strictissima. l. beneficiū §. de const. princ. & est materia l. princeps bona. & l. mouentiū. ff. de uerb. sign. Prętereà ponamus, quod dictus testator decesserit nihil habens in bonis, nec mobilia, nec stabilia, nec nomina debitorū, hæc uerba testatoris, deficiūt, & eius intentio est intelligenda, secundū quod uerba sonant. l. ille autille. §. cū in uerbis ff. de leg. iij. & tamen hæreditas est. l. hæreditatis. in princ. ff. de pet. hær. Potest contingere utilitatē ratione bonorum impuberis, si trahatur ad pupillarem, ergo non trahitur, quia hoc nō uult testator. Sed si filius decederet impubes, ista substitutio esset fideicōmissaria, & si tunc traheretur ab bona ad quæ uenit substitutus, nunquid sit fideicōmissarius uniuersalis? Dicemus quòd non, l. cogi. §. & generaliter. ad Treb. & ibi Dy. sed singularis fideicōmissarius reputaretur, in quem recta uia transit dominiū. l. à Titio. ff. de fur. Est igitur hoc tunc respectu rerum testatoris, ut non uarietur hęc substitutio omni tempore, per fideicōmissarium particularem. Iac. de Are. d. l. mouenti. facit l. quod dicitur. cum gl. sua ff. de impens. in reb. dot. fac. facit quia alia est significatio hæreditatis, alia aliarū rerū quæ sunt hæreditatis * ut ibi no. &c.

* Incorporale. l. j. §. quædam ff. de rer. di. l. C.

* Hæreditatis. l. cùm hæredes. ff. de acq. poss.

REVERTENDO ad principalem quę stionem, quæ est multum dubia, & ardua in oi uoluntate testatoris, nō ualendo aliquo modo colligere eam ex contentis in testamē to. Franc. de Pisis, & Hug. Pello. Pau. Simonis, & ego consuluimus, quòd secundum ius ciuile, dicta substitutio fideicōmissaria censeatur. Et tūc respondetur ad capitulū, si pater ext. de testam. lib. sexto. quia substitutiones filiorū, quæ fiunt per uerb. moriatur, diriguntur ab instituto in substitutum reciprocè, & reciproca substitutio est species direct. Item uerb. moriatur, immediatè uidetur significare, aliàs non orietur substitutio pupillaris, sed aliter directa, igitur sunt uerba, quia testator sic dirigit, quòd instituto uult succedere substitutū, C. de fideicommiss. l. eam quā. uerb. directis. Item illa substitutio facta de pauperib⁹, in c. si pater. fuit facta per uerb. instituto. quod est uerb. directū, si testator dicit, instituo hæredē filio meo, uel simpliciter, instituo hęredē, quia intelligitur filio meo, nam apertè exprimit, q̄ uult hæredē facere filio, ideò non est pupillaris. Idem si testator dicit, si hæres mihi, hoc eñ non p̄t nisi mediante filio, qui adita hæreditate decesit, non enim potest habere duos hæredes directè in solidū, nisi habeat unum medianteltero. C. de hæred. instit. l. fin. ff. de secun. tab. l. si ita. §. j. Ergo est necesse dicere, quòd uidetur fecisse testamentū ipsi filio, sed qui uult unum, uult omne illud, per quod perueniturdirectò ad ipsum, l. illud. de acq. hæred. sed tamen ratione illius c. si pater. ubi dicit, quòd in dubio est interpretanda directa, etiā si maret sit in medio, scilicet intra tempora pubertatis, nō uidetur respōsum, nec datū, nec dari posse, nisi dicamus, quòd illa ratio restringatur ad dictū illius c. scilicet, quando uerba substitutionis sonant magis in directam, quam in fideicōmissariam, ut quia est uerbū moriat̄ uel instituo, uel uerbū succedit filio, c. Rayn. exē. de test. uel si milia uerba. Verbum aūt substituo, simpliciter prolatū, exponitur propriè, id est substituo, secundū primam expositionē propriè adaptatur ad obliquā. ff. de uulg. substit. l. j.

& eo.tit.l.cohæredi.§.cùm filiæ.Vnde nõ elegit sibi aliquod extremorũ,de sui significato.Vel dic,q̃ ibi loquitur,quando dubitatio non est ratione uerbi prolati, sed ratione personæ,quę est in medio,licet quandoq; aliàs obliquetur,ut ibi dicit.Item non obstat gl. quæ est in l.uerbis.quia ibi nõ loquitur,quando dubitatio erat in qualitate uerborũ, scilicet in gradu,quia indicat q̃ unus gradus trahitur ad alterum,id est,institutio ad substitutionẽ.Item una substitutio directa ad aliam substitutionẽ directam,nam hæc substitutio,Titius,Plotij hæres esto, sonant in testamentũ hæredis, & sic in institutionẽ similem pupillari, uel exemplari.tamẽ iura interpretantur istam substitutionẽ uulgarem, ad hoc ut ualeat,& sic non facit pro parte contraria. Item non ob. §.conditionũ.& §. usuras. quia ibi res nõ poterat censeri uniformiter omni tempore, & sic nõ obst.l. plenum.§.equit. & ibi loquitur,ubi conditio personæ conuenit utriq;,quia ibi ita bene potest substitui per fideicõmissum,sicut pupillariter.¶Et per hoc respondeẽ ad hanc l.si arrogator.uer.sed an impuberi . quia ibi nõ poterat substituere arrogator p fideicom.sed pupillariter tantùm. Et ita intelligitur de pupillari, ad hoc ut ualeat,& non poterat.Item non ob.q̃ cõpendiosa est species directæ,quia, hoc est uerũ . si conuenit uerbis compendiosę,nec enim sequitur,substitutio est sub cõpendio temporis,ergo directa,quia etiã fideicõmissaria continetur in compendiosa,quod patet fm omnes post tẽpora pubertatis.Item non ob.quòd in dubio pater uideatur prouidere filio,non grauare,quia istud grauamẽ de restituendo,post mortẽ filij si decesserit sine liberis,non est tale grauamen,q̃ pater uideatur nolle imponere,l. Lucius.¶. de hær.instit. Et hoc expresse patet filio decedẽte post tempora pubertatis sine filijs . Sed quare reciproca simpliciter facta per uerbũ substituo,est directa secundũ omnes,l. Lucius.& l.iam hoc iure.¶.de uul.& pupil.non compendiosa, cùm nulla ratio posse uideatur assignari, non enim dicere tur, quòd reciproca fit pluribus ,& cõpendiosa potest fieri uni . Difficile est tenẽdo dictam opinionẽ reddere rationẽ, nisi dicatur,q̃ quando reciproca cõtinet duas pupillares, fit duplex fauor, q̃ ex pupillari succedatur, quia fit prouisio filio cui succeditur,& prouisio filij succedentis,& iste duplex fauor, uincat unum, scilicet fauorẽ qui deberet adhiberi,l.j. C.de his qui ante aper.tab.Iac.de Aret.fuit in mirabili opinio.dixit enim quòd si adiectũ uerbum quandocũque inter pubertatẽ, censetur directa & posteà cẽsetur fideicõmissaria,& hoc dicit ideò, quia dictũ aduerbium quandocunq; est distributũ, unde tot uidentur substitutiones, quot tempora,& qualitates temporum,l.sicut in annos, ¶. quibus modis usufr. amittatur.& ideò sicut si facta esset distinctio, & per distincta tempora censetur in pupillari ætate,ita hic. contra rationẽ istam facit, quia in compendiosa intelligitur istud uerbũ quandocunq;,& ideò dicitur compendiosa,quia cõplectitur plura tempora & diuersa . ergo talis expressio nihil operatur.Itẽ quia indefinita æquipollet uniuersali ¶. de hær. instit.l.hoc articulo . Item quòd tot sunt substitutiones , quot sunt tẽpora.l.j.§.fi.de usufr.accrescend.ibi,omnes enim autores,&c. Et tamẽ cùm est simpliciter facta,non continet pupillarẽ , & ideò teneo cùm gl. q̃ illud uerbũ quandocunq; nihil operatur, quia licet distribuat tempora,non tamen distinguit qualitatẽ temporum si talis est,qualis diceretur, si decesserit hodie uel cras, quæ distinctio non inducit pupillarẽ substitutionẽ,licet gl. quę est in d.§.qua ratione.tenet cùm opinio.Iac.Et prædicta clarius procedunt, si apparet quòd pater in substituendo uoluit prouidere sibi, & non filio, puta quia dicit,pro anima sua quod enim caperet ex pupillari testamento, caperetur ut à filio meo , nõ dixit post mortẽ filij,sed simpliciter,ideò hæc est uulgaris, & nullã aliam continet: l. qui plures. ¶. de uulg.Sed Cy.l.precibus.tenet contrariũ.arg.reciproce quę si fit ita.Vos inuicem substituo , continet pupillarẽ, nisi repugnet cõditio personarũ, uel inæqualitas.Pro hoc facit ¶. de uulg.l.iam hoc iure.§.j.Et ita credo, quòd contineat uulgarẽ simpliciter ad ætatẽ in uita filij , & pupillarẽ in suo casu.de lib.& posth. l. Gallus.§.j. Item quæro,pater substituit filio pupillariter,hæc continet uulgarem post mortẽ filij,ita quòd si filius uult repudiare ex testamento, adire ab intestato potest.Quid ergo si repudiat ex testamento,& adijt ab intestato,& habuit cohæredẽ extraneum, qui repudiat, & demũ decessit filius in pupillari ætate , nunquid admittatur substitutus? Et uidetur quòd nõ,nam ex uulgari nõ, qa adijt ab intestato , ex pupillari nõ, qa fuit repudiata ex testamento,nam existentia sui hæredis,non habuit locum propter dationẽ cohæredis , propterea pone quòd in casu prædicto repudiat ex testamento uel ab intestato, nũquid substitutus possit admitti ex pupillari.dico quòd sic,quia ueniendo ex uulgari,testatori succedendo confirmat tabulas paternas & pupillares. Et sic est casus in quo ipse idem succedit patri ex uulgari,& filio ex pupillari, nec aliquid sibi repugnat, quia etiam exhæredato potest substitui, ¶. de uulg.l.j.§.fi.C.de iur.deli.l.quidam eulogio.

ADDITIO.

a P.PAV.P.*Si arrogator.Quod ista nõ sit repetitio Bar.attestatur,Alex.l.cẽturio.de uulg.& latius Ias.hic.*

b POMA.Opp.*Ias.l.si à substituto.in j.no.de leg.j.ubi dicit istam opinionem esse cõmunem.& Cast. auth. res quæ.C.com.de le. Alex.l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Treb. Are.l.ij.de uul.in prin.*

c P.PAV.P.Patro.*Ista l.habet locũ siue alienatio fuerit facta titu. lucratiuo, siue oneroso.Alex.cons.lv.ista l.fi.alleg.hic per Bar. habet etiã locum,siue alienatio sit facta. tit.lucratiuo siue oneroso.Alex.cons.v.Ant.Alex.*

d *Efficaciter.Idem hic in gl.& Ias.l.si à substituto.in princ.no.j.ff.de leg.j.ubi dicit istum correctionẽ esse opin.Cast.auth.res quæ.C.com.de leg.tex.& ibi Fel.& Bal.l.Marcellus.§.res quæ.ad fi.ff.ad Treb. Are.l.ij.in prin.ff.de uul.Et pro ista opino.facit ratio,quia in instrumento pupillaris dicitur meus fauor & profusio pupilli instituti.Inst.de pup.subst.in prin. nam si per pupillarẽ substitutionem prohiberetur alienari, istud uerteretur in odium eius,contra l.quod fauore.C. de legib.nisi dicas q̃ istud dubiũ est annexum fauori.Ang.cons.cl.in iij.dubio.*

e POMA.*Sexto.Alex.cons.cl.uol.ij.In antiquis codicibus lego, quia unus testator in aliũ,non potest multa accrescere .iudicio meo sanius legeretur, q̃ unum testamentum ad aliud non potest accrescere, tu quod mauis cape.Alex.Lose.*

f *Ad q.Bal.hic in ij.q.quæ contra hanc determinationẽ facit,quod no.Bar.¶. eo.l.non aliter.lecta cum.§.nec enim. & l.ij.de off.procon.ubi instrumentum factũ in territorio unius castri, secundũ formam statuti illius loci , ualet in alio territorio.Et ita quotidie seruari uidemus,& hoc idem Bar.uidetur uelle in l.qui à latronibus.¶.de testa.*

g *Quarta . Pro hoc facit , quòd sicut supplementum legitime , petitur condictione ex l.omnimodo.C.de inoff.testa.& est ibi gl. parua no.ita in casu nostro,quod no.*

h *§.fin.Illud quod datur à iure . puta terminus iudicialis , licet etiam à iudice detur,tamen legalis non iudicialis dicitur.Bal.l.eos.§.apostolos.de app.& hic in ult.opp.*

LEX. XXV.

1 *Facto proprio quando quis contrauenire potest.*

a POst mortem.Pater cõtra emancipationẽ à se factam[a] & diuturnitatem temporis roboratã uenire non potest,hoc dicit.No.quòd quis contra factũ suum uenire non potest.Opp.dicitur hic quòd non potest contrauenire,&c. imò potest, C.de agricolis & censit.l.quemadmodum libro undecimo, ibi fuit factũ contra legem, hic autẽ præter . Opponit & uidetur quòd licet sit factũ proprium, quòd liceat contrà uenire, l.j. C. de sacrosan.eccl. Sol.ibi erat actus de sui natura reuocabilis,ut testamentũ.Opponi 1 tur ad solutionẽ istam , † & uidetur quòd etiam licet nõ sit reuocabilis tamen possit uenire contra . Vnde obst.l. si pecuniam.in principio de condictio.ob causam . Solutio.Ibi loquitur in contractu innominato,secus in alijs,l.fin.C.de actionibus & obligationibus.Et ratio ibi ponitur in gloss. Circa hoc dic,quòd aut factum est secundũ legem,aut præter legem, aut contra legẽ. Primo casu, aut est actus qui de sui natura est reuocabilis, ut donatio causa mortis,& testamentum, & potest quis uenire contra factum proprium,l. non

non omnis. in princ.¶. si cer. pet.& d.l.j.C.de sacr. ecc. sic in precario,& commodato,ut ¶. de precar.l. cùm precario.& ¶. commo.l.in commodato.§.sicut.Si uerò est actus de sui natura irreuocabilis, tunc regulariter non potest contrauenire,C. de act.& ob.l.sicut.Fallit in casibus ibi no.& hoc in cõtractibus innominatis.Quid autem in innominatis? uide ibi per gl.& Doct. Dy. c. qui semel.ext.de reg.iur.li.vj.Si uerò est factum præter legem , tunc habet locum lex nostra, quia aut est roboratum diuturnitate temporis , aut non.

c Si uerò est factum contra legem, [c] & tunc est nullum præiudicium tertiæ personę,aut propter fauorem publicum,aut fauorem uolentis contrauenire. Primo casu habet locum l.si creditoribus.C.de seruo pig.dato manu. Secundo casu est licitum contrauenire. Ita loquitur l. quemadmodum. C. de agric.& cẽs.libr.xj.& ita potest intelligi,quod no.inst. quibus alie.lic.uel non.§.j.Tertio casu licitum est contrauenire,l.j.& per totum , C. de præd. min.C.de sac.ecc. l. sanctimus.§.sanè.& ibi no.Opp.dicitur hic,quòd non potest cõtrauenire,cont.l.si cùm pater. C. si aduer. rem iud. Sol.Hic ob.patri factum suum,ac etiam diuturnitas temporis , ibi solummodò factum suum. Opp. ad hanc sol. l. quod est

d constitutum.C.ne de sta.[d] defunc.& l.decessit.ad Carb.Pro quarũ solutione dic secundũ Iac.de Are. pater uult contra emancipationem à se factam uenire, uiuo filio emancipato,aut post mortem.Primo casu,aut filius legitimo tempore existente sui iuris, præscripsit,aut non.Primo casu nõ potest contrauenire,ut hic.Secundo sic,d.l.si cum pater. Secũdo casu principali quando pater uult contrauenire post mortem. & tunc aut principaliter , aut non principaliter, sed uult eam mutare. Primo casu non potest contrauenire, ut hic,si emancipatio est longo tempore roborata,alias cõ trauenire potest.C.ne de sta. defunc.l. quod est constitutũ. In secundo casu, habet locũ l.decessit.ad Carbo,¶. secundũ Iac.de Aret. & hoc ipse no. d.l.si.cùm pater.

* *Concorda. Tu minore negotio sic concilia,Qui ius rei suæ cedit, id tandem reuocare nonpoterit,l.per fundum.ff.de ser.rust.Qui uero rẽ alterius, uel alienari prohibitã alienat, eã nihilominus reuocare potest:l.quemadmodum.de agric.& cens.I.C.B.* Et hoc mo/do concorda*illas bonas leges.

ADDITIO.

a P.PAV.P.*Mortem.l.transactionem ubi scripsi.C.de transac.Item no.q̃ qui potest uenire contra factum proprium, quando est contra legem , etiam si sit iuratus.secundum Frid.de Sen.cons.clxxij.quem refert Imo.c. cùm contingat. ext. de iureiur. Ias. l. si donatione. C. de coll. Fel. c.lator de re iud. in prin.*

b *Præter.Dicitur hic quod quando est factum præter legem, potest contraueniri.Bar.l.cùm à matre.C.de rei uend.& l.cum profitearis.C.de reuo.doc.ex tenore.de conces.præb.& Bal.l.fi.C.de peric.& com.rei uend.& Fri de.Sen. cons. clxxij. dicit quòd imò quis potest uenire contra factum suum etiam iuratum,quando factum est à l.reprobatum.Pone exemplum in donatore,ut possit uenire contra donationem factam etiam iuratam,si tamen non fuit insinuata,quia contraueniendo facit ex autoritate legis impugnãtis contractum,l.Modest.de dona.& quod ibi. no.& Bar.l. si quis pro eo. de fideius.Imo.c.cùm contingat de iureiur.in fin.Bal.l.si creditoribus. C. de de fer.pig.da.ma.Can.c.diuersis.de cleri.coniu. & c.si quis presbyterorũ. de reb. eccl. non alie.Bal.l. j. C.de li. cau.Can. c. nostri. de elec. quòd no. Adde quando aliquis possit uenire contra factum suum. Pet. de Anc. cons.cccxv.*

c *Legem.Gl.c.j.ne sede uac.c.si quis presbyterorum.de reb.eccl. non alie. & c.diuersis fallacijs.de cler.coniug.*

d *In antiquissimis exemplaribus post uerbum,defun.ita legimus.Sol. ibi non uixit diu sui iuris,hic sic.Demum opp.l.decessit.quæ sol.fuit.Accur. in ipsa l. quod est constitutum. dum dicit ad hunc. tex. uel ibi steterat sic diu. Alex.Lose.*

1 *Legitimatio,adoptio,& emancipatio an possint fieri per procuratorem.*

a §. NEQVE.[a] Dicit hic quòd id quod per me possum, non possum per alium. cont. l. ita tamen.§.gessisse. de administrat.tut.& l.j.§. fin.¶.de proc.gl.hic.se referre ad §.ne autem.C.de cad.tol.qui tex.soluit brocardum hoc.Tu

1 dic melius per Dy.c.quod quis.ext.de re.iur.li.vj. † Quæro dicitur hic,quòd adoptio non potest fieri per procurato/

b rem,quid in emancipatione,[b] an possit pater filium emancipare per procuratorem? Et uidetur quòd sic,l.j.in fi.¶. de proc.In cont.uidetur hæc l.& l.nec mulierem.C. de uindic. liber.Quid dicendum? De hoc uidetur tex.no. quòd non. C.de emanc.lib.l.iubemus.in medio.ibi,precibus à semet. oblatis,&c.Sed hoc dixi plenè in l.Gallus.§.forsitan.de lib. & posth.¶.Quæro,quid in legitimatione, an possit fieri legitimatio per procuratorem? Et uidetur quòd non,d.l.nec mulierem.& hac l.cont.uidetur q̃ etiam per alium fieri possit,cum rescriptum per alium possit impetrari, l. j. iuncta l.

c uniuersis.C.de precib.imp.offe.& hoc sentit gl.[c] auth. qui. mo.nat.effi.sui.§.si quis ergo.uers.sit igitur licentia. Et uide no.in d.l.uniuersis.& no.multùm illam gl.& quod ibi ha-

d bes,ubi tenet gl.q̃ si ea quæ[d] non possunt fieri per procuratores,fiant,ualeant si non opponatur.

ADDITIO.

a *P.PAV.P.Alex.cons.lxij.Ro.cons.cxcv.scripsi in l.si emancipati.in una op posi.gl.mag.C.de col.& ibi Ias.*

b *Emancipatione.Sed de hoc & similib.de legitimatione,adoptione & emancipatione,Bar.l.gallus.§.forsitan.de lib.& posth.ubi tenet quod absens ad optari potest per rescriptum,isto tex.non ob.Quid autem in petitione absolutionis ab excommunicatione, an peti possit per procuratorem , c. cùm desideres.de senten.excom.in vj.Bal.hic quæ latissimæ scripsi in d. §. forsitan.& uide c.uenerabilem.de elec.Adde an legitimatio possit peti per procuratorem.Bal.cons.cxxxj.Et an emancipatio possit fieri per procuratorem,& quæ requirantur, Ang. cons.xliij. & inquantum Bar. hic in fi. dicit,q̃ ea quæ non possunt fieri per procuratorem,ualent si non opponantur,uide Ro.cons.ccv.inc.duo sunt.uer.tertio ad idem.*

c POMA.*Gl.adde quòd istam gl.sequitur Aret.c.uenies.in fi.de act.et Ro. l.uulgo.de in lit. tur.*

d *Quæ.Lud.ro.cons.ccxij.ubi alleg.istud dictum Bar. & ponit multa quæ tenent si non opponatur.Idem dicit si actus fiat ex internallo. Idem in excommunicato , uide ibi And. Barb. addetu ad Bar. hic Aret.c.ij.de prob. Ro. cons.ccxv. & cons.xlix.circa medium.Ias.l.patre.¶.de ijs qui sunt sui. Fel.c.fi.ext.de constit.*

LEX XXVIII.

LIberum.Hæc est bona lex & no.& euenit multoties de facto in adoptione,& arrogatione,nec est ei similis.

LEX XXIX.

SI pater: No. quòd in adoptione uerborum expressio non requiritur. & no.ibi , si iure. & gl. exponit q̃ aliter.ultramon. dicentes , quòd actio non est ius cont. inst.de act. in princ.De hoc per Dy.& ultramon.C. de eden. l.edita.& ibi tex.

LEX XXXI.

NOn potest.Opp.l.lęsiones.C.de epis.audi.So.hæc regula fallit in casibus hic no. & no. inst. qui.mo. ius. pa.pot.sol.§.fi.So.quid econtra: uide gl. l. nec auus. C.de emanci.lib.nam beneficium non confertur in inuitũ, ut hic no.& bene.

LEX XXXII.

a NOnnunquam.[a] No.uitricum posse esse tutorem pri-

1 uigni,licet apud eum ali non debeat: † Et facit pro eo quod dicimus , nunquid mulier transiens ad secunda uota , amittat tutelam si est testamentaria. De quò quo per Doc. C.ad Tertul. l. omnem. Nam uidetur quòd

2 nõ cùm † etiam uitricus possit esse tutor priuigni,& tamen contrahit nuptias plures.Ad hoc posset responderi, quòd masculus est alterius conditionis quàm fœmina,de eo magis confidit lex,quàm de fœmina,cùm fœmina sit fragilioris naturę quàm masculus,ideò non est comparatio unius ad alium.doc.auth.matr.auiæ.C.quãdo.mulier tu.off.fungi potest.

ADDITIO.

a *Nonnunquam.l.fi.& ibi Bar.C.de contra.iud.tut.*

LEX XXXVI.

a EMancipari.[a] Emancipatio & adoptio quæ de uoluntaria iurisdictione sunt,possunt fieri quocunq; loco, dum tamen idoneo.Opp.imò extra territorium non debet iudici pareri,l.fi.¶.de iur.om.iud.So. Hic loquitur in iurisdictione uoluntaria,ibi in contentiosa.

ADDITIO.

a *Emancipari.gl.l.ab ea.in fi.ff.de prob.Limita duobus modis ex Pe.de Anc. cons.xxxij.inci.primum dubium,uer.non obst.quod legi.*

LEX XXXVIII.

1 *Aduersarius citandus ubicunq; potest ledi.*
2 *In impetratione rescripti pars quæ ex eo ledi potest citari debet.*
3 *Citari debet pars quando instrumentū antiquum petitur ut renouetur, uel exempletur,uel quòd amissum reficiatur,quæ ex eo lædi posset.*

a ADoptio.[a] In confirmatione adoptionis non iure fa
ctæ requiritur citatio illorum qui ex confirmatio
ne possunt lædi.ff.l.nam ita diuus.& C.si per uim.l.j.
In tex.ibi,sederetur cōfirmatione adoptionis, alle.iste tex.
1 † q ad quemlibet actum ex quo aduersarius posset lædi,
b debet fieri citatio.d.l.j.Quærit[b] gl.nunquid agnati sunt ci
tandi:Et uidetur q non,ſ.eo.l.adoptio.gl.tenet cont.q re-
2 quiratur citatio.† Inducit hoc lex in arg.ad q.per gl.q quā
c do impetratur rescriptū à principe,[c] debent citari illi qui
læderentur ex eo,l.causæ. §. causa.ff.de min.Item inducitur
3 in arg.† uos scitis,q quando instrumentum est adeò anti-
quatum, q non possit legi,potest peti ut reficiatur, auth.
de hær.& fal.§.j. isto modo quando debet fieri renouatio,
debet citari aduersarius,ut hic.Idem si instrumentū amis-
sum sit,& peto ut reficiatur. C. de discu.l.ij.lib. x.ff. de adm.
tut.l.chirographis.Certè ad istam refectionem debet cita-
ri aduersarius.qui posset lædi & qualiter amissio probet,
ext.de priuil.c.cum olim.& Cy.auth.si quis in aliquo.C.de
eden.& d.c.cùm olim. ubi plena gl. est quæ incipit,hoc est
no.&c.tex.est cum gl.l.ult.C.de fid.instr.

ADDITIO.

a POMA.Adoptio.Alex.cons.cxxxij.uol.cvj.v.uol. cont. *Quādo princeps aliquid disponit uel rescribit in præiudicium tertij an requiratur citatio ipsius,Bar.l.si item uerberatum.ff.de rei uend.in l.de unoquoq;. ff. de re iud. & generaliter quando aliquid potest fieri,eo non citato,uide infinita per Fel.de quo scripsi ad Bar.d.l.de unoquoq;.et an posit tolli citatio, ad Bar. l.ut uim.ff.de iust.& iur.*

b *Quærit Flo.c.inter.de maio.& ob.Bar.*

c *Princ.Gl.& doc. c. cū olim.el.j. de re iud.Ca.cons.clxix.Iac.de Are.hic in apo.sed Bar.l.gallus.§.& quid si tantum. de li.& post.c.ex insinuatione. & c. ex literis de resc. Bar. l.ij.C. de temp.ap.Do.c.cùm olim.de re iu.& Spe.ti.de resc.præsen.§.fi.uer.item quod ad rescriptum.& Ant.c. cùm dilecta.de cōfir.uti.uel inut.et ibi Io.de Im.Inn.c.ex parte.et c.olim.de uer.sig.*

LEX XL.

ARrogato. In potestatem arrogatoris,nō solum tran
sit arrogatus,sed filij eius.
§ NON TANTVM.No,gl.q incipit,no.plene,&c.q
dicatur plena pubertas, quia aliquando de xiiij. ali-
quando de septemdecim,& aliquando de
octo decim annis.* Et dic ut in gl.

* *Annis.Plena pubertas est octodecim annorum,l.Mella.ff.de ali.& cib.leg.*I.Con.B.

LEX XLI.

a SIpater.[a] Emancipato filio,uel in adoptionē dato,ne-
1 pos ex eo post mortem aui,non reincidit in potestatē
ipsius. † No.hanc l. nam subſtitutio pupillaris fit ei
qui non est in potestate patris recasurus,& ad hoc allegat
in l.ij.§.fi.de uul. Quæro quæ sit ratio huius legis & gl. assi
gnat duas rationes.Vna ratio gl. est ista,quia si filius à pa-
tre emancipatur,& posteà in adoptionem datur, nihil cō-
sequitur,nisi tanquā extraneus,sed extraneus finita ado-
ptione,morte adoptātis,omnia iura pdit.l.in omni. ſ.eo.
ti.Hæc ratio non uidetur bona,per l.j.in fi.ff. de suis leg.&
ideò tene primam rationem gl.quæ fundatur ex l.qui libe
ratus.ſ.e.ti.

ADDITIO.

a POMA.*Si pater.Are.l.iij.qui.mo.ius pa.pot.sol.*

ETiam.Sed an infans possit fieri Monachus? Dic q
non,c.ij.ex.de regularibus lib.vj.Cy.auth.ingressi. C.
de sacr.ecc.& hic,& ibi fit equiparatio arrogati,& trās
euntis ad ordinem,ut inst.de acq.per arrogat.§.fin.

LEX XLIIII.

a SIis qui.[a] Lex ista legitur duobus mo.Vno modo secū
dum Guar.q lex ista ponit duos casus.primus est,q
aliquis sit adoptatus loco nepotis,tanquam nati ex fi
lio non nominando aliquem filium, cum plures habeat.
& hoc casu non contrahuntur iura consanguinitatis inter
adoptatum,& alium naturalem,imò non ualet secundum
Guar.ut innuit gl.j.huius l.in fi.Secundus casus est, secun-
dum tex.q aliquis fuit loco nepotis adoptatus, tanquam
nati ex filio certo,puta Titio,& incipit ibi, sed si sic.Et secun
dum eū pone casum in terminis,& ista lex est multùm diffi
cilis.Et concludit Guar.q non ualet adoptio,nisi nomina
tus sit filius.Sed hoc uidetur falsum,quia adoptio ualet e
tiam si filium non habeat,l.emancipari.ſ.eo.ti.Vnde la.le
git hanc l.q ponat duos casus,Primus, quòd aliquis sit lo
co nepotis adoptatus tanq̄ natus ex filio mortuo.Secūd
q aliq̄s sit adoptat loco nepotis,tanq̄ nat ex filio uiuēte,
& incipit ibi,sed si sic.Certè ista lec.laborat eodē morbo,quo
prima,d.l.emancipari.in fi.tamen salua eam,q hęc iura cō
sanguinitatis,& fraternitatis cum nepote legitimo & natu
rali non contrahuntur,tamen inter nepotem adoptatum,
& ipsum auum sic,d.l.emancipari. Et hoc modo loquitur,
aliter legit Cy.& bene,quę lex fuit à multis malè intellecta,
ut ipse refert,& ita intellige hanc l.

ADDITIO.

a *Si is.Bal.l.cùm in adoptiuis.§.fin autem.C.eo.Bar.l. gallus.§. nunc de lege. ff.de lib.& post.ad fi.*

LEX XLV.

a ONera.[a] Ista lex facit pro monacho quòd onera trans
eunt ad monasterium, auth. ingressi.C. de sac. eccl.
auth.cassa.C.de epis.& cle.

ADDITIO.

a *Poma.Onera.Fel.c.in præsentia. de prob.*

DE RERVM DIVISIONE TIT. VIII.

LEX I.

SVMMA.Lex ista ordinatè procedit, quòd
quędam sunt diuini iuris,quędam humani,
quædam sunt res publicæ,quędam priuatę,
quædam sunt corporales,& quædam incor
porales.Et signa gl.quæ incipit,scilicet priua
ti,quæ ponit res,quæ in nullius bonis sunt.

LEX II.

QVædam.Hic ponitur quarta diuisio,quoniam quæ
dam sunt communia uniuersitatis,quędam sunt sin
gulorum,& hic tex.per exempla omnes ponit,& no.
gl.l.pro.& seq.quæ incipit,gemmæ,& signa eam,quę ponit
differentiam inter publicum,& commune.Quæritur,quid
si unus uult retia siccare,& alius incidere arborē,quis præ
feratur?Dic ut gl.quæ incipit,id est,flumine.ibi est bona ra
tio,quam gl.assignat.

LEX VI.

1 *Testis de collegio uel uniuersitate,quando possit esse testis in causa collegij uel uniuersitatis.*
2 *Poetarum autoritas potest in causis allegari.*

a IN tātum.Vniuersitatis[a].No.tex.& gl.eius,et no. ibi tan
gitur &c.Et sic no.signa gl.quæ incip.an ergo testimoni
um possit ferre.&c.Et sic no.quod ea quæ sunt uniuersi
tatis,non sunt singulorum,ff. de in ius uoc.l. sed & si hac. §.
qui manumittitur.Et inducit iste tex. ad q.quod unus de
b collegio potest esse testis in causa collegij. [b] Vnde tenet gl.
1 quod unus ciuis potest esse testis pro ciuitate sua. † Opp.
cont. istud quòd nullus potest esse testis in causa sua pro
pria.ff. de testi.l.nullus.& l.omnibus.C.eo. sed causa uniuer
sitatis uidetur propria,quia quilibet de uniuersitate tenet
eam defendere,& obedire,l.ij.ſ.de iust.& iur.& non est ido
neus testis,cui pōt imperari per illū qui habet causam,ff.de
testib.l.idonei.ubi est eadē gl.quæ est hic.Sed q libet ē subie
ctus collegio suo,& sibi per maiorē de collegio suo, potest
imperari, ergo &c. Quid dicendum. Secundum Guliel.
c dicas, quædā sunt[c] quæ nō possunt probari nisi per illos
de collegio,uel electiones quæ fiunt in secreto, & isto casu
il e

ille qui est de collegio est idoneus testis,l.consensu. in me-
dio.C.de repud.Quædā sunt quæ possunt probari per alios, quàm per illos de collegio, & tūc aut causa super qua
debet ferri testimoniū,spectat ad collegiū,uel ad uniuersi-
tatē principaliter,quantùm ad honorē & commodū colle
gij,& tūc unus de collegio pōt esse in causa collegij, & uni-
uersitatis testis,quia dicitur causa omniū,nō aūt propria;
ut hic,Aut non spectat principaliter ad honorem, & com-
modū collegij,uel uniuersitatis,sed ad cōmodum singula
d rū personarū[d] Collegij,& tunc unus de collegio nō uidet
idoneus in causa collegij,ut ff. de testi. l. idonei. & l. nullus.
C.eo.l.omnib.Et quæ dicant spectare ad cōmodū uniuer-
e sitatis,[e] uel collegij,uel ad cōmodū singulorū.l.ciuitatib[9].
in princ.ff. de leg.Vnde cū tractatur de donatione facta fra
tribus minoribus pro fabrica ecclesiæ, quilibet de cōuen-
tu pōt esse testis,si donatio reuocaret in dubiū,Secus si do
natio esset facta ex qua singuli de cōuētu perciperēt cōmo
dū:utputa si cēt facta ut quilibet de cōuentu perciperet tu
nicā,tūc eā illi de cōuentu, nō essent idonei testes. Et hoc
no.& adde ad hanc gl.q[d] no.in auth.de mona.§. cogitan-
dū.ubi multæ q.fiūt,an unus monachus possit esse testis.
Itē signa gl.§.sacræ.quæ opp.l.Sabinus.ff.com.diuid. & dic
2 ut no.per Dy.c.in re cōmuni.ext.de reg.iur.lib.vj.& no.† q
f in causis liceat allegare autoritates poetarum [f],licet gl. di-
cat,& bene,quòd in hoc fuit falsus testis,ut ibi.

ADDITIO.

a P.PAV.P.*Vniuersitatis.Facit iste tex.an si unus de uniuersitate est cōdemnatus,possit fieri executio in bonis uniuersitatis?Bal.l.etiā. C. de exec. rei iudi.Fel.c.cā te.uer.aliquid singulare.de resc. Ideo immunitas cōcessa hominibus alicuius loci,non trahitur ad singulos.Dec.cons.lxj.*

b *Collegij.Bar.l.sed & si hac.§.qui manumittit.ff.de in ius uoc.Cy.& Bal.l. parētes.C.de testib.Bal.cōs.cccxxxix.et ccclij.et ccclxx.ij.lib.Cors.in cons. lxix. & ibi non ponit quid si testis dicat ad se pertinere commodū ex uictoria illius causæ cū reuera non spectet,an repellatur?uide etiā in.fi.dicit ,q, in casu in quo admittitur,non est tamē omni exceptione maior,non tamen signantur q, in casibus in quibus illi de uniuersitate repelluntur, domestici tamen ipsorum in uniuersitate admitterentur, si sunt aliàs bonæ uocis & famæ.Ro.cons.vij.Fely.c.super.ext.de test.ta.l.sed & si hic. §. patronum. el.ij.vj.no.usq; ad fi.ff.de in ius uoc.*

c *Sunt.Gl.c.uenientes.Io.ij.de test.cum ibi no.q, Cano. compellitur testificari contra ecclesiam super contractu inito cum capitulo,non tamē ex hoc perdit beneficium,secus in procuratore,uel aduocato,quia perdit beneficium secus in procuratore,uel aduocato,quia perdit beneficiū.ext.de postu.c.fi.*

d *Personarum.Bar.l.sed & si hac.§.qui manumittitur.et ibi dixi, ff. de in ius uo.Ang.l.omnibus.C.de testi.& si per alios quam per illos de ueritate probari non potest,admittuntur illi de collegio simpliciter:c. & si Christus.in fi.de iure iur.Bar.l.potest.de auth.tut.q, procurator constitutus à capitulo cum autorit.superioris,& syndicus constitutus à populo cum autoritate Potestatis,non erit sufficiens ad agendum in causis motis inter prælatū, & inter populum & potestatem.*

e *Fel.c.eam te.de resc.Alex.cōs.j.uol.iiij.& cōs.cxxvij.eo.uol.Pan.cons.viij. uol.j.Ro.cons.vij.Fel.c.cùm accessissent.de const.& c.iij.loco. de prob.& c.insuper.de test.Bar.cons.lvj.uol.j.& cons.lij.uol.*

f *Poetarum. adde q, autoritates diuinæ, possunt alleg. in causis decidendis, tanquā leges gl.auth.ut iud.fine quoquo.suff.§.j.uer.et omnino.Bal.auth. ad hæc.C.de usu.Bar.l.j.ff.si cer.pet.*

LEX VIII.

1 *Offendi qui dubitat ab inimicis,potest petere signū à iudice,Itē custodes.*
2 *Custodiam qui petit à iudice ne offendatur ab inimicis,debet illam habere suis expensis.*
3 *Debitor captus ob debitum,ali debet suis expensis.*

1 SAnctū.Gul.alle.hāc l.† qd si aliquis dubitat offendi [a]
a ab inimicis suis,pōt à iudice impetrare,ut sibi cōceda
tur aliquod signū,p qd apparet de uolūtate iudicis,li
cet nemo debeat signū apponere,auth.de mād.prin. §. tit.
2 & l.ij.C.ut nemo pri.Itē si dubitat † aliquis offendi, pōt pe
tere custodes à iudice,uel familiares,qui eū custodiant,ar.
l.fi.in pri.C.de erro.mil.an.li.xij.Sed cui[9] expēsis gl. est ibi,
quæ nō est alibi,& no.ut dicā in l.illicitas.§.ij.ff.de off.præsi.
3 Et dicit illa gl.q suis expēsis.Et sic † debitore capto [b] pter
b debitum,q suis expensis debitor debeat ali,q[d] tene mēti.

ADDITIO.

a *Offendi.l.denunciamus.& ibi Bar. C.de iis qui ad ecc.conf.& l.illicitas.§. ne potentiores.ff.de off.præf.gl.uer.transitu.inſtit.de liber.§.serui uero.& q, no.Bar.l.ait prætor.§.si debitorem.ff.quæ in fra.cre.*

b *Capto.Adde q, si debitor non habet unde se alat,debet ali expensis creditorum,aliàs si creditor eum non alat,iudex potest eum relaxare, secun. gl. no.l.fi.uer.agnoscere.C.de errog.mi.ann. Mod.inſti. de act.§.fi.ff.si cer.Bar. l.illicitas.§.ij.uer.si potest.ff. de off.præf.*

LEX IX.

SAcra.No.muros municipales nō licere reficere sine au
toritate iudicis uel principis.Sed nunquid licet facere
de nouo?Videtur q sic.l.ex hoc iure.ſ.de iust.& iur.

LEX XI.

1 *Statutum q, qui uoluerit aliquam corrumpere, puniatur capite, intelligitur de eo qui corrumpit.*
2 *Muros ciuitatis Romæ uiolantis pœna est capitalis,in alijs est arbitraria.*
3 *Delinquens unus ex dominis,an puniatur ab altero.*

a SI quis.[a] No.tex.q non licet transcendere muros. Opp.
1 S dicitur hic,q uoluit.Cont.† sola uoluntas non puni-
tur,ff. de pœn. l.cogitationis. Sol.hic peruenit ad actū,
& ideò punitur.De hoc plenè per gl.& Doc.l.si quis non di
cam rapere.C. de epis.& cle.Sol.gl.alio modo,q hic dicitur
b transcendere uoluit,id est,uoluntariè transcēdit,[b] q no. &
ualet ad statuta quæ dicūt,quod si quis uoluerit aliquam
corrūpere,puniatur capite.modò quidam est accusatus q
uoluit corrūpere aliquā,an puniatur si eam non corrūpit,
licet uoluerit corrumpere:Et uidetur q sic,per formam sta
c tuti.In conc.[c] est ueritas,quia intelligitur statutum, uoluit
d corrūpere,id est,uolūtariè corrūpit.[d] quod est no.Opp.q[d]
nō debuit hic Remus occidi,cùm esset magnus, & nobilis,
l.Pedius.ff.de incen.rui.nauft.Sol.Hic erat taxata pœna in
quemlibet transcēdentem muros,uel hic prætextu nobili-
tatis fuit motus ad delinquēdū, ideò sic puniri debeat, ar.
C.de con. & pc.Ang.l.j.li. xj. & de dignita.l.quoties.lib.xij.
Vel dicendū est quod tēpore punitionis istius, nō erāt istæ
leges,quia habuimus eas post legē xij.tab.quę fuerūt post
mortē Romuli,& reges expulsos,ſ. de orig.iur.l.ij.§.exactis.
Et sic potest rīderi ad omnia præcedentia. Iuxta hoc quæ-
2 ro,† qua pœna puniatur [e] qui muros uiolauerit? Dicunt
e quidā q si uiolentur muri ciuitatis Romanæ, est pœna ca-
pitalis,ut hic,in alijs est pœna iudicis arbitrio,ff. ne quid in
f loco fac.l.ij.& de pœ. l.sanctio. Vltimò colligitur [f] per legē
3 istam ar.ad q.pone† q duo sunt domini unius ciuitatis,[g]
g uel castri,quibus cōpetit iurisdictio,unus ex eis committit
delictū,alter uult cū punire,quæritur an possit. & ar.huius
l.uidet q possit.Itē quilibet ipsorū habet iurisdictionē in-
solidū,ergo,&c.ff. de off. cōs.l.j.& ff. ad munic.l. quid ergo.&
l.magistratus.Item quia præses punit sibi æqualē. C.ne li-
ce.poten.l.j.in fi.Ecōtrà q nō quia par in parem nō habet
imperiū.l.nam magistratus.ff. de arb.[h] Prætereà cū duo pa-
res sunt cōtendentes adinuicē,recurritur ad Principē.ff. de
re iud.l.duo.& l.in offerendis.C.de app.Sol.q non possit,
per iura allegata proximè & hoc tenet Gul. de Cu.Nō ob.
hæc lex, quia hic Romulus obtinuit in sorte,ut in gl.dicit.
Itē nō ob.q[d] præses punit parē,scilicet clarissimū,quia nō
erat par in administratione, sed in dignitate. auth. ut iud.
fine quoquo suffra.§. quod autē. Itē quia quātus haberet
parem dignitatē,tamē quia erat in præsentia præsidis, de-
bebat obedire.C. de pala.sacr.larg.l.omnino.lib.xij.

ADDITIO.

a P.PAV.P.*Si quis.Quid autē in transcendente ualuas uel foueam. l. desertorem.§.nec non.ff.de re mil.*

b *Transcendit.Sed quando cognoscitur,& quando dicitur quē uelle & nolle.Bal.l.si prædium.C.de ædi.edict.*

c POMA.*Cont.gl.l.q,si ab initio.ff.si cer.pe.Franc.Cre.sin.xlix.& Bal.l.& Im.l.si quis Sempronii.de hær.inſt.l.j.uer.an si uoluerit.ff.de leg.ij. quem ad hoc ibi pōderat Paul. adde l.j.in princ.C.de cond.& ibi per Moder.l.si constiterit.C.si.reg.& Alex.l.j.ff.de leg.ij.& l.iij.& ibi gl.ij.si is qui. ff.de re mili.Bar.l.j.§.diuus.ff.ad l.Cor.Cæp.l.si fugitiui.C.de fer. fug.Bar.cons. xxj.& cons.xxij.ij.uo.*

d P.PAV.P.*Corrumpit.la.l.fi.eod.*

Puniatur

e *Puniatur.Et no.q,fodiens iuxta murum castri,ut muri cadant,punitur hac pœna secundum Bal.l.pergit.C.de sepul.uio.*
f P.PAV.P.*Colligitur.Fel.c.prudentiam de off.deleg.in princ.Dec.ibi.*
g *Ciuitatis.Bar.l.inter tutorem.ff.de adm.tut.l.de leg.j.Ang.l.est receptũ.j. de iur.om.iud.& ibi Cast.*
h POMA.*Arbi.Limita.Bal.c.j.ad fi.in quib.cau.deb.uasal.iura.*

do solùm potest cogi officio iudicis,nõ constituitur in mora,ff.de dam.infec.l. cùm postulassent. in princ.ff. de eden.l. ubi. in fin.quia iudex cogit partem hoc facere, non autem pars est obligata ad hoc faciẽdum, quia pars nihil debet. Est ergo à iudice postulandũ, nõ à parte.Secus in eo quod
11 uenit iure actionis,ut ff.de usur.l.mora.†Item ex hoc cõcluditur,q̃ officium iudicis dicitur misericorditer imploratí, ff.de interr. act. super rub. Quia illud q̃ pars petit,sibi non debetur,sed iudex ex officio suo potest facere,ut sibi detur, licet quandoq̃ esset iniuria,si denegaret. l.j.§.pe. ff. de aqua quotid.& æsti.& ideò est inducta appellatio à sententia lata super officio iudicis, si deneget. l.j.C. si sæpius in integ.
12 restit.post. Item quæro quotuplex sit† officium iudicis?gl. inst.de act.§.præterea,& gl.C.depo. l.iiij. dicit, q̃ est triplex, quoddam nobile,quoddam mercenarium,quod deseruit actioni ex natura ipsius actionis, ut in bonæfid. iudicijs, quoddam,quod deseruit actioni contra naturam ipsius, ut in arbitrarijs.Pet.& Gul. & alij faciunt alias diuisiones, dicentes quòd quoddam est officiũ, quod residet in parte,quoddã quod residet in iudice.Sed certè minimum officium residet in parte, ideò istam partem omitto, & omissis eorũ uerbis,aliter quàm ipsi & gl. sic dicas, q̃ est triplex species,officij iudicis,quoddã est nobile,quoddam mercenarium, quoddã aduersarium. Officiũ nobile est,q̃ per se stat

stat, siue hoc iudex suo motu exerceat, siue ad postulationẽ alterius,ut inquirendo,cõcedendo restitutionẽ in integrũ,dando tutores,interponendo decreta, cõstituendo salaria aduocatis,& medicis,& similia.Quoddã est officium mercenariũ,qđ per se nõ stat licet deseruiat actioni, & hoc potest esse multiplex, quia q̃q̃ deseruit actioni proponẽdæ ut in citationib. & interrogationibus,& in omnib.quæ fiunt ante litem contestatam. Quandoq̃ deseruit actioni propositæ terminandæ,& hoc tripliciter,aut ex natura actionis:ut cũ condẽnat in usuris,& fructibus,& interesse in bonæ fidei.iudicijs.Aut ꝑ naturam actionis,propter aliquod extrinsecus accidens,ut in arbitrarijs,uel propter naturã iudicij,uel instantiæ, nõ attẽto quæ fit actio,ut in condemnatione expensarum, C. de fruct. & lit.expen.per totũ. Q̃q̃ deseruit actioni propositæ, & determinatè exequendæ,ut officiũ iudicis,qđ est in executione exercenda,ut ff. de re iud.l.à diuo Pio.per totũ, tñ utrùm sit illud officiũ nobile,uel mercenariũ,posset dubitari,dicã ff.eo.l.iubere.in fi.Quoddã est officiũ iudicis aduersarium, quod nõ deseruit actioni,sed imò sibi aduersatur,& ꝑ dicit inquantũ põt,& hoc dupliciter.Primò q̃n officiũ iudicis loco exceptionis directæ proponit,ut ff.de pet.hær.& l. planè, & l.itẽ si uerberatũ.§.ff.de rei uend.uel q̃n deseruit exceptioni propositæ,ut toto tit.de excep. Ista diuisio.omne officiũ iudicis comprehẽditur.Alia pulchra exempla possent dari, de quo uide Spec. de off.iud. ubi ponuntur plura cius
13 exempla,quàm alibi.† Itẽ quæro,utrũ ˡ iudex possit officium suum exercere sine petitione partis,de quo uide plenis
14 simè in l.iiij.§.hoc autem.ff.de dam.infe. † Item quæro utrũ
m in officio ᵐ iudicis,ⁿ debeat libellus dari, & lis cõtestari.Gl.
n tãgit in rub.ff.de inter.ac. & l.nec quicquã. §.ubi decretum. de off. procon. & legat.& ibi dicemus.tex. est cum gl. in c.
15 fi.eẋ.de off.iud.†His uisis circa officiũ iudicis restat uidere unũ circa iurisdictionẽ,scilicet utrùm iurisdictio cohæreat territorio.Gul.uidet dicere q̃ sic.Est enim quędã qualitas, sicut seruitutes sunt quædã qualitates prædiorũ : l.quid aliud.de uer.sig.Sciendũ primò pro declaratione,q̃ non est de necessitate, q̃ iurisdictio cohæreat territorio. Potest etiã esse iurisdictio sine territorio,ut in iudicibus chartularijs, ff.de iud.l.j.& C.ubi & apud quẽ.l.fi.Item põt esse territoriũ sine iurisdictiõe,ut patet in cõmunitatibus quę sunt in comitatu huius ciuitatis,uel alterius,qui nullã habẽt iurisdictionẽ,sed ciuitas habet in eos.Vel pone exemplũ in principe,quí priuauit ciuitatẽ Brixiæ omni iurisdictione, quæ habet territoriũ,non tamẽ habet iurisdictionẽ.Secũdo no. q̃ iurisdictio nõ cohęret territorio,ut sit iurisdictio in seipsa actiua.Verbi gratia,nõ põt dici unũ territoriũ habere iurisdictionẽ in seipso,sed bene põt dici, unũ territoriũ habere iurisdictionẽ in alio, sicut ciuitates in alio territorio, bene potest iurisdictio cohęrere territorio paſsiue,quia alius habet iurisdictionẽ in territorio:ut ff.de uer.sig.l.[illegible] pupillus.§. territoriũ.Tertiò dico,q̃q̃ iurisdictio cohęret territorio siue actiuè siue paſsiuè,nõ cohęret,sicut qualitas ipsius territorij,sicut dicit Gul.sed aliter ut apparet ex l.more.ff.eo.ubi dicit q̃ ille q̃ habet iurisdictionẽ ordinariã,habet eã suo
o rio,d.§.territoriũ.º Ad huius ergo intelligẽtiã scias,q̃ quædam sunt iura merè realia debita à re rei, ut seruitus, & illæ sunt propriè qualitates prędiorũ. Quædã sunt iura debita
16 ꝑsonæ in re,ut dñiũ,pignus & similia. † Sicut ergo dñium cohęret ꝑsonę dñi,tñ est in re,ita iurisdictio cohęret officio & ꝑsonæ eius qui habet officiũ,tñ est in territorio, & sic nõ est qualitas territorij,sed magis ꝑsonæ.Et ista equiparatio de iurisdictione ad dñiũ,ꝑbatur sic,Princeps habet omnem iurisdictionẽ:§.de cõst.princ.l.j.& ex hoc dicit dñs totius mũdi:ff.ad l.Rho.de iactu.l. deprecatio. Sicut quilibet iudex dicit princeps ciuitatis, uel territorij,cui præest:ff.de exc.tut.l.spadonẽ.§.si ciuitatis.& rectè põt dici dñs totius illius territorij uniuersaliter cõsiderati,sicut de principe plu

ries dixi.& maximè in prima cõst.huius lib.Ex hoc sequit
17 pulchra† cõsequentia & uera,q̃ si princeps uel alius cõce-
p deret tibi uniuersaliter unũ territoriũ,ꝑ uidet tibi cõcedere uniuersaliter iurisdictionẽ. * qa * iurisdictionẽ. Ampliꝰ dic, ut. sicut ille qui concedit rem singularẽ,dicit dominiũ rei singularis cõcedere,l.si ita.in fi.de per Bar.l.j.§.j cõt.emp.ita ille qui cõcedit uniuersale territo- nu.v.§. de off. riũ,uidet cõcedere iurisdictionẽ, quæ est i- præf.urb.& l. dem q̃ dñiũ alicuius rei particularis.Secus si illicitas. §. qui cõcederet in una particula,uel in una re par- uniuersas. de ticulari:l.in modicis.ff.de cõt.emp.l.fi.§.de cõ off.præfã add. stit.prin.dixi in l.fi qñ.C.de bo.uac.lí.x. Et ex I.Conc.B. hoc patet, q̃ iurisdictio nõ cohęret,ꝑ priè territorio.Pro tãto tñ dicit q̃ cohęret territorio, quia terminatur territorio,l.fi.ff.eo.Sed dices tu,imò rei cohęret, Nam uidemus,q̃ ciuitates & castra habẽt iurisdic. ꝛ.imò populus eorũ & cõitates eorũ,ut in fi.& est modica coercitio de qua gl.dicit quia sunt personæ repręsentatæ quæ habẽt iurisdictionẽ,& ipsi sunt qui faciũt potestatẽ & similia, unde personis inhęret iurisdictio & personarũ est. Et ita intelligitur quod dicitur hic,casus est fm Gul.l.qui furere. §.de sta.ho.

ADDITIO.

a P.PAV.P. *Ius dicentis.Circa materiam istam iurisdictionum, adde multa, primò an domini castrorum siue ciuitatis,de iure communi habeant merũ & mistum imperium. Item quot modis quis possit habere iurisdictionem in suis castris,& quò probetur in dubio,an iurisdictio censeatur personalis uel realis.Item si sunt multi filij unius comitis mortui an omnes habeãt iurisdictionem insolidum,& de quibusdam alijs uide Bar.latè cons. centesimo octuagesimo secũdo:an autẽ tollatur iurisdictio alicui, generaliter cessa sibi propter hoc,quòd in certis causis detur alicui iurisdictio ſpecialis,Ro.cõs.cccxciij.incip.præsens consultatio.Bal.c.j.qui feu.dare pos.Fel. c.pastoralis.de off.ord.ponit octo limitationes ad communem cõclusionẽ, quòd non tollitur iurisdictio generalis.Bar.l.j.C.de off.præfe.urb. Item an in dubio appellatione iurisdictionis intelligatur de ordinaria,an de delegata.Alex.& Ias.rub.istius tit.ubi Ias.tenet contra Alex.ideò considera. Item quòd iurisdictio probetur per correctionem filiorum, Bertach.in trac.de gabel.in j.parte.Itẽ quod per alia exercitia probetur iurisdictio,Bal.tit.de pace Constant.uer.amplius.nunquid autem iurisdictio uni concessa, possit alteri uendi? Bertach.in prælleg.nũquid autẽ in iurisdictione ordinaria, siue legata,uel inter arbitros,habeat locum ius accrescendi,uide eũdem ibi in ult.col.ponit de diuisione iurisdictionis,& quod iurisdictio teneatur insolidum,qualibet parte territorij diuisi.Item no.q̃ quando causa aliqua est fundamentum iurisdictionis,debet esse uera.& decisiua iurisdictio,aliàs iudicium esset nullum ipso iure,secundũ Bal.tit.de pace Constan.uer.in nomine Christi.Item no.quod iurisdictio,est quid uniuersale, secundum Bal. in proœmio feud.Item qui reparauit castrum,uel de nouo ædificat locum,ubi se congregant homines,& populus,an habeat iurisdic.super illo populo, Bal.c.j.§.marchio.qui feu.dare poss.nunquid autem acquiritur quasi possessio per processum factum contra contumacẽ?Bal.c.sacramentũ. de consue.recti feu.Item no.q̃ de iure communi,iurisdictio uendi nõ possit,licet secus sit de consuetudine approbata,secundũ Bal.c.j.§.ex eadẽ de lege conradi.Item an & quando iurisdictio sit indiuidua,Bal.c.j.in princ. de alienat. feu.Quid autẽ,si quis uendat omnes possessiones suas quas habet in castro, an uideatur uendere iurisdictionẽ?Bal.c.j.de capit.qui cur.uend?Bal.j.c. § ad hæc de pace iur.fir.Itẽ q̃ quasi possessio.iurisdictio,acquiratur per unũ actum,qui non solet de gratia concedi, Pan.cons.lxj.Item an cõsuetudo tribuat iurisdictio.Fel.c.ex parte circa princ.de resc.Itẽ in ciuitate sunt duo iudices,unus superior,alius inferior,an iurisdictio inferioris dicatur stare cũmulatiuè an priuatiuè, c.pastoralis.ext.de off.ord.Itẽ q̃ ille cui est concessa iurisdictio,de condemnando,intelligatur etiam concessa iurisdi.absolutè dic?Fel.c.cùm inferior.ext.de maio.& obe.Item an creditor in castro sibi assignato,possit exercere iurisdictionem,Ro.sing.dlxxviij. incip. quæritur. Itẽ q̃ cõcessio iurisdictionis simpliciter factæ comprehendit sub se merum & mistum imperium,Alex.cons.dxxiiij.Item an concesso castro intelligatur concessa iurisdictio, Ro.cons.ccccxliij. Ias. post alios l. fi. ff.de const. princ. Item de eo quod dictũ est §. quod concessa iurisdictio intelligatur concessum merum & mixtum imperium,in cont.Ias.l.imperium. ff. eo.ubi etiam facit mentionem de decisione præcedenti,quod cõcesso castro, uideatur concessum merum & mistum imperium.

b Imo.Et hic nec istam necessitatem imponi sibi per legem,nam potest cogi per superiorem,cui iurisdictio subalternatur.auth.de quæsto.§. super hæc. l.missi opinatores.de exact.trib.Barb.

c Quæro.No.per illud uerb.æquitatis statuendæ,dicunt Doc. facere statuta iurisdictionis,Bal.& Bar.l.omnes.de iust.& iu.Ang.ibi,qui concordat opiniones.Barb.
d POMA.Hodie.Ang.l.j.ff.de bo.pos.hær.pet.Bar.l.j.ad fi.C.si de mom.pos.
e Quis.Non credo uerũ,q; istud decretũ esset nullũ,nec cõferret aliquod ius etiã in bo.poss.contra tab.l.fi.§.de cur.furio.& ibi est gl.fin.Barb.
f POMA.Infrà eo.Fel.c.post cessionem.de prob.
g POMA.Dicas.Ro.cons.cclx.Bal.cons.xxxij.Alex.cons.lx.
h P.PAV.P.Officium.Adde q; ea quæ debentur iudicis officio, non transeunt contra hæredes obligati, Bal.l.si socer.ff.sol.mat.& ibi sequitur Alex.sed Cast.tenet cont.Et istud puto uerius,l.si quis ex argentarijs.§.j.iuncto §.ex hoc edicto.ff.de eden.Item facit quia maior restituitur officio iudicis.l.q; si minor.§.si.ff.de min.tantum certum est,q; nedum cõtra principalẽ sic contrahẽtem, sed etiã contra hæredem restitueretur.l.si intra.C.de in integ.restitut.facit l.si quis à liberis.§.itẽ rescriptũ.ff.de lib.agn.tamẽ aduerte,q; in primo dicto faceret pro opinione Bal.et Ale.An aũt in officio iudicis nobili requiratur libellus,et iudiciarius ordo regulariter sic,fallit de quo p Bar. Iubere.in ult.col.j.e.Itẽ fallit in casu l.pe.§.q; si sit quæ ibi ponderat Cast. pro singulari,ff.de præt.stip.Item an requiratur libellus,Iaſ.l. ne quicquã. §.ubi decretum.ſ.de off.proconſul.An autem si iudex nõ faciat id pro quo competit officium iudicis,posit appellari,Fel.c.exceptionẽ.ext.de excep. De differentia quæ fiat an alicui competat actio,an officium iudicis, Iaſ.d. §.ubi decretum.Item ad cognoscendum,an aliquid expediatur officio iudicis mercenario,Iaſ.l.iubere cauere.j.eo.ex Bar.ibi,item an,ubi imploratur officium iudicis,requiratur libellus,Aret.Inſt.de act.in prin.Bar.Cast.l.requirendi.C.de ſer.fug.
i Sequitur.l.defendente.de aut.tut.Barb.
k Prædictis.Quod intellige officio nobili,nõ aũt mercenario,Cy.l.j.C. de ali. iu.circa mediũ.Imn.c.j.de off.iud.tenet q; si iudex nõ uult ex officio suo procedere,nõ teuetur.Ang.& Io.And.sed Bar.hic dicit q; fit iniuria,& per cõsequens potest appellari.Io.de imo.ibi dicit,q; si committatur potestati iudicis,potest decretum interponere, secus si committatur suo officio mero. Vide ibi & no.q; officium iudicis est nobile.Card.c.ij.de off.iud.ubi dicit q; est potestas.& Bar.in proœ.loquitur aliter.de off.ord.Barb.
l Vtrum.Dic aut loquimur in eo quod solo officio iudicis residet,& tunc potest parte nõ implorãte.aut in quo non residet,& tũc põt d.§.hoc aũt Bar.
m Officio.Gl.cõt.l.de submersis.C.de nauf.lib.xj.Barb.
n P.PAV.P.Iudicis.Alex.cons.xxxv.uol.ij.Bal.l.j.in princ.§.in initio. ſ. de off.præfec.urb.
o POMA.Territorium.Alex.cons.xxxv.in iiij.uol.
p Territorium.Ro.cõs.ccccxliij.& an ueniat merum & mistum imperium, Ol.consi.cclij.& inquantũ tangit.q; in præscriptione eorũ,quæ sunt reseruata principi,requiritur eius scientia,Bal.cons.lxiiij.j.lib.

LEX II.

1 Delegatus principis potest citare re & uerbo,& quid in delegato inferiori à principe.
2 Delegatus quis possit mittere in possessionem ex primo decreto.
3 Iurisdictione concessa delegato uel ordinario,quando uideatur cõcessa ea, quæ sunt maioris iurisdictionis,q; ea quæ concessa sunt,uel alterius speciei.
4 Iudex secularis quando possit incidenter cognoscere de causa spirituali,matrimoniali uel usuraria.
5 Cõcesso aliquo alicui,an uideatur concessa omnia quæ ad id sequi possunt.
6 Prohibito aliquo,an id quod ex eo est,uideatur esse prohibitum.

CVI iurisdictio.[a] Clara est & breuis hæc lex,& scipsam summat,& põt legi duobus modis, sm gl. Primò in iudice delegato,ut cui delegata iurisdictio,uideantur ei delegari omnia,sine quibus iurisdictio expediri nõ põt: [b] ſ.ti.ij.l.j.in fi.& hæc modica est coertio,de qua gl.dicit.Sed 1 quæro.†an delegatus [c] possit citare uerbo & re.[d] ſ.ubo,potest,quia etiã arbiter põt j.de arb.l.sed interpellatur.§.j. & l. 2 diẽ proferre.in princ.Sed an potest re,ſ.capiẽdo personam. gl.dicit,aut est delegatus à principe,& põt,arg.auth. de litigio. §. omnẽ.hic allegat in gl.& C.quõ & qñ iud.auth.q; semel.l.sed & si is.de in ius uo.Si aũt ẽ delegat[e] alteri[o], tũc ante litẽ contestatã nõ põt citare re,sed postea sic,auth. de exhib.& intro.re.§.si uerò etiã.Ita dicit gl.hoc qd dicit, q; põt recitari post litẽ contestatã,reprehendit per doctores: ut j. 2 statim dicam.Itẽ quæro,† utrũ delegatus possit mittere in possessionẽ ex primo decreto:Ex gl.colligit distinctio,Aut ẽ delegat[e] principis,& põt.d.§.si uerò. Aut alteri[o] &nõ põt, cũ sit misti imperij:j.eo.l.iubere.Et sic uides, q; in missione in possessionẽ nõ distinguitur,an sit lis contestata, uel nõ.

Nã etiã post litẽ contestatã nõ potest in possessionẽ mitte re,sed deberet referri ad maiorẽ iudicẽ:C.de iud.l.properãdũ.§.fin autẽ.ibi,ad superiorẽ.& auth.exhiben.re.§.si uerò. Si nõ põt facere coertionẽ realẽ,multò mínus personalẽ,& ideò põt citare re ipsa,etiã lite cõtestata.Sic reprehẽdit ista gl.per Fran. Accur. hic, qd tenet Cy.auth.de qui semel. C. quõ & qñ iud.Quod uidet uerũ,per auth.de testi.§.si uerò ignoti.ubi delegatus nõ põt testes coercere & eos torquere.Nec ob.auth.de exhib.re.§.si uerò etiã ubi dicit q; delegatus nõ põt aliquid facere, quia lis nõ est cõtestata quã dicat,ergo lite cõtestata posset,quia nõ uult hoc dicere, sed uult hoc dicere,si lis esset cõtestata, posset de uenire ad sententiã ẽt absente reo,& sic posset aliq; facere.Dices tu,Hoc uidetur ꝑ legẽ istã.quia sine hac coertione iurisdictio expediri nõ põt, quia fortè reus nunquã ueniret ad iudiciũ, cui iurisdictio est delegata,omnia mãdari uident,sine quibus ipsa expediri nõ põt,dũ tñ ea nõn sint maioris iurisdictionis,quã quæ principaliter demandant.ut patet ex præmissis,q; mittere in possessionẽ re ipsa,capere,uel torquere personã,& similia,sunt maioris iurisdictionis,quãcognitio causæ.Hoc uidet ꝑ l.j.in fi.& contra l.fi.ſ.tit.ij. ubi modica coertio uidet mandata.Sol.Nõ intelligas ibi de coertione reali uel personali,sed de uerbali tantũ, ne contradicat prædictis.Secundo mõ lego tibi hanc l.in iurisdictione ordinaria,ut cui data est ordinaria iurisdictio,oĩa uideantur, mãdata,sine quib.iurisdictio illa nõ põt expediri, ẽt si sint maiora,& sic coertionẽ personæ habeãt.Qd hic loquat de ordinaria,ꝑbat,dũ dicit,cui iurisdictio data ẽ.Nã dare, est in aliũ trãsferre.l.ubi autẽ.§.fi.j.de ꝓb.ob.qd nõ fit in delegatis,l.j.§.qui mandatã.ſ.ti.ij.Et q uideant mãdata etiam quæ sunt maioris iurisdictionis,ꝑbatur C.de re iud.l.quoties.& ſ.de orig.iur.l.j.& auth.de testi.§.si uerò ignoti. ubi q libet ordinarius,& sic defensor ciuitatis,qui nõ habet merũ & mixtũ imperiũ,potest torquere testes,loquit eñ ibi de administratore.Et administrator exponit,i.defensor,auth. de exiben.re.§.si uero ẽt.Sed ꝑ hoc opp. q; habet iurisdictionẽ,nõ põt mittere in possessionem ex primo decreto,§. iusiurandũ.in fi.auth.de defen.ciui.& l.ea quæ.§. magistratibus.j.ad munic.Sol.Videtur mandata ea quæ sunt maioris iurisdictionis,ut dixi,dũ tñ sint eiusdẽ speciei,ut de iurisdictione.Secus si essent alterius speciei,ut de mero & misto imperio.Nã tunc illa nõ uident mandata,ut in cõt. Itẽ op. ext.qui fil.sint legi.c.lator.& ext.de ord.cog.c.tuam.Sol.Ibi sunt alterius speciei,ſ.iurisdictionis spiritualis.Vndeiudex ordinarius,etiã incidẽter nõ põt cognoscere de re spirituali.C.de sac.ecc.l.omni.Vnde ius canonicũ in hoc nõ discor 3 dat à iure ciuili,ut uidistis.Ex his ergo † collige distinctionẽ,aut cõceditur iurisdictio delegata,aut ordinaria.Si delegata,aut à principe,aut ab alio.Si ab alio, aut quæris utrũ uideant cõcessa ea,sine quib.esse nõ põt, aut ea quę maioris sunt iurisdictionis, aut ea quæ sunt æqualis, uel minoris.Si uerò loqueris in iurisdictione ordinaria, & tunc aut quæris,an uideat cõcessa ea, sine quibus explicari nõ põt, quæ sunt alterius speciei,aut ea quæ sunt eiusdẽ,ut ex præ 4 dictis patet.Iuxta prædicta † quæro,si iudex secularis non potest incidenter cognoscere de re spirituali,ergo quasi de nulla re cognoscit.Si cñ petis hæreditatẽ uel aliã rẽ, tãquã patris tui,oportet & probare esse filiũ legitimũ,qd esse nõ põt sine matrimonio.Matrimoniũ aũt est res spiritualis,ergo de hoc iudex secularis non põt cognoscere, & sic nec de principali cognoscit.Sol.Dico q; illa q.an fuerit matrimoniũ inter patrẽ & matrẽ alicuius,est super facto,nec ẽ causa spiritualis,& ẽt põt tunc iudex secularis expedire. Põt esse ẽt quæstio super iure,ut posito facto,ꝓ cõstanti,est quęstio, an inter eos poterat esse matrimoniũ,tũc est quæstio spiritualis,& iudex secularis nõ põt se intromittere.d.c.lator. & d.c.tuã.eodẽ modo si dubitet de usurario,si est quæstio super facto,põt iudex secularis cognoscere,quia non est quęstio spiritualis,sed posito facto,ꝓ cõstanti,q; sit ꝑctus,sed dubitatur utrũm ꝑctus sit usurarius uel nõ,tũc est quæstio spiritualis,c.j.ext.de usu.in cle.Et ita audio q; tenet Pau. de Lia. dixi in l.Titia,fol.ma.Expeditis lect,ex gl.collige unũ gene

rale,ad aliud quã ad iurisdictiones,ut cũ quid cõcedit, uidẽt cõcedi oĩa,quæ ad id sequi possunt.Circa hoc † dicas 5 f [f] breuiter,q; quædã sunt quæ sequuntur ad id qd concedit ex significatione uerbi,tũc oĩa uidẽt concessa, l.legatis.j. de alimẽ.leg.l.si quid earũ.§.interemptũ.j. de leg.iij. &j. de pac.l.iuris gent.§.sed si fraudandi.Quædã sequũtur ex natura rei,tunc idẽ,quia tunc illa uidet esse cõcessa, l.fundi.j. de ach.emp.ut si cõcedo fundũ deducto usufructu, uideor cõcedere ut fructuario capite minuto,ꝑprietarius habeat etiã usumfructũ.d.l.fundi.quædã sunt consequẽtia,uel antecedentia ad rẽ,non ex natura rei,uel significatione uocabuli,& tũc aut cõceditur aliquid quod momento expedit, ut si concederem tibi unã domũ uel fundũ,ad quã tu non potes ire.Et dubitatur utrũm tibi sit concessum iter,& tunc dic ut in l.in uẽdẽdo.j. de cõt.empt.dixi plenè in l.j.j. de seruit.leg.Si uerò concedatur aliquid, q; habeat causam successiuã,uel tractum in tẽpore,ut in usufructu,uel seruitute, & similib.quæ habent tractum in tempore, tunc uidentur concedi omnia, sine quibus ad illud concessum ueniri nõ potest:l.j.j.fi usufruc.pet.& l.iij. §. qui habet.de seruit.ruſt. præd.l.ad rẽ & l.ad legatũ.de proc. Secũdò ponit gl. aliud 6 † generale,cconuerso ad istud,qñ aliquid prohibetur,& id qd ex eo est,uidet esse prohibitũ. Quod põt intelligi duobus modis,ut patet ex legib. allegatis hic in gl. Primò sic, Quando aliquid prohibet,& id qd est eius antecedens, q; qd peruenit ad illud:j.de spon.l.oratio.Quod est uerũ,qñ directè ordinatur ad productionẽ illius,ut spõsalia ad matrimoniũ,ut ibi.Aliàs secus,si incidẽter posset euenire:l.nõ omne.j.de statulib.Secũdo modo potest intelligi, ut iacet: ut cũ prohibetur aliquid,prohibetur id quod est ex eo,tanquã eius cõsequens.Quod dic, ut C. de legi.l.nõ dubium. Vltimò ista lex est multũ nõ.ad arbitria quę habẽt priores & regimina ciuitatũ,ut si cõceditur prioribus arbitriũ sup aliqua guerra uel abundantia,uel super custodia, qd possint facere ex uigore huius arbitrij. Quod plenè examina ui in l.non ambitiosa.de decre.ab ord.faciẽi.

ADDITIO.

a POMA.Cui iurisdictio.Bar.l.solent.in fi.uer.ex hoc.ff.de alimẽ.& cib.leg. Regulã huius l.limita primò procedere,quãdo antecedens esset maius, uel maioris importantiæ,q; consequẽs,secundũ Ro.l.illud.ff.de acq.hær.sequitur Iaſ.l.fi.j.de hær.inſt.Bart.hic.Paul.j.& duo iura allegãtur,ut per Iaſ. ubi hoc etiã tenet Ro.ibi, secundò limita ut per Bal.Sal.Alex.& mod.in d. l.fi.nisi antecedens esset tale q; requireret specificã ẽt expressam mentionẽ, de eo habes ibi exemplũ,Si substituo Sempronĩũ Titio, per hoc nõ cõsetur Titius institutus.l.ex facto.ff.de hær.inſt.quia hæredis institutio requirit q; hæres ore proprio nominetur,Aret.l.Gallus.§.& quid si tantũ.ff.de lib.et posth.Tertio limita d.reg.nõ procedere in eo sine quo nõ potest cõsequens expediri,licet facilius ex eo expediretur,Fel.c.prætereà.usq; ad fi.de off.de leg.Dec.& gl.c.solet.de sen.excõ.in.vj.est tex.& ibi Bal.l.j.in fi.ff.si usufruct.Quod tamẽ sublimitat ibi Bal.nisi sine eo esset tãta incõmoditas, quòd aufferret effectũ totius dispensationis. Cõtra istam limitationẽ ponit Iaſ.l. j.j.de transãc.itẽ an & quãdo habens mandatũ ad præparationẽ alicuius actus,dicatur habere ad executionẽ,Ro.cons.xxxiij.& cõs.cccxxxvij.Fel. c.ij.iij.no. de ſponſ.Si committatur alicui ut moneat & inducat aliquẽ ad aliquid,nõ poterit ad id eũ cõpellere sine aliqua cõmissione.Itẽ istã reg.ornat & ampliat Iaſ.hic,licet prædictas limitationes nõ ponat, sed alias quinque limitationes ut per eũ,& de ista limitatione quãdo antecedẽs est mãtus,uide Iaſ.l.si causã cognita.C.de transſ.fi.C.de hær.inſt.Itẽ ad reg. q; qui uult cõsequẽs,censetur uelle & antecedẽs et ecõuerso.Iaſ.l.planè.de leg.j. ubi ponit quasdã limitationes.Dec.cõs.lxxvij.in c.prætereà.de off.del.

b Potest.Ro.cons.ccccxliij.q; si papa cõmittat alicui,q; cognoscat de suppressione tituli, quòd delegatus poterit cognoscere de omnibus dependentibus ab illa suppressione:& quod idem uoluit cons.cxiij.quòd habens mandatum ad capiendum mutuo centũ, & obligãdo bona constituentis, censetur etiã habere mandatũ ad se obligandũ pro usuris, si mos est in ciuitate, q; si pecunia nõ soluatur in tẽpore,capiatur sub usuris nomine creditoris:& in quantũ Iaſ.tangit,q; si causa est cõmissa per episcopũ de petitione hæreditatis & superueniat quæstio matrimonij,q; de illa quæstione põt cognoscere, Ro.cons.ccxcviij.An autem cui commissum est consequens,uideatur commissum antecedens,Ro.cons.ccccxj.

c P.PAV.P.Delegatus.Quomodo posit delegatus suam iurisd.tueri.Dec. c. j.de off.dele.v.not.

Bar.super ſſ.uet.

d Re.Adde inquantũ.Iaſ.dicit,q; debitor fugitiuus põt citari re ꝑ delegatũ in feriorem,& per iudicẽ incõpetentẽ & allegat Pet.de Anch.cõs.cxcij. quia etiã de feriato capi põt.Adde quod idẽ Pet.cõs.cxxij.in fi.tenet q; debitor fugitiuus capi possit die dominico,& duci ad iudicem competentem,quod sequitur Ro. cons.ccxliij.ut etiam hic alleg.Iaſ. Pro intellectu ſ. si uerò etiã. auth.de exhiben.reis.
e POMA.Contra.Fel.c.cæterum.de reſc.& c.licet causam.de prob.
f POMA.Dicas.Fel.c.translate.de const.

LEX III.

1 Delegatus non potest delegare.
2 Iurisdictio est potestas de publico introducta.
3 Iurisdictio dicitur à ditione & iuris.
4 Iurisdictio continet merum & mistum imperium,coertionem modicam, et simplicem iurisdictionem. (tur.
5 Imperiũ simpliciter sumptũ,est iurisdictio quæ officio iudicis nobili expedi
6 Imperium quare dicatur merum,& quid sit merum imperium.
7 Imperium merum quibus iudicibus competat,præsidi Romano & aliarũ ciuitatum habentium hoc ex concessione.
8 Gradus sex meri imperij.
Imperij maximi est leges condere.
Animaduertere in facinorosos homines est maioris imperij.
Mistio in carcerem facta ad pœnã non ad custodiam, est maioris imperij.
9 Deportare est maximi imperij.
Causæ liberales non sunt magni imperij,sed iurisdictionis.
10 Relegare & torquere aliquem ad pœnam est imperij parui.
11 Modica coertio est imperij minoris.
12 Multa leuis est minimi imperij.
13 Imperij maximi quæ sunt,maioris,magni,& parui, delegantur causa absentiæ,minus & minimum indistinctè delegantur.
14 Imperium mistum quare sic dicatur.
15 Imperium mistum est iurisdictio,quæ officio iudicis nobili expeditur,priuatam utilitatem respiciens.
16 Imperium mistum competit,quibus competit merum.
17 Imperij misti sex sunt gradus.
Dare ueniam ætatis.Legitimare per rescriptum. (ximi.
Interponere autoritatẽ adoptioni,uel emancipationi,sunt misti imperij ma-
18 Cognoscere circa sententiam ex supplicatione,est misti imperij minoris.
19 Causæ cognitionem requirens plenam & coertionem realem uel personalem,est misti imperij magni.
20 Imperij misti est,quod sit cum causæ cognitione,& non continet coercitionem realem,uel personalem,est & non parui.
21 Quæ iudicis officio nobili expediuntur,& summariam cognitionem requirunt,sunt misti imperij minoris.
22 Iudicis nobili officio quæ expediuntur causæ cognitione,sunt misti imperij minimi.
23 Iurisdictio strictè sumpta est quæ officio mercenario expeditur, priuatam utilitatem respiciens.
24 Iurisdictionis gradus sunt sex.
Causæ liberales & status sunt maximæ iurisdictionis, & non delegantur.
25 Maioris iurisdictionis est,quando uigore sententiæ latæ super aliqua actio nẽ potest ueniri ad cruciationem corporis,& non delegatur.
26 Iurisdictionis magnæ dicitur causa,quæ ascendit summam trecentorũ aureorum,& delegatur propter absentiã,& propter multas occupationes.

a IMperiũ.[a] Iurisdictio diuiditur in imperiũ,& iurisdictionẽ.Et imperiũ diuiditur in merũ & mistũ imperiũ.h. d. Diuisio patet,quia primò ponitur diuisio bimẽbris imperij.Secũdò ꝓsequitur primũ membrũ.Tertiò sm. Quartò ponit quid sit iurisdictio.Partes per se patent in textu.Et pone casum in terminis, Cum dictũ sit ſ. de iurisdictione in genere,quæro in quot species diuidat.Et dicit q; in tres, ſ.merũ,mistũ imperiũ & simplicẽ iurisdictionẽ.quæ sint,patet in tex.& hæc ẽ difficilis materia,quæ nõ habet cõmuniter.Op.ad primũ,q; illa nõ sit bona diffinitio imperij meri, quia nõ cõuertit cũ suo diffinito,ergo &c. l. omnis diffinitio.j. de reg.iuris.& l.j.§.dolũ.j. de dol. Quod nõ cõuertat, apparet, quia multa sunt alia quæ sunt meri imperij,quæ hic nõ ponũtur,ut damnare in metallũ &c.l.si quid erit.de off.procõ.& l.illicitas.§.q; uniuersas.ſ. de off.præſi.Sol.huius dicit gl.hic & gl.fi.hic in princ.q; hic nõ ponitur diffinitio,sed exemplũ,& eodẽ mõ posset opponi ad mistum imperiũ,& ad iurisdictionẽ, & eodẽ mõ soluit. Opp. ad fi.

huius l.Nã ex illo tex.uidet præsupponi, q iudex delegat⁹ possit delegare,nã iudex delegatus habet iurisdictionẽ.l.j. §.qui mandatã.ff.ti.ij.ergo põ delegare,ut hic. q̃ est cõt. l. â iudice.C.de iud.Sol.Dixit gl.q delegatus nõ habet iurisdictionẽ generalẽ,sed quãdã speciẽ iurisdictionis. Vel hic loquit̃ de iurisdictione ordinaria.Pet.dicit q delegata causa est delegabilis,& ideò dicit esse iurisdictionis.Delegatus aũt non delegat,nõ ex defectu causæ ipsa enim delegabilis est,sed ex defectu personæ.Sic in causa põt cõstitui ,procurator â domino, nõ à ,procuratore,l.neq; de proc. q̃ satis placet.Nunc uenio † ad materiã,& pro eius declaratione quæro,quid sit iurisdictio in genere sumpta ℟. iurisdictio est potestas de iure publico introducta,&c.ut no.gl.l.j.ff. eo. & ibi plene dixi.Secũdo quæro,† unde dicat iurisdictio: Dicit gl.hic, q̃ dicit â ditione, q̃ est potestas, & iuris,quasi iuris potestas.Quod aũt ditio sit idẽ q̃ potestas, probat̃ in prœmio Inst.ibi,nostræ ditioni,&c.& C.de liber,& eo.liber.l.ij.† Tertiò quæro utrùm imperiũ merũ & mixtũ comprehẽdant̃ sub hoc genere, q̃ est iurisdictio. Quidã dicũt q̃ nõ,per hanc l.Ponunt̃ enim hic ut species separatæ,iurisdictio ab imperio.Gl.tenet cont.& bene,ut ꝓbatur.ff.ti.ij.l. j.ubi merũ imperiũ appellat iurisdictionẽ,& auth.defen.ciui.§.iusiurandũ.in fi.& hic dũ dicit,q̃ etiã potestas appellatur.Nã potestas & iurisdictio idẽ sunt,ut dixi, & ẽ potestas iuris,ergo est iurisdictio.Idẽ de mero & misto imperio, per hũc tex.q̃ dicit,cui ẽt iurisdictio ineſt, sicut genus ineſt speciei suæ:l.ſi quid earũ.§.inter.de leg.iij.& ibi no.Est ergo iurisdictio genus.Itẽ quæro quot species cõtineat sub se iurisdictio,prout̃ est genus ℟.gl.quatuor,merũ & mistũ imperiũ,coertio modica,& simplex iurisdictio,& sub his omnes cõprehẽdunt̃, & hoc mõ diuidit Iac.de Are.& Gul.de Cug. ponit modicã coertionẽ sub mero imperio,& sic ponit tres species tantũm. Certè ista nõ uidet uera, nã merũ & mistũ imperiũ, nõ sunt species iurisdictionis immediatè.Nõ eñ iurisdictio diuidit in merũ & mistũ imperiũ, sed imperium simpliciter sumptũ diuidit in merũ & mistũ.Dic ergo secundũ Pet. q̃ iurisdictio in genere sumpta,diuidit in duas species,ſ.in imperiũ simpliciter sumptũ, & in speciẽ q̃ est iurisdictio:l.j.ff.de adop.& l.ij.C.eo.tit.Itẽ imperiũ subdiuidit in merũ & mistũ,ut hic. Videamus ergo † quid sit imperiũ simpliciter sumptũ.℟.Imperiũ est iurisdictio quę officio iudicis nobili expeditur,hoc q̃ dico iurisdictio ponit in diffinitione tanquã genus.Sequit̃,quæ officio nobili expedit̃ tur.hoc ponitur ad differentiã iurisdictionis, quæ expedit̃ iudicis officio mercenario. q̃ hoc sit uerũ probat̃ in auth. de defen.ciui.§.iusiurandũ.in fi. dũ dicit, de iurisdictione, quæ iudicis autoritate expeditur: C. de peda.iud.l.placet. & l.ij.circa medium,& q̃ no.in l.nec quicquã.§. ubi decretũ.ff.de off.procõ.& ideò dicitur imperiũ, quia ex imperio & autoritate iudicis procedit,& nõ ex aliquo iure, q̃ resideat apud partẽ,& istud imperiũ simpliciter sumptũ diuidit in merũ,& mistũ,ut hic.† Videamus ergo de mero. Circa q̃ quæro primò,quare dicat̃ merũ ℟.ut colligo ex dictis doc.,ꝓpter tria,primò merũ,quasi liberũ.Fuit enim collatũ in principẽ imperiũ liberè, nulli necessitati subiectũ, ff.de legi.l.princeps.ff.de constit.princ.l.j.q̃ imperium per principẽ fuit postea cõmunicatũ aliis, ut procõsulibus, & præsidibus,& similib.l.ſi in aliquã.in fi.ff.de off.pcõ.& l.iiij. de off. præf. & quò ad alios ẽ necessitatis,tñ ꝓpter principalẽ sui originẽ dicit̃ merũ,hoc est,liberũ.Dices tu fm hoc,merũ imperiũ nõ est species iurisdictionis,quia iurisdictio habet necessitatẽ,ff.eo.l.j.℟.,put refert̃ ad principẽ, nõ habet necessitatẽ præcisam, sed habet necessitatẽ honestatis, q̃a princeps profitet̃ se legibus alligatũ, l.digna uox. C. de legib.Secundo modo dicitur merũ,hoc est,liberũ, nõ seruũ, ad differentiã officij mercenarij quod seruit actioni. Nã si iudex inquirit̃ malefactores, liberè inquirit: ſi accusant̃ malefactores,ex officio suo nobili,ꝓcedit iudex,licet sit imploratum illud officium per partem. Causæ enim criminales non expediuntur per actionem,sicut ciuiles,sed solùm per officium iudicis imploratum, ut per illum accusatorẽ. Inst.de pub.iud.in prin.& j.uidebitis,& patet hic in tex.Ter

tio modo dicitur merũ, quaſi nõ mixtũ, totum enim q̃ſ fit ex uirtute meri imperij,respicit publicã utilitatẽ principaliter:ut j.uidebitis,& patet in exẽplo hic posito.Quęro quid
b sit[b] merũ imperiũ: tex.& gl.hic nõ ponunt diffinitionẽ,sed exempla.Iac.de Are.fuit ille qui primò incepit ponere diffinitionẽ,& dicebat ſic,Merũ imperiũ,est iurisdictio seuerioris ultionis inferendæ,publicã utilitatẽ respiciens. Hæc diffinitio non placet.Nã cõstat q̃ condere legẽ est meri imperij:l.j.de cõſt.prin.& l.non ambigitur.ſ. de legi. & tñ põtest condi lex, quæ non cõtinet seuerioꝛẽ ultionẽ, sed aliud q̃ consistit in acquirendo,uel in cõseruando:l.legis uirtus. ſ. de legi.Gul.de Cug.ponit aliã diffinitionẽ,quæ eadẽ rõne damnari posset,& ideò eam nõ refero. Dic ergo ſic fm Pet. Merũ imperiũ est iurisdictio quæ officio iudicis nobili expedit̃,uel per accusationẽ,publicã utilitatẽ respiciens principaliter.Iurisdictio ponitur ut genus generalissimũ, quæ officio iudicis nobili expeditur.Per hoc denotatur, q̃ſ est imperiũ.Vel p accusationẽ,hoc posuit Pet.dubitãs, ne q̃n iudex procedit per accusationẽ,ꝓcedat officio nobili.Vnde ponit gratia dubitationis tollẽdæ,sed nõ est necesse ponere,quia tunc officio nobili procedit,ut dixi publicã utilitatẽ respiciẽs principaliter. Hoc dixi ad differentiã misti imperij,quod principaliter respicit priuatã utilitatẽ:ut j.uidebitis.Ista secunda diffinitio comprehendit potestatẽ legis condendæ,& omne quod officio nobili potest expedi-
c ri,quod est meri imperij,ut j.dicam.Quæro,[c] † quibus iu-
7 dicibus cõpetat merum imperiũ ℟.q̃n̄ aliquis pręest alicui uniuersitati,quæ facit prouinciã, tunc habet merũ imperiũ de iure cõmuni,l.illicitas.§.q uniuersas.ff. de off.præſ. q̃n̄ q̃ qui præest alicui uniuerſitati quæ facit,non prouinciam,sed ciuitatẽ,& tũc de iure cõmuni regulariter nõ habet merũ imperium,neq; mistum.§.iusiurandum.in fi.auth.de defen.ciui. Quod intellige de mero & misto imperio, ut j. uidebitis.Fallit in ciuitate Ro.l.j.§.cũ urbẽ.ff. de off. præfec. urb.Fallit etiã in multis aliis ciuitatibus,quæ habẽt immunitatẽ ex concessione facta per principẽ,ut in extrauag. de
d pace Constan.Itẽ fallit in multis [d] aliis,quæ hoc habent ex præscriptione,uel consuetudine,ut uidebitis, quæ præscriptio qualiter procedat,dicemus in l.more. j.eo. & ideò hic nõ curo dicere qualiter præscribatur. Q̃n̄ q̃ quis præest alicui uniuersitati,quæ non facit ciuitatẽ,sed castrũ,seu municipiũ,tũc ſi illud castrũ subsit alij ciuitati,tunc nullã iurisdictionẽ habet,l.qui ex uico.ad munic.& l. iij. C. de nat.lib.& de epiſ.& cle.l.nulli.Si uerò nulli ciuitati subesset, tunc habet eandem iurisdictionem,quã defensor ciuitatis.Hoc apparet ex ordine titulorum positorum in C.nã primò ponitur de officio rectoris prouinciæ.Secundò ponitur de officio præfe.Tertiò de defẽsore ciuitatis. Quartò de magistratu municipũ,hoc est, de rectoribus illorũ municipiorũ.Et uide quod dicit ibi Azo in summa.Q̃n̄ q̃ præest alicui uniuersitati,quæ non facit prouinciã,ciuitatẽ,uel castrũ,& tũc nõ habet iurisdictionem,seu merũ imperiũ.C.de iurisdict. iud.l.fi.Fallit in doctore,qui habet merũ imperiũ in schola-
res.auth.habita.C.ne fil.pro patre.licet de facto nõ seruet.
8 † Quęro exempla de mero imperio,an posſit delegari? Ad hoc uidendũ,diuido merũ imperiũ sex modis, Quoddã ẽ imperiũ maximũ,quoddã maius,quoddã magnũ, quoddã paruũ, quoddã minus,quoddã minimũ.Imperiũ maxi-
e mum [e] est habere potestatẽ cõdendi legem generalẽ, quod cõpetit soli principi & senatui,l.j.de cõſt.princ.& l.nõ ambigitur.ff.de legib.& etiã prefecti præto.l.normã.aliàs formã. C.de off.præf.præt.Secũdò est imperiũ merũ maius, ut habere potestatẽ animaduertẽdi in facinorosos hoies,ut hic. Quod dicit,animaduertendũ,intelligo de animaduersione,p quã uita adimit̃ in totũ,uel ſi membrũ abscindat̃.hoc uult dicere hic gl.iij.dũ dicit,totũ corpus,uel partẽ.C.de oficius,qui ui.alte.l.ij.in gl.& auth. de coll.§.ad hoc id ꝓhibemus.dixi plenè de pub.iud.l.ij.Idẽ ſi adimat̃ uita ciuilis,ut quia perdat libertatẽ, d.§.qui uniuersas. hoc etiã tenet gl. hic.Sed iuxta hoc quæro,an missio in carcerẽ sit de illo mero imperio maioris ℟.Aut missio in carcerem,sit ad custodiã,donec de maleficio inquiratur,& nõ est de mero impe-

rio,

rio,quia minoribus magistratibus & defensoribus competit,auth.de defen.ciui.§.& iudicare.l.diuus Pius.j.de ser. fu. Si uerò fiet ad pœnã, ut ſi aliquis damnaretur ad perpetuum carcerem,ut fit per iudices ecclesiasticos, seu spirituales de iure canonico,licet de iure ciuili nõ debeat fieri.l.aut damnũ.§.solẽt.j.de pœn.& tunc esset meri imperij, quia æquiparatur damnato in metallũ. d.§.solẽt.& §. fi. & melius in §.inter.& hoc tenet Inn.c.qualiter & q̃n de accuſ.& tenui.
9 in l.ij. quæro aliquis.j.de pub.iud.† Tertiò est imperiũ magnum,ut q̃n perditur ciuitas tantũ,ut per deportationẽ.Et ita tenet gl.hic,facit l.edicto.§.rei aũt capitalis.j. de bo.pos. facit l.sed & ſi quis.§.rei.j.ſi quis cau.cũ sim.Circa hoc quæro,utrũ causæ liberales dicant de mero imperio. Quod uidetur,quia q̃n̄ q̃ per eas perdit̃ ciuitas & libertas.l. pen. in fi. C. de ped. iud. Cont.dico, quia illæ expediuntur iure actionis competentis parti,Item officio iudicis mercenario quod respicit priuatam utilitatẽ.Itẽ cõmodum partis,& sic
10 est iurisdictionis, ut j. dicam. † Quartò est imperiũ paruũ, ut relegare aliquem,& illud est meri imperij,gl.C. de sent.l. nulli.& Inst.quib.mod.ius pat.pote.sol.§.relegati.licet quidam de hoc dubitauerint, ut Spec. in hoc.tit.uers.quid de relegatis.& tamen ista est ueritas, quia expeditur officio iudicis nobili,& respicit publicã utilitatẽ.Sed quia nõ est meri imperij magni,põt super eo sententia ferri in absentẽ, & causa agitari per procuratorẽ,l.pe.§.ad crimẽ.de pub. iud. & l.seruũ quoq;.§.publicè.j.de ꝓcur.& l.absentẽ.j. de pœn. De isto eodẽ imperio,puto q̃ ſit omnis pœna.per quã corpus alicuius acriter afficitur,l.ſi quid erit.ſ.de off.procons. Et ideò dico, q̃ ſi quidẽ aliquis torquetur ad pœnam,esset istius meri imperij.Sed ſi torqueretur ad inuestigationem, tũc esset possibile,q̃ esset de iurisdictione, q̃a tũc expediretur iudicis officio mercenario,auth.de testib.§.uerò ignoti.facit q̃ tetigi.ſ.l.pro.& j.dicã.† Quintò est merũ imperi
11 um minus,ut modica coertio corporis, & ista cõpetit omnibus magistratibus,ut ſ.eo.l.magistratibus.& auth.de defen.ciui.§.audiẽt. Habent enim cognitionẽ leuiũ criminũ. j.de accu.l.leuia. & hoc quod sit meri imperij, apparet, q̃a officio iudicis nobili expedit̃, & respicit publicã utilitatẽ. Nõ est ergo uerũ, q̃ dicit gl.& Iac.de Are. q̃ modica coertio non est merũ imperiũ.Sed respõ.q̃ ibi nõ loquitur de modica coertione, quę fiat ad uindictã maleficij,sed de quadã coertione uerbali,quæ fit officio iudicis mercenario,ad expedi
13 tionẽ causæ, ut ſ.dixi,l.prox.† Quæro utrùm merũ imperium posſit delegari.Breuiter merũ imperiũ,maximum, maius,magnũ & paruũ,non possunt delegari, nisi ex causa absentiæ,l.solẽt.in prin.ſ.de off.procon.ſ.ti.ij.l.j.Minus autẽ, & minimũ uidẽtur posse delegari,quia cõpetunt iure ma-
14 gistratus,ergo &c.l.j.ſ. ti.ij.Expeditus de mero,uenio † ad mistũ imperiũ,& quæro quare dicatur mistũ. Gl.l.iubere.j. eo.uidetur dicere q̃ sicut participiũ partẽ capit à nomine, partem è uerbo,sic mistũ imperiũ partẽ capit à mero imperio,partẽ à iurisdictione.à mero imperio,ut nõ posſit delegari,à iurisdictione,q̃a cõsistit in cõmodo pecuniario. Et secundũ hunc tex.qui dicit mistũ imperiũ,cui etiã iurisdictio ineſt, deberet exponi,q̃ ei ineſt iurisdictio,hoc est,qualitas iurisdictionis,quia cõsistit in cõmodo pecuniario,& ita exponit Iac.de Are.quod satis ꝓcedit.Tu dic melius, q̃ ideò dicitur mistũ, quia capit à mero imperio,hoc est, q̃ iudicis officio nobili expeditur,& hoc est melius dicere, q̃illud q̃ dicit gl.ſcilicet,q̃ demandari nõ posſit. Nã q̃n̄ q̃ merũ imperiũ demandat̃, ut dixi, q̃n̄ q̃ mistũ, ut j. dicã.à iurisdictione uerò capit,quia respicit priuatã utilitatẽ, ut patet in exemplis positis in tex. ſ.eo. l.j. Et hoc est melius dicere, q̃ſ q̃ dicit gl.ſcilicet q̃ cõsistit in cõmodo pecuniario. Nam q̃n̄ q̃ ẽt merũ imperiũ, cõsistit in pecuniario cõmodo, ut in pœnis,& multis.Itẽ q̃n̄ q̃ mistũ imperiũ nõ cõsistit in pecuniario cõmodo, ut in datione tutoris qui dat̃ personæ, nõ
f patrimonio seu rebus.Quæro ergo, quid [f] est mistũ imperium?la.de Are.posuit unã suã diffinitionẽ, & Guil.aliã, q̃ſ
15 non patet,ut ſ.e.l.j.Dic † ergo fm Pet.Mistũ imperiũ est iurisdictio,quæ officio iudicis nobili expedit̃,priuatã utilitatẽ respiciens.Per hoc q̃ſ dico, priuatã utilitatẽ respiciens, differt à mero imperio.Ex eo q̃ dico,officiũ iudicis nobile, differt à iurisdictione,ut dixi in mero imperio, hoc q̃ſ dicitur de priuata utilitate, probatur exemplo hic posito, ut l.
16 ne quicquã.§.ubi decretũ.ff.de off.procon. † Quæro quib. cõpetit mistũ imperiũ ? ℟. illis, quibus dixi cõpetere merũ imperiũ,& non aliis.d.§.iusiurandũ.in fi.de defen. ciui.q̃ſ
17 intellige de misto imperio magno,de aliis,j.dicã.† Quæro quot sunt gradus istius misti imperij? ℟. sex, sicut in mero. Est eñ quoddã mistũ maximũ,q̃ſ non põt expediri, nisi q̃ solũ principẽ,ut dare ueniã ætatis impetrãti. C. ut de his q̃ uę.æta.impe.l.ij.Interponere autoritatẽ arrogationi, l.ij.ff. de adop.& in emancipatione infãtis, l. fi.C.de emãc.li.Et in legatione per rescriptũ,auth.qui.mo.na.eff.sui.§.illud. & §. pe.& ibi no.omnia ista expediuntur officio iudicis nobili,
18 & respiciunt priuatã utilitatẽ,ergo sunt misti imperij. † Secundo est mistũ imperiũ maius,ut cognoscere circa sententiã ex supplicatione, quæ cõpetit soli principi & præfecto prætorio,auth.quæ supplicatio.C.de preci.imp. offe. & l.j.
19 C.de off.præfe. præt. † Tertiò est mistũ imperiũ magnũ, ut illud q̃ſ requirit plenam causæ cognitionẽ,& coertionem realẽ,uel personalẽ,ut in danda restitutione in integrũ, & in missione in possessionẽ,ex secundo decreto,& simili, ut in expellẽdo quẽ de possessione re ipsa, ista non cõpetunt iure magistratus,l.ea quæ. §. magistratib.j. ad munici. nec possunt demandari,j.eo.l.iubere.Fallit fauore minorũ,q̃n̄
20 petitur restitutio,l.fi. C. ubi & apud q̃nẽ. † Quartò est mistum imperiũ paruũ, ut illud q̃ſ fit cũ plena causæ cognitione,licet nõ habeat coertionẽ realẽ,uel personalẽ, ut dare bo.possſ.quæ tribuit ius,pronunciare de mittẽdo in possessionẽ,ex secundo decreto,interponere autoritatẽ in aliquibus & trãsactionibus alimẽtorũ,& ista similiter nõ competunt magistratibus,d.l.ea quæ.§. magistratibus.nec possunt delegari.j.prox.& de dam.infe.l.iiij.§.duas.& §.de off.procõ.l.nec quicquã.§.ubi decretũ.& j.de re.iu.l. omnia.Fallit in datione tutorum fauore pupilli,ſ.eo.l.j.cũ ibi no.& quantũ ad missionẽ in possessionẽ,expediã plenius
21 in l.prox. † Quintò est mistum imperiũ minus,ut quæ iudicis officio nobili expediuntur, & summariã cognitionẽ requirũt,& ista possunt demandari, ſ. ti.ij. l. cognitio. §. ut
22 possessio bonorũ.† Sexto est mistũ imperiũ, minimum ut quæ expediuntur officio iudicis nobili,absq; causæ cognitione ut interponere auth.manumissioni & emancipationi.& ista competunt cuilibet magistratui,auth.de defen. ciui.§.nulla.& possunt demãdari,ſ.ti.ij.l.j.in prĩ.gl.ij.Q̃ aũt dixi,q̃ nõ põt demãdari imperiũ mistũ,intellige, nisi i causa absentiæ,l.j.ſ.ti.ij.& nisi in principe,q̃a ẽ solut̃ legib.Ve-
23 nio ad tertiũ,ſ.ad iurisdictionẽ.Et † quæro primò q̃d est iurisdictio, stricte sumpta? ℟.q̃ est iurisdictio q̃ſ officio iudicis mercenario expedit̃,priuatã utilitatẽ respiciẽs. Per hoc q̃ſ dico,officio iudicis mercenario, differt à mero & misto imperio,ut ex prædictis patet.Q̃ſ priuatã utilitatẽ respici-
24 at,patet,q̃a q̃libet petit iure actionis,q̃ſ sibi debeat.† Quæro quot sunt gradus iurisdictionis? ℟. sex,sicut dixi in mero & misto imperio. Quædã eñ est iurisdictio maxima, in qua uertitur res maximi prędicij,ut causę liberales & status ut ingenuitatis,& libertinitatis quæ iure actionis expediuntur,Inst. de act.§.prætudiciales.ideo dicuntur de iurisdictione,& ẽ species distincta ab aliis,quæ expediunt̃ officio iudicis,l.placet.C.de ped.iud.& quia maxima non põt delegari,& per magnos iudices debet explicari, d.l.placet. q̃ſ intellige ut ibi no.& dicã j.de pet. hær. l. ſi quis libertate.§.plane.† Secũda est iurisdictio maior,ut in casibus in q̃
25 bus ex uigore sententiæ latæ,super aliqua actione põt uenire ad cruciationẽ corporis,ut ſi qs nõ põt soluere, luat in corpus.l.quicũq;.C.de ser.fu.& j.de iniu.l.ſi quis iniuriã.Et ista puto ẽt q̃ nõ posſit delegari,quia coertio in corpus nõ
26 trãsit in iudicẽ delegatũ,ſ.l.px.dixi.† Tertia est iurisdictio

magna,ut quæ ascendit summã trecẽtorũ aureorũ, ista nõ cõpetit nisi maioribus magistratibus.auth.de defen.ciui.§. & iudicare.& ista causa nõ põt delegari, nisi ex duab⁹ causis.Primo ꝓpter absentiã.ar.ei⁹ quod dixi tibi.ſ.de mero & misto impe.Secũdo ꝓpter multas occupationes,C.deped. iud.l. placet.circa prĩ. qd' nõ esset in mero & misto impe.ut ibi dũ loquit' de his quæ expediunt' iudicis officio.Quarta est iurisdictio parua,ut illa quæ est ȷ. trecẽtos aureos d.§.& iudicare.& ista indistincte põt delegari,hæc l.in fi.Quinta ẽ iurisdictio minor.Sexta ẽ iurisdictio minima.ut illa quę cõsistit in causis centũ aureorũ, ȷ.in quib.cau.si ordo iudiciarius obseruaret,plus esset dãni ꝑ emolumẽti,& plus expẽderet,ꝑ haberet,& istæ possunt delegari, & in his summatim ꝓcedi,auth.de mã.prĩ.§.si tibi.C.de sen. ex breui. auth. nisi breues.& auth.de iudicibus.§.ne aũt.Facit de exac.tri.l. mediterraneę.& qd' ibi dixi.Vltimò scias,ꝙ qdãfaciũt aliã distin.iurisdictionis,ſ.alia uolũtaria,alia cõtẽtiosa, quæ ꝓbat' in l.ij.ſ.de off.ꝓcõ.sed in ueritate in hac materia nõ cõgruit, qa uolũtaria & cõtentiosa dicit' respectu partiũ,hos aũt tractam⁹ de iurisdictione,respectu iudicis.Alij ut Spe. ĩ hoc ti.ĩ prĩ. distinguũt iurisdictionẽ,alia ordinaria,alia delegata.Sed ista nõ ẽ bona distinctio,qa iurisdictio delegata nõ differt ab ordinaria,sed est una & eadẽ,licet exercitiũ sit diuersum,qa delegatus exercet iurisdictionẽ delegãtis, ſ.tit.ĩj.l.j.§.qui mandatam.

ADDITIO.

a *Imperiũ.Old.cõſ. x. disputat,ũtrum castrũ cũ iuribus & pertinẽtijs suis, excepto mero & misto imperio.qd cõprehendat merũ & mistũ imperiũ. Adde in materia huius l.Fel.c.ij.uer.de duplici officio.ext.de off. iud. Bap. caccialup.Alex.in quadã disputatione inci.Sigismũdus.in j.dub. ibi ponit, an aliquæ ciuitates Italiæ potuerũt præscribere merũ imperiũ cõtra imperatorẽ.Fel.c.quod sedẽ.ext.de off. ord. An dũt cõcessa simpliciter iurisdictione,cẽseatur cõcessum merũ & mistũ imperiũ.Bar.l.j.ſ.eo.Itẽ de eo qd' dictũ est,an merũ imperiũ possit præscribi,& quõ,& cuius scientia requiratur.Ias.hic.Itẽ an possit præscribi obedientia cõtra suprema potestatẽ principis,Are.l.is qui putat.de acq.hær.Item an reseruata principi præscriban tur,Fel.c.cum contingat.de foro compe.*

b *Sit No.diffinitionẽ meri imperij,tamẽ Ang.fuit hic in noua opi.uidelicet ꝙ merũ imperiũ diffinitur hic à Iuriscõ.et miratur de antiquis, qui ad hoc nõ aduerterũt.licet Ray.cont.teneat. Bal. uerò cont.quia imò expedit ponere per accusationem,cum aliud sit iudicis officium,aliud sit accusatio.Barb.*

c POMA.Quæro.Bart.l.j.ſ.de dam.inf.& cons.clxxxix.

d *Multis.An ex cõsuetudine detur imperiũ,& licet detur iurisdictio,l.uiros. C.de diuer.off.li.xij.et l.j.C.de emanci.lib.nõ tamẽ datur imperiũ.gl.auth. de defen.ciui.§. & iudicare.& an præscriptione,tnt.c.dilecto.de off. Archid.uer. sed oppones.qui eleganter dicit,præscripto iure cõdemnãdi,non uidetur præscriptũ ius absoluẽdi,licet cõtra tenẽat hic Bal.et Ang.Et an ex consuetudine detur iurisdictio priuato.Ang.l.ea lege.de legi.Bar.*

e *Maximũ.Hinc est,quod si datur ciuitas alicui,non uidetur data licẽtia condendi leges,uel statutum,secundum Ang.hic.& l. ad bestias.ȷ.de pœn.*

f *Quid.Tene mẽti consilium Ang.qui dicit ꝙ mistum transit in diuersam speciem à componentibus.Vnde si statutum loquitur de interlocutoria, & est data sententia super causa summaria,dicitur sententia mista, & non merè diffinitiua,nec merè interlocutoria.*

LEX IIII.

1 *Pronunciatio & missio in possessionem est misti imperij,sed pronunciatio misti imperij minoris,& delegatur.*
Missio in possessionem est superioris gradus,& non delegatur.
2 *Decretũ secundum.i.ꝙ res ipsa in qua fit missio in possessionem, adiudicatur misso,solum interponitur in causa damni infecti,in alijs causis non adiudicatur,sed uenditur.*
3 *Decreti primi interpositio qualiter fit misti imperij.*
4 *Bo.dare poss.est misti imperij,& quando possit delegari.*

1 dicis implorari, ut corrigatur qd per eos, quibus unus articulus causæ est cõmissus, improbè factũ est. h. d. Opp. C. de arb. l. j. Sol. gl. non potest appellari, ut ibi, sed potest iudicis officiũ implorari, per modũ cuiusdã supplicationis, ut uideat quid improbè factũ sit, ita loquitur hic. Vnde appellare non ponit propriè. Ista est secunda lec. quæ uidet probari in l. fi. ĩ. quis & à quo appel. Vide istam gl. & illa etiam satis mihi placet, & magis notabilis quã prima, per d. l. fi. ĩ.

2 quis & à quo appel. & per rationẽ. Sic enim † interlocutoria nunq transit in rem iudicatã, quò ad iudicẽ quin eam possit reuocare ĩ. de re iud. l. quod iussit. & ibi Dy. Ita illud

3 † quod factũ est ab arbitro assumpto super uno articulo, poterit reuocari ex officio iudicis, ut uí appellationis. q. d. non limitatur tempus, sicut ius appellandi, sed semper iudex ex officio suo hoc facere poterit, qd tenet menti ad mul-

4 ta. Cõmittitur † enim nonnunq notarijs, ut faciãt comparationem literarũ l. cõparationes. C. de fid. instr. uel medico, ut inspiciant qualitatẽ uulnerum, uel obstetricib. ut inspiciant uentrẽ, l. j. ff. de uent. inspi. uel mensoribus, ut metiãtur, uel aliquibus ut æstiment res. l. hac edictali. §. illud. C. de secun. nup. In omnibus istis casibus, poterit Superior a-

d diri, ut corrigat d quod per eos factũ est improbè, ut hic qd tenet menti. Tertio modo legitur, ut loquatur in iudice delegato, & sm hanc lecturam breuiter h. d. A sententia delegati approbantis uel reprobantis fideiussorẽ, potest appellari. Opp. C. de arb. l. j. Sol. ibi loquitur in arbitro, hic in iudice delegato, ita dicit gl. unde uidetis, q timore illius contrarij, sunt factæ omnes istæ lecturæ. Ad istam opp. ista expediunt causa cognita, ergo nõ possunt delegari, l. nec quicquã. §. ubi decretũ. ff. de off. proc. Huius timore gl. se multũ inuoluit, ueritas est, qd licet illud causæ cognitionẽ requirat, tñ expeditur officio iudicis mercenario, nõ enim super hoc iudex principaliter aditur, ergo põt delegari. d. §. ubi decretum. Est enim iurisdictionis, ut dixi in l. impetriũ ff. de de iur. om. iud. Opp. ad interlocutoria non appellatur, l. ij. ĩ. de app. recí. & C. quorum app. non re. l. penult. Sol. hęc est

5 talis interlocutoria, † contra cuius grauamen non potest esse consultũ per appellationẽ à diffinitiua, ut hic sentit gl. ergo potest appellari, ut d. l. ij. ĩ. de app. re. & ibi de hoc dixi. in contrarijs secus. De hoc etiam uidebitis in l. intra utile. ĩ.

6 de min. † Quæro utrùm hodie à sentẽtia arbitri possit appellari? Videtur q sic, quia oritur actio l. cum antea C. de arb. Gl. determinat cont. qd non oritur actio ante decẽ dies, & post decẽ dies sero procurat, uide istam gl. Doc. sic cõmuniter pertranseũt. sed cont. uidetur mihi, nam ante decẽ dies oritur actio si emologetur, sed appellãdo uideor approbare, ergo ante decem dies possunt appellare, l. ij. §. falsus. ĩ. rem. ra. ha. Et si instatur, si approbat, ergo non appellat, C. de re iu. l. ad solutionem. ff. approbat tanquã sententiam

latam, non tanquã bene latam, & falsus. §. d. l. Pomp. ff. de neg. gest. Io. And. ext. de off. & po. iu. dele. c. ab arbitris. li. vj.

ADDITIO.

a *Arbitro. Et respõde ad Bar. q, à sententia arbitri appellatur, quia appellatio debet fieri gradatim, sed hoc non cadit in arbitro, quia nõ habet gradũ iurisdictionis. Secundò, quia arbiter est persona priuata, & ab actu priuatorum non appellatur. l. scire oportet. in princ. de exc. tut. Tertio, quia appellans contradicit, & sic statim sententia arbitri, nõ potest habere robur, & sic cessat emologatio. Et sic respõsum est ad Bar. Quartò est lex cõsensu. de appel. ff. & l. j. ff. de arb. quia nõ sunt correcti, ergo, &c. Et an post appellationem ab interlocutoria, poterit procedi in causa principali? Certũ est q, sic. c. eum qui. de do. & cont. in vj. quod est uerum, secundũ Bal. quando est talis interlocutoria, quæ non parit præiudiciũ causæ principali, aliàs secus. Et an posit interlocutoria iustificari ex noua causa, Bald. hic Barb. Pro concord. aduerte utrũ à sententia arbitri appellare liceat? allegat Bar. tenere q, sic in l. fi. ff. de appell. recipien. Cont. tamen uoluit in hac l. arbitro & in l. j. C. de arb. & in l. nemo potest. ff. de leg. j. Si bene consideretur Bar. non contradicit, nam dicit Bar. d. l. fi. q, non appellatur, & hoc uerum. d. l. j. cum si. ubi etiã summando tex. dicit Bar. & hæc est ratio, quia à sententijs, à quibus non oritur actio, non potest appellari, d. l. j. Sed cessante ratione, ponamus q, in aliquibus casibus oriatur actio, ut uidetur in l. ij. & l. cum antè. C. de arb. ut puta, quando non est apposita pœna, uel quando non dicitur in compromisso, rato manente pacto statuto, q, compellit affines facere compromissum, & tunc potest appellari. Et ita in terminis, si bene uideatur, loquitur Bar. d. l. nemo potest, & d. l. j. & in hac l. arbitro. & in hoc nulla est contrarietas, no. tamen q, loquor in sententia arbitri, nam in sententia arbitratoris, petitur reduci, l. societatem. §. arbitrorum. ff. pro. soc. Bar. d. l. fi. circa fi. de coll.*

b POMA. Est. Pan. cons. xxij. ij. uol. & Imol. cons. cxlvij.

c *Officium. Et sic quod non potest Principaliter potest per querelam. Fran. de Are. c. dilecti. de iud. & c. proposuisti. de fo. competen. & Ang. de Are. l. ex consensu. de appell.*

d *Corrigat. Alex. c. fraternitatis. ext. de fri. & malef. & in c. proposui. de foro compe.*

LEX X.

1 *Quæ de nouo emergunt auxilio indigent nouo.*

SI AB ARBITRO. Fideiussor uidet idoneus, si ab arbitro est approbatus, nec; est reclamatũ. Idem si sponte à parte fuerit acceptatus, nisi in opia superuenerit. h.
d. No. tu inuenis ex isto fine, † q; quæ de nouo emergũt, no
1 uo indigent auxilio. Concor. sunt in gl. Quæro hic dicitur, cùm quærela potuerit proponi, quæ est ista quærela? Dicit gl. appellatio, §. l. prox. Vel dic quædã supplicatio, sm secũdam lect. positam §. l. prox. q, satis innuit, iste tex. ut §. dixi. cum dicit tex. quærela. Quæro, quis sit iudex competens? iudex causæ principalis, §. l. prox.

LEX XI.

IVLIANVS. Mutatio contingens ex parte actoris, nõ perimit satisdationẽ. Op. possessor immobiliũ non cogitur satisdare de iudicio sisti, ff. c. l. sciendum. in princ. Sed hic possidebat fundũ iste conuentus, ut tex. dicit, ergo, &c. Huius timore sunt hic duæ lect. principales. Primò, q; hic nõ loquit de cautione iud. sol. quã olim prestabat suo nomine cõuentus, sed hodie sec⁹, ut inst. de satisd. §. j. & §. sed hodie. j. de fideiuss. l. si eum hominẽ. Dic ubi dixi, & in l. si, pcurator meus. j. de procur. Et sm hoc non ob. l. sciendum. j. e. quę loquitur de cautione de iudicio sisti. Et istam lec. prosequitur gl. quasi usq; ad fin. Ibi alij. Bal. ibi tractat aliã lec. ut hic sequatur etiã de satisdatione de iudicio sisti. Assumo ergo primã, prout loquitur hic de satisdat. iud. sol. Op. j. iud. sol. l. si ante acceptũ. Sol. Ibi contingit mutatio ex parte rei, hic ex parte actoris. Hæc est uerissima solutio, sed uidere rationẽ, est difficile. Gl. hic ponit duas rationes, in illa l. cõtraria ponit duas aliàs. Illa est uera, quę tangitur hic in gl. ibi, adde & aliã, &c. quàm declara melius. Quando contingit mutatio ex parte actoris, tunc non mutatur respectu illius, quo fideiussit, semper emi promisit contẽplatione interesse domini. l. si procurator. j. si quis cau. Sed qñ cõtingit mutatio, ex parte rei, secus. Nam si fideiussissem pro defensore, non habente mandatũ, obligaui me respectu illius sententiæ, quæ ligabat ipsum defensorẽ, non dñm, superueniente mandato, sententia ligabat dñm, non fideiussorẽ, l. Plautius. j. de proc. meritò defensor nõ tenet. Alias rationes examinaui d. l. si ante acceptũ. ubi posui plenã distinctionem, quõ ex mutatione contingit liberatio fideiussoris; uel nõ. Dixi in l. cũ apud. j. iud. sol. Secundò modo legit in cautione de iudicio sisti, tũc ob. l. sciendũ. j. e. respon. Gul. q; possessor immobiliũ, non satisdat. Verum est, si est possessor aliarũ rerum memorabiliũ, sed possessor rei quæ petit, non excusat eũ à satisdatiõe. Ita loquit hęc op. Bul. aliter recitauit gl. j. eo. l. sciendũ. & ibi dicã. in vij. q. Alij dicũt q; hic conuentus nõ possidebat istũ fundũ, ita q; hoc sufficeret ad euitãdã istã satisdationẽ. Fortè em possidebat, ut creditor uel colonus, l. sciendũ. §. creditor. j. e. Et ista potest satis sustineri. Vel fortè non possidebat fundũ, sed dolo desierat possidere, ideò cõueniebat, ut §. e. l. de die. §. quidã. & ibi dixi in ult. opp. Vel petebatur fundus cũ fructibus, qui multũ excedebant, & ideò erat necessaria cautio de iudicio sisti.

LEX XI.

1 *Mutatio interueniens de mandato ad mandatum, non impedit stipulationem committi.*

2 *Ratihabitio ex parte rei, quando trahatur retro.*

3 *Procurator falsus actoris, etiã litẽ conte. nõ facit conditionẽ suam aliquam.*

4 *Mutatio est triplex, & quæ sit illa quæ satisdationẽ perimit.*

5 *Cautio de iudicio sisti, quando præstatur, per quæ uerba concipiatur.*

In stipulatione de iudicio sisti, impersonalitas ex parte promittentis non iuuat stipulationem.

6 *Promittens in iudicio sisti, si adijciat q, promittit parere mandatis curiæ, non tenetur de iudicato soluendo.*

7 *Stipulatio soluere iudicatum continet aliud quam uerba sonant.*

8 *Promittẽs de iud. sisti, in spiritualib. et criminalib. tenetur adijcere pœnam.*

9 *Promittẽs aliquẽ repræsentare in criminali, sine pœna, qualiter puniatur.*

1 IVLIANVS. Mutatio contingẽs ex parte actoris, satisdationẽ nõ perimit. † No. q; mutatio interueniẽs de nõ mandato ad mandatũ, nõ impedit stipulationẽ cõmitti, ut in gl. pono casum. hæc gl. habet duas partes principales, quia in prima parte prosequit lecturã Io. & Azo. dicentiũ, q; ista lex loquit in satisdatione iudic. sol. & istam partẽ gl. prosequit usq; ad uer. alij ut Bul. qui uer. est, ppè si. gl. ibi est alia pars, in qua gl. legit legẽ istam sm lec. Bul. etiã in satisdatione de iudicio sisti. & istæ lec. sic uariãt timore l. sciendũ. j. eo. qđ cont. uenit non ad id qđ in hac l. determinat, sed ad id qđ præsupponit, quia hic præsupponit, q; possessor fundi debeat satisdare. at lex illa dicit cõt. ideò Io. & Azo dixerunt, q; illa lex loquit de satisdatione de iudicio sisti, hic in satisdatione de iudicato soluendo, sed Bulg. dicit quòd possessor rei immobilis, quę non petitur, non habet necesse satisdare de iudicio sisti, ut ibi, sed si rei tantùm petite sic, ut hic. Vel hic nõ dicit de possessore, sed de mero detentore, qui nõ euitat satisdat. Vel hic spõtè fuit cautũ §. cl. de die. §. quidã. & ibi no. q; illa tertia rñsio est ext. gl. & sic est expedita secunda pars. gl. Sed redeundo ad primã partem q; hic loquat de satisdatione de iud. sol. istud uidet de iure digestorum. Pro gl. facit j. man. l. si remunerandi. §. Maurus. Sed Fran. accur. tenet contra gl. q; etiã de iure digestorum, suo nomine conuentus, non tenebant satisdare, j. de pro. l. sed & hæ. §. defendere. & j. ex qui. cau. in pos. eat. l. hæc autẽ si fi. & j. ti. j. l. si cũ uno. Ideò ipse dicit, q; ista satisdatio fuit præstita à, pcuratore rei, non ab ipso reo, uel fuit præstita ex uoluntate, nõ ex necessitate. Sequitur in gl. sed cũ conditione tento themate, q; ista loquat in satisdatione iud. sol. op. gl. l. si ante acceptũ. j. de iud. sol. ibi dicitur, q; si casu, persona conditio est mutata, q; satisdatio non cõmittitur. j. qui mo. pig. uel hyp. sol. l. j. in fi. Sol. ibi loquit qñ mutatio interuenit ex parte rei, hic uerò qñ ex parte actoris. qa ibi ex parte uel propriè est mutatio, & alteratio de statu ad statũ, cũ & sine mãdato, & cũ mandato admittit defensor. Vnde nouus status superueniẽs, nõ operat, nisi ex tũc, ideò ratihabitio trahit retro, l. iij. §. qui fideicõmissariã. j. de hær. inst. sed ex parte actoris, quia falsus, pcurator q, non deduxit rem in iudicio, non põt dici q; falsum dicat esse in aliquo statu, ideò

ideò ratihabitio trahitur retro, & reddit conditionẽ procuratoris uniformẽ tẽpore acceptæ satisdationis, & post, unde ratione istius satisdationis, fictione non uidetur status alteratus, sed semper idem fuisse, ideò committitur stipulatio. Ecce ergo secundũ Io. ratihabitio non trahitur retrò ex parte rei, sed ex parte actoris sic. quia trahi retro ẽ per fictionem, quã ius inuenit in probanda efficacia actuum. retro inefficacium, ita est in procuratore actoris, sed in procuratore rei, fuit retro efficax. Item quia ratihabitio ualet etiam in his quæ pendẽt ex cõsensu ratificãtis, Inn. ext. de off. del. c. prudẽtiã. Sed defensionis ptãs nõ depẽdet à domino, cũ inuitus possit defendi, j. de sol. l. solutionẽ. Itẽ ꝑia debet operari quodlibet, f. in suo effectu ad quẽ, & prout ad ipsum ordinatur, adeò q; qui non põt ꝑhibere, nec ꝑmittere, j. de acq. hær. l. is põt. Sed mera defensio nõ põt ꝑhiberi, ergo ꝑmissio nihil operat, fm gl. & fuit de mẽte gl. Itẽ est alia ratio differentiæ, fm gl. inter actorẽ & reũ, quia ex parte actoris, nihil est qđ impediat cõmitti stipulationẽ, sed ex parte rei sic, prædicta mutatione interueniẽte, nõ est reperire ex qua parte uel culpa, possit stipulatio cõmitti, qđ declara ut in gl. Sed ꝑ primã rationẽ gl. opp. q; si mutatio status hoc operat in ꝑcuratore rei, ergo idẽ in eo qui ueniebat nomine actoris, si erat talis qui nõ poterat ꝑhiberi, qđ est qñq;. Nã & in isto, põt status mutari. Sed respõ. secundũ gl. cõcedendo in casu isto, q; idẽ est ex parte actoris, quod rei. Itẽ ꝑ primã rationẽ obst. quia lit. cõte. etiã in fallo ꝑcuratore, uidet qđ aliqua sit eius cõditio effecta, cũ lit. cõtest. efficiat, quasi dñs instantiæ. ergo in procuratore etiã actoris post li. cõte. dicendũ est, q; impedit stipulationem cõmitti mutatio status, sed respõ. cõcedendo hoc esse uerũ post lit. conte. fm Azo. Recitata est ista gl. dicit tria, primò † q; ratihabitio ex
2 parte rei, nõ trahitur retro, & in hoc dicit malè, simpliciter loquendo. Nã cũ defensor nomine rei defendat, reus suo nomine potest habere ratũ, & debet ista ratihabitio trahi retro, j. de pig. l. si fundus. §. j. quia cõsensus ratificantis, dirigitur in tempus retro, d. §. j. Secundo, hoc est ꝑ l. j. de exec. reiu. & l. si mater. §. hoc iure. Tertio istud est ꝑ reg. j. de iud. l. licet. Et ideò, domini, dicatis, quod gl. l. si ante acceptum. in fi. j. iud. sol. cautius est locuta. Ibi enim dicitur, q; ratihabitio non trahitur retro. Quantùm ad satisdationem uidentur considerandum, q; aut nos quærimus, utrùm ista ratihabitio ex parte rei retro trahatur, quãtùm ad efficaciã ꝓcessus, in præiudiciũ ratificãtis, & dico q; sic. eo. mõ in eius cõmodum. Sic loquitur l. licet. & §. hoc iure. aut loquimur, quantùm ad uim stipulationis, & tũc cõsidera, q; in satisdãdo defensor nõ assumit personã dñi, sed ꝑpriã, & se principaliter obligat. ideò in hoc est dñs, & ratihabitio domini litis, nõ pertinet ad hoc principaliter. quia iste actus satisdationis tã respicit dñm, l. sed & hæ. §. defendere. j. de pc. & cotit. l. in causæ. in fi. Quantũ est aũt in ꝓcedẽdo, simplex uel nõ simplex defensor, assumit personã diu litis, & in eiꝰ personã cõfert defensionẽ, ideò hoc respectu dñs ratificat, qa nõ ualet ꝓcessus respectu dñi. Nõ tñ hoc est ita ex parte actoris, qa licet ꝑcurator satisdans, conferat hoc in se ꝑptio nomine, tamen procurator satis accipientis, non confert hoc in se ut in se procuratorio nomine domini, ideò si dominus habet ratum, confirmatur, quia eius nomine satis accipitur, j. iud. sol. l. iij. Sed tũc instatur, si ratihabitio ex parte rei, non pertinet ad satisdationem & ad processum quare impedit satisdationẽ cõmitti ⁊c. quia talis satisdatio nõ interponitur principaliter, ꝑpter se, sed respectu iudicij, & modi agẽdi, seu defendendi. Et si in procedẽdo interuenit mutatio de uno respectu ad aliũ respectũ, nõ cõmittitur stipulatio, quia iã nõ extitit eius cõditio, quæ est implẽda in forma, j. iu. sol. cũ quærebat. §. fi. Applicãdo ad propositũ, qui satisdat ut simplex defensor, satisdat ut is cõtra quẽ ꝓceditur, & non habẽs repræsentationẽ alterius personæ, qa non repræsentat personam domini, cùm non habeat mandatũ. Statim uerò cùm habet mandatũ, defendit, ut persona repræsentata, ita q; ipse dominus ꝓ se uidet defendere. Ergo sicut si dñs defenderet per se, non cõmittit hæc stipulatio contra illum qui comparuit, ut defensor, & hoc ꝑpter mutationem personæ, sicut nec nunc, quia mandatũ mutat personam. inducendo nouã personam repræsentatam. Hoc casu intelligo uerũ, si satisdedit ut defensor simplex. Secus si ut procurator, licet nõ esset, nã tũc nihil mutatur, tali habitione secuta, habendo respectũ ad intentionẽ ꝭ̃tentium, & ideò fm respectũ, & intentionẽ eorum committitur stipulatio, quia respectus, quem habuerunt in contrahendo, non est mutatus, sed ualidus. Ita credo, q; in hoc assentit Ia. Bu. q; si lis erat contestata cũ defensore, q; superueniẽs mandatum postea non impedit cõmissionem stipulationis, quia non cogitur actor cum eo, ut cũ procuratore ꝓcedere, licet sit procurator, sed ut cũ defensore, & sic eo respectu per contestationẽ factus est dominus litis, unde inuito actore, mutatio nõ põt fieri. Hoc innuit l. si ante acceptũ. in
3 fi. uers. acceperit. † Ex prædictis apparet, q; limitatio quam gl. ponit circa legẽ nostrã de procuratore actoris, est falsa, maximè in eo q; dicit, q; falsus procurator actoris, facit suã conditionẽ esse aliquã li. conte. q. d. q; efficitur dñs litis; ꝑpter conte. li. q; est falsum, qa tũc exceptio falsi procuratoris nõ posset post li. cõte. obijci, ex quo haberet ius quæsitũ per cõte. lit. q; est ꝑ l. licet. C. de proc. Et scias q. l. in causæ. §. fi ex parte. j. de proc. loquitur in uero procuratore, ab initio, & sic nõ facit ad legẽ nostrã. & l. si cũ hominẽ. j. de fideiuss. loqtur, qñ est mutatio circa personã domini, nõ ꝑcuratoris.
4 Collige fm Gul. & Ia. Bu. † q; triplex põt esse mutatio. Aut enim mutatur res causa agendi, uel actio, & habet locum j. iud. sol. l. cùm quærebat. in fi. Aut iudex mutatur, idest, nõ aditur illo respectu, cuius stipulatio fuit interposita, & tũc habet locũ j. iud. sol. l. iij. in fi. Aut mutatur iudex in appellationis articulo, tunc aut appellat satisdans, & nõ prodest ei, quin teneatur, aut satisdationẽ accipiens, & tũc prodest ut j. iud. sol. l. cùm apud Semproniũ. Hoc nõ placet Iac. But. ideò dico, q; aut sententia prima cõfirmatur per iudicẽ appellationis, aut ex dispositione legis per desertionẽ, & tenetur fideiussor. Aut nõ cõfirmatur, sed infirmat uel alio modo disponit, ita q; exprima sententia, nõ põt fieri executio, & non tenet fideiussor, & ita intelligit d. l. cùm apud Sin autẽ mutatur persona, loquitur tex. qui. mo. pi. uel hyp. so. l. j. in fi. Et illud qñ est mutatio in ueritate, & cessat fictio identitatis personæ. sed quando persona fingitur eadem cum prima loquitur j. de fideiuss. l. si eum hominem. Sin autem mutatur persona, tũc loquitur l. fina autem. j. iud. sol. in fi. fin autẽ nihil mutat, sed aditur is q; mãdatum nõ habet, & tũc loquit lex nostra, qa lex nostra tractat de satisd. iudic. sol. sm uerã lec. & de iudicio sisti, fm aliã. Quærit an hęc lex, habeat locum in actore? Dicit Cy. q; non, q; iure isto non caucbat actor, sed reus. Non allegat aliquid, sed ego allego l. not. j. de dolo. l. si oleum. Hodie uerò satisdat actor de lite prosequenda, C. de epis. & cler. auth. generaliter. & C. de lit. conte.
5 auth. libellũ. Quæro, uolo cauere † de iudicio sisti, quæ uerba debeãt inuenire? Veritas est, q; duobus modis fit. Vno modo ꝑsonaliter promittendo de iudicio sisti, & loquor de fideiussore, nam in eo qui de se promisit, certum est. Et si dicatur, quõ ualet, cùm sit ꝑsonalitas ex parte ꝑmittẽtis ⁊c. speciale est in istis stipulationib. ut promittẽs ꝑsonaliter fingat, ꝑmisisse se facturũ & curaturũ, Inst. de inut. stip. §. si quis alium. & j. de uer. ob. l. quoties quis. & j. iud. sol. l. si reus. Nõ ob. j. de uer. ob. l. stipulatio ista. §. sicut. & C. de const. pe. auth. si qñ. quia speciale est in huiusmodi stipulationib. prætorijs, & iudiciarijs. Sin autẽ, q; ꝑmitteret factũ ꝓpriũ scilicet se facturũ, & curaturũ, tunc ualet sine dubio. Aut factũ rei principalis, & tũc nullo mõ. Et in hoc nõ est aliud in istis stipulationib. prætorijs, quã in alijs stipulationib. l. stipulatio ista. in pri. j. de ꝟ. ob. & l. inter stipu-
6 lantẽ. in prin. co. tit. fm Cy. Itẽ quæro, † ego tanquã fideiussor, ꝑmisi de iudicio sisti, & adieci q; ꝑmisi parere mãdatis curiæ, nũquid ꝓ hoc tenebor de iud. sol. Et determinat Cy. q; nõ. Hoc indubitanter credo uerũ in exemplo præmisso, quia intelligo, quòd fit stipulatio, f. de standoiuri in iudi-
7 cio, ar. j. de uer. ob. l. quicquid. & j. de usur. l. stipulatus. † Quæro, quia stipulatio iudicatũ solui continet tres clausulas, tanq; connexas & inseparabiles, quid dicẽdum de ista

stipulatione, soluere iudicatum? Ia. de Ra. dicit, q̃ non cõtinet nisi quod uerbũ sonat. Cont. Cy. per l.ij.§.incertam. de
8 præt.stip. † Iuxta hoc quæro, an qui promittit de iudicio sisti, teneatur pœnam adijcere in casib. in quib. nõ uersatur interesse pecuniarum, uidelicet ut in spiritualib. uel criminalib. Et determinat q̃ sic, ꝙ rẽ rat. hab. l. procurator, ad exhi
9 bẽdũ. §.ij. adde quod dixi. ſ. co. l.ij. † Itẽ quæro, promisi aliquem sine adiectione pœnę repræsentare in causa criminali, quomodo puniar si eum non repræsentoꝛ. & si sum in dolo, sine dubio posſum multari extra ordinem, etiã per uiam incarcerationis, & corporis coertionis, secus autẽ si sine culpa. Nam tunc alio modo debeo extra ordinẽ puniri, ſ. de cust. reo. l. si quis reum. Iac. de Ra. dicebat, q̃ in causa criminali fideiussor potest se obligare ad corporalem similem pœnam cum principali. hoc reprobat Pe. & Cy. per l. liber homo. ſ. ad l. Aqu. ita dicit hic Cy. & in l. ad cõmentariensem. C. de cust. reo. de hoc tangit gl. ſ. c. l.ij. in fi. de hoc ẽ tex. & gl. xxiij. q. v. c. cũ homo. super uer. supplicium.

LEX XII.

1 *Cautio præstari debet, pro relictis in ultima uoluntate ante diem uel conditionem debitis, ex alia causa non.*
2 *Oratio uniuersalis, recipit limitationem.*

INTER Omnes. Pro debito sub conditione ex ultima uolũtate, indistinctẽ cauetur, aliàs, non nisi causa cognita. h. d. Primò loquitur in relicto in ultima uolũtate, secundò in debito ex alia causa, tertiò redit ad primũ. Secunda
1 ibi, & plerunq̃. Tertia in l. seq. incip. ibi, sed si plures. No. † q̃ pro relictis in ultima uoluntate ante diem, uel conditionem, indistinctè debet præstari cautio, ut hic, & ſ. ut le. no. c 1. per totũ. Secundo no. q̃ pro debitis ex alia causa, nõ debet caueri, nisi ex causa ut hic in tex. ſ. de priui. cre. l. ſi creditores. Ita debet intelligi l. in omnib. ſ. de iud. & ibi dicetur. Opp. dicitur inter omnes. Cont. multi fuerunt Iurisconſ. q̃ de hoc nõ tractauerunt. Sol. expone omnes, scilicet de hoc interrogati. uide gl. no. q̃ si in reformatione dicat, placuit omnib. de consilio. uel in aliquo instrumẽto, de uolũtate omniũ de capitulo, intelligit omniũ, scilicet præsentiũ. Et
2 † sic oratio uniuersalis recipit limitationẽ, de quo plenissimè dixi ſ. de no. ope. nun. l. ſ. §. nunciatio. ubi hoc tãgit Iac. de Are. Secũdò opp. q̃ ante conditionẽ existentẽ, nõ potest aditi hæreditas, & sic nec posſideri, ſ. de acq. hær. l. sed & si de sua. Sol. Intellige, q̃ hic posſidebat ex bo. posſ. fm tab. ſ. de bo. posſ. fm tab. l.ij. §. ſi sub conditione. Vel dic, q̃ hic fuit datus curator bonis, ſ. de hær. inst. l. ſi quis instituatur. in princ. Vel dic q̃ sic, aliàs de facto posſidebat. Op. ſ. de præt. stip. l. Paulus no. q̃. dicit gl. q̃ ibi prętor dederat bo. posſ. hic non. Hæc non est uera, per ea quæ dixi in præcedenti contrario, & dicitur in præcedenti gl. Dic ergo, q̃ hic non cogitur cauere in diem longiorem, hoc est, ut cautio committatur, siue existat conditio, siue non.

LEX XIIII.

FILIVS FA. Pater pro filio uel eocũtrã, non est idoneus fideiussor aliàs defensor sine satisdatione. h. d. Opp. q̃ hæc lex sit hic incongruè situata, cùm nõ tractat de satisdatione iudicio sisti, sed iud. Sol. Dic. q̃ in satisdatione iudicatum soluí, continet clausula de defendendo, quæ pertinet ad istam de iudicio sisti. Aduerte, certè lõga est differentia, nam illa clausula de defendendo transit ad hære-
a des. [a] l. iam tamen. ſ. pe. ſ. iud. sol. Secus in stipulatione de iudicio sisti. ſ. eo. l. ſi decesserit. Vnde in prima defendi potest per alium, sed in secunda de sisti in iudicio non, cùm factũ personæ requiratur, d. l. ſi decesserit. Quare ergo hic fuit posita hæc lex? quia sic placuit, cùm tractaretur de satisdatione, & de hac alia, ſ. l. prox. Opp. q̃ pater non teneatur satisdare, l. fi. §. defensionem. C. de adm. tu. Gl. dat multas sol. quarum aliquę sunt ueræ in se, tamen cõtinent diuinationem. Dicit enim q̃ hic filius erat emancipatus, uel agebat de castrensi peculio. Tu dic, ut ibi no. & in l. ſi. §. ubi aũt. C. de bo. quæ lib. Hoc modo, aut loquimur in casibus, in quibus pater non est legitimus administrator, & cogitur satisdare, ut hic prout loquitur in filio emancipato, & de castrẽ si peculio, fm gl. Aut in his casibus in quibus est legitimus administrator, & tunc aut defenditur ut legitimus administrator, & non cogitur satisdare, l. fi. §. ubi autem. de bo. quæ lib. & l. fi. §. defensionem. C. de adm. tut. Aut ut quilibet extraneus, & tenetur satisdare, ut hic, & l. fi. §. ubi. cum sua gl. de bo. quæ lib.

ADDITIO.

a *Hæredes. Quid de clausula, per te non fieri. no. l. stipulatio ista. de uer. ob. & Ang. hic, q̃ ueniens ad plenam defensionem, tenetur satisdare, nisi per dominum releuetur, quia tunc non satisfat. gl. l. in eo. §. ſ. ſ. de reg. iur. Ang. auth. de exhi. reis. prope fi. ubi innuit, q̃ licet quis posſideat immobilia, si tamen fuit contumax, debet satisdare de iudicio sisti, uide omnino, & quid si præcesſit contumacia, uide l. de die. §. planè. ſ. e. & Bal. hic, & quid si bona non sunt in loco iudicij, sed in loco remoto? dic quòd non releuatur. gl. l. ſi. C. de prim. ag. in re. li. xij. secũdũ Bal. hic, et in l. ſi. ſi cer. pe. et ibi Ang. Barb.*

LEX XV.

1 *Reformationes & statuta inuicem determinantur.*
2 *Clausula non obstante, posita in reformatione noua, non impedit determinationem quæ fieret per illa statuta.*
3 *Lex ista intelligitur de satisdatione de iudicio sisti.*
Sermones intelliguntur secundum subiectam materiam.
4 *Posſidens immobilia non tenetur satisdare, quia cessat præsumptio fugę.*
5 *Posſidens multa bona mobilia, quæ de facili occultari non posſunt, non tenetur satisdare.*
6 *Posſidens & non satisfaciens, non tenetur iurare, & ita seruat consuetudo.*
7 *Posſidens immobilia, non obligat sua bona de consuetudine.*
8 *Posſidens modicam rem, & uilem, non cuitat satisdationem pro quantitate magna.*
9 *Posſidens rem super qua litigatur, tenetur satisdare quantùm ad actorem, non quò ad alios.*
10 *Conuentus, qui habet annuos reditus super re immobili, non tenetur satisdare.*
11 *Posſidens rẽ immobilem bona fide, euitat satisdationem, secus si mala fide.*
12 *Filius tenetur satisdare, etiam si habet patrem immobilia posſidentem.*
13 *Immobilia qui non posſidet, non est idoneus fideiussor, nisi sit coniuncta persona.*

a SCIENDVM. [2] Iurisconſ. in hoc principio ponit unam reg. negatiuam, quam posteà exponit. Secunda incipit ibi, posſessor autem. legamus per partes, & expediamus istud principium, quòd satis breue est in se. Opp. & uidetur quòd indistinctè satisdetur. C. de lit. cont. auth. offeratur. Sol. ista est noua lex, & licet indistinctè loquatur, distinguitur per istam antiquam. l. nam & posteriores, ſ. de
1 legi. Et ita dicit gl. & bene, quod no. † pro reformationibus
b & statutis, ut inuicem determinentur, [b] de quo dic, ut dixi in l. omnes populi. ſ. de iust. & iur. Circa interpretatio-
2 nem restrictiuam. † Quæro [c] quid si in reformatione de no-
c uo facta, contineatur clausula, aliquo non obstãte, utrùm per hoc impediatur determinatio, quæ deberet fieri per alia statuta antiqua: Tex. est in gl. in auth. de hęr. ab intest. in gl. uacantib. in prin. quæ dicit, quòd hoc uer. tàlem determinationem non impedit. Aliàs fortè dicemus latius. Secundò opp. ſ. de incen. rui. nau. l. ne quid. ſ. à domino. So. ibi speciale. Ita dicit hic gl. in fi. & ista est uera. Loquitur enim
3 expressè ibi, de satisdatione de iudicio sisti, ut ibi patet. †
d Quæro de qua satisdatione [d] loquatur hic, gl. intelligit de satisdatione de iudicio sisti, & bene, & sic sermones intelli-
4 gantur fm subiectam materiam, l. ſi uno. ſ. loc. † Quęro ext. gl. quæ est ratio, q̃ posſessor immobilium non cogitur satisdare? Dicunt quidam, quia per posſessionem rerum immobilium est satis cautum actori, & hoc sentit gl. circa fi. Hoc etiam uidetur dicere Gul. sed Pet. hoc nõ placet. Nam uideo q̃ mulier quantùm ad euitandum satisdationem, uidetur posſidere fundum dotalem, tamen per hoc agenti nullo modo ẽ cautũ. Prætereà dicit ſ. ea. l. §. si fundũ. q̃ nõ debet inspici, qd' fũd' põt euinci ergo, apparet, q̃ p hoc nõ ẽ cautũ actori, si posſit euinci. Dicit ergo ipse, q̃ ratio ẽ, qa re' præsumit fugere, l. ꝑ erandũ. §. fin autẽ reus. de iud. Per posſessionẽ ergo immobiliũ, cessat præsumptio fugæ, ideò nõ debet dare hãc satisdationẽ, ſ. in ius. uo. ut eãt, aut satisf. l. j. &

l. j. & ij. qd' ibi per gl. nã cogitur quis admittere in fideiussorẽ coniunctã personã, nõ idoneã, quia cessat præsumptio
13 fugæ, ut ibi dicitur. & Cy. C. uti posſ. l. j. in ij. opp. q̃ satis placet. † Ex hoc sequitur [e], q̃ si est aliquis qui nõ posſideat im-
e mobilia, tamẽ posſidet multa mobilia, talia quæ de facili occultari, uel moueri non posſunt, ut puta, magnas uegetes, & magnã apothecã habet in platea, ita q̃ nõ esset præsumptio q̃ recederet, tũc nõ cogit satisdare, fm Pet. Gul. Fa-
6 cit ſ. de uino tri. & oleo. le. l. iij. & l. uinũ. Quærit gl. † an isti q posſident, & nõ satisdant, saltẽ cogant iurare? Gl. dicit q̃ sic, C. de prin. agẽ. in re. l. fi. de prox. sacr. scri. l. in sacris. & de dig. l. quoties. li. xij. q̃ nõ placet Odo. nec etiã Rich. Ma. nã ibi excusabatur à satisdatione ratione priuilegij, hic aũt de iure cõmuni, excusaꝛ rõne posſessionis immobiliũ, & istã opi. seruat consuetudo. Pro gl. tñ multũ facit tex. in l. fi. C. de prin. agen. in re. ubi dicit, q̃ ꝑ fideiuſſ. est iuratoria cautio, & subſtãtia sua, & sic innuit q̃ aliquid posſidebat. Sed doc. resp. q̃ ibi debẽt referri singula singulis, ſ. iuratoria cautio, qñ non posſidet immobilia, subſtantia sua, ſ. qñ posſidet.
7 † Quæro an iste qui posſidet immobilia, saltẽ debeat obligare bona sua ꝑ defẽsionẽ? sic. l. fi. §. defensionẽ. C. de adm. tut. ubi tutor obligat bona sua ꝑ defensione pupilli. l. filio. ſ. ut in posſ. leg. Et istud fortè esset de iure, licet de cõsuetudine nõ sit. Per hoc ẽt apparet, q̃ saltẽ nuda cautione debet ꝑ mittere de iudicio sisti, & hoc est q̃ uoluit dicere de rub. nostra, qui satisf. cog. uel iuramẽto ꝑmittant, uel suæ ꝑmissi-
8 ni cõmittant. Quærit gl. † an ꝑ uili cespite terræ, euitat satisdationẽ ꝑ magna quãtitate? Bul. tenebat q̃ nõ. a. l. ſi creditores. ſ. de pri. cre. Et istã l. intelligebat, q̃ posſessor euitat satisdationẽ, quãdo cõuenitur nomine ipsius rei quã posſidebat, gl. l. Iulianus. circa fi. ſ. eo. dicit q̃ Bal. dicebat totũ cõt. scilicet q̃ pro re, quia quis cõuenit, illius rei posſessio nõ prodest ad euitandã satisdationẽ. Certè quantùm ad quæstionẽ principalẽ, dicit uerũ Bul. q̃ posſessio modicæ rei, non sufficit ad euitandũ satisdationẽ, quia per hoc non est actori cautũ. Item per hoc nõ cessat præsumptio fugæ, &
9 hoc tenet prima gl. fm Io. Sed in † hoc articulo, an posſessio ipsius rei, super qua litigat, sufficiat ad euitandã satisdationẽ, uidet' q̃ nõ, ut ſ. eo. l. de die. §. quidã. ſ. eo. l. Iul. Cõt. ſ. ea. l. §. si fundũ. Super hoc fuerũt addita aliqua uerba ad gl. quæ uerba sunt corrupte scripta, nec uidentur habere intellectum, nam si hæc est ratio, non uidetur bona, quia creditor uel usufructuarius dicitur locupletari, cùm aliàs sit locupletissimus, quæ uerba sic scripta nõ uidentur habere intellectum. Voluit dicere, q̃ hoc est uerum, q̃ pro re, quã qs posſidet, & pro qua conuenit, non debet satisdare, quare ergo creditor & usufructuarius nõ debẽt euitare istam satisdationem, cùm etiam ipsi conueniant pro eo q̃ posſidet, & eo respectu quo posſidet, sed ipsi nõ euitant, ſ. ea. l. §. itẽ qui solã. & §. creditor. ergo ista nõ est bona ratio, q̃ ꝑ posſessionẽ, ꝑ quã cõuenitur euitet. Dicendũ est ergo fm Pet. q̃ quãtùm ad illũ qui agit pro illa re, nõ sit sufficiẽs ad releuãdũ, d. l. Iul. & ſ. l. de die. §. j, sed quãtùm ad alios, sic, ſ. ea. l. §. si fun-
10 dũ. † Quæro quid si iste [f] cõuẽtus habeat annuos reditus,
f an euitabit satisdationẽ? Dicũt doc. aut illi annui reditus [g]
g sunt super re immobili, & euitat satisdationem: l. iubemus. C. de sac. san. eccl. Aut aliàs debentur actione
* *Secus. Imp. tamẽ annuos reditus, indistinctè inter immobilia cõnumerare uisus ẽ: §. uult. auth. de non alie. I. Con. B.*
11 pſonali simpliciter, & tũc secus, * l. fi. ſ. de cõst. pec. & l. fi. de cõt. emp. † Quæro quid si aliqs posſideat abs q̃ aliquo iusto titulo? Certè Ia. de Ra. dicit q̃ ad euitandã satisdationẽ, req̃ritur q̃ posſideat aliquo iure directi uel utilis dominij, ſ. prox. §. Idẽ si posſideret bona fide, & sic putaret se dominũ, quia cessaret præsumptio fugæ. l. apud antiquos. C. de fur. Sed si mala fide, tũc sec', ut dicit in fructuario ere-
12 ditore. ſ. tatim. Quæro, † quid si ille, q̃ est cõuentus, nõ posſidet, sed pater eius posſidet? Dicit Pet. q̃ euitabit satisdationẽ, quia cessat præsumptio fugæ, propterea loco domini habeꝛ. l. in suis. ſ. de lib. & posth. Gul. dicit cõt. quia multa posſunt accidere, ne succesſio patris pertineat ad filiũ, ar. l. naturalem. §. j. ſ. de acq. re. do. Prætereà ista spes succesſionis, nõ debet attẽdi. l. post emãcipationẽ. §. j.
13 ſ. de lib. leg. † Quæro, utrũ sit idoneus fideiussor ille, qui nõ posſidet non, gl. auth. de exhib. re. §. suscepto. Fallit in coniunctis personis, ut ſ. in ius uoc. ut eant. l. j. & ij.

ADDITIO.

a *P. PAV. P. Sciendum. istam reg. q̃ non posſidens immobilia, teneatur satisfacere, limita. Alex. l. si bona. §. si quis. ff. de dam. infec. item non procedit in illustrib. l. quoties. & ibi Bar. C. de dig. lib. xij. uide ſ. in rub.*
b *Determinentur. Alex. conſ. ccccl xix. ccccc xcj. Franc. conſ. cxliij.*
c *POMA. Quæro. Alex. conſ. cxlj. ij. uol. Pan. conſ. xxiiij. ij. uol.*
d *P. PAV P. Satisfatione. Alex. conſ. clx. uol. v.*
e *POMA. Sequitur. Alex. l. facere. ff. sol. mat.*
f *P. PAV. P. Iste. Quid aũt in habente plures debitores, Alex. conſ. lxxxvij. in ij. uol. Item de annuis reditib. Are. conſ. x. & ibi quõ inter immobilia cõputentur, & Bar. l. mouentium. de uer. sig. Fel. conqueſtus. ad fi. de foro cõpetdum ponit, an pro eis competat interdictum recuperandæ. & Soc. in tract. oblat. in viij. li. vj. quæstio. (xlij. Ro. conſ. clxxxvij.*
g *Reditus. Adde q̃ annui reditus, computantur inter immobilia. Frid. conſ.*
1 *Posſidens immobilia in territorio propinquo loci ubi conuenitur, non satisfaciat, & ibi poteſt faciliter conueniri.*

§. POSSESSOR. Hic incipit exponere uerba illius edicti uulgaris positi, ſ. prox. Quæro, qd si posſideat immobilia in territorio alteri' ciuitatis, uidet' q̃ nõ sufficiat.
1 Dicit emẽ, in agro, uel in ciuitate. Doc. dicũt † q̃ ista posſessio cedat loco satisdatiõis, & ideò sicut sufficeret ex cã dare satisdationẽ ex puincia, ꝑpinqua, ita sufficiat posſidere immobilia, in aliquo loco, ꝑpinquo. Qd' intelligo si ꝑ illã posſeſſ. est actori cõsultũ, qa ibi põt reus faciliter cõueniri. Secus si esset ibi reus multùm potens, ſ. c. l. ij. in prin. Sin aũt esset locus multùm longinquus, tunc talis posſessio nõ releuaret, ar. C. de fideiuſſ. auth. præsente. & auth. e. t. i. in gl. præsentes.
1 *Posſidens fundum mala fide, non releuatur ab onere satisfandi.*

§. SED ET. No. q̃ ad hoc ut posſessor dicatur, requiritur ut posſideat iure directiuel utilis dominij. Secus si neu-
1 trũ istorũ est, ut puta, qa fructuarius. Et per hoc † dicũt doc. q̃ si aliquis posſideat fundũ mala fide, q̃ talis posſessio, nõ releuat cũ ab onere satisdãdi, ꝑ hũc §. præterea cùm sciat rẽ alienã esse de facili cã dimitteret, & sic nõ cessat præsumptio fugæ. Sed si posſideret bona fide, quia se dominũ putaret. l. apud antiquos. C. de fur. tunc releuaret à satisdatione, cessat enim tũc suspicio fugæ. Ita dicũt doc. cõmuniter.

§. CREDITOR. Opp. quòd iste rex uidetur sibi contra dicere. So. ut gl. & no. eam.

1 *Mulier habens fundum dotalem, non tenetur satisdare.*
2 *Posſessor non dicitur, qui habet actionem personalem ad rem immobilem, uel rei uendicationem.*

§. SI FVNDVS. Opp. & uidet' q̃ mulier nõ posſideat, ut l. Pomponius. §. in dotẽ. de acqui. pos. Sol. Fateor q̃
1 uir sol' posſidet, † tñ mulier habet', ꝑ posſessore, quò ad euitãdã satisdationẽ, qa cessat præsumptio fugæ, ex eo qa habet fundũ dotalẽ in loco. Op. ſ. eo. l. de die. §. quidã. Sol. Ibi litigabat de ipso fundo dotali unde eius posſessio ad satisdationẽ nõ releuat, hic litigabat super alio. Istã opi. tenet Pe. & ego dixi uobis. ſ. ea. l. in prĩ. Gl. nostrę nõ tenuitũr hoc, imò dicũt, q̃ in ꝓrio fuit sponte satisdatũ. Põt aliter sol
2 ui, ut ibi dixi. Vltimò tene † [a] mẽti, q̃ qui habet actionẽ ꝑsonalẽ ad rẽ immobilẽ, nõ dicit' posſessor rei immobilis. Itẽ si habet rei uendicationem, ut gl. dicit, super uer. personalẽ.

ADDITIO.

a *POMA. Tene. Adde q̃ eodem modo promittens actione personali, tenetur ad interesſe. Ang. conſ. clxxxix.*

§. TVTORES. Op. executio ſnię nõ fit in tutore. l. iiij. in prĩ. ſ. de re iu. ergo posſessio tutoris, nõ releuat pupillũ. So. quicquid dicat gl. hic loquitur de satisdatione iudicio sisti, quæ extinguitur lata sentẽtia. l. Græcè. §. & post litẽ. ſ. de fideiuſ. & no. ſ. eo. l. ij. §. fi. sed in iudicio, tutor ipse habet sistere, ergo eius posſessio sufficit, Cessat enim præsumptio fugæ. De executione sententiæ hic non tractatur, sed si loqueremur de satisdatione iudicatum soluí, eo casu quo pupill' eã debet præstare, nõ sufficit posſessio tutoris, cũ in

eum

eũ non fiat executio,ut dictum est. Quæro utrũ distinctio huius legis,si possideat immobilia uel nõ,habet locũ in satisdatione iudicatũ soluiꝰGl.dicit ꝙ nõ,cùm indistinctè ille,qui aliũ defendit,habet satisdare,C.de satisd.l. j. & uidebitis in l.nõ solũ.§.qui alieno.ff.de proc. Quæro quid si tutor[a] conuenitur nomine proprio,an possessio pupilli sufficiat:Dicit gl.ꝙ nõ,& bene.Itẽ quærit gl.qd si possideat unꝰ de tutoribꝫ.nõ ille ꝙ cõueniturꝰDicit gl.ꝙ non sufficeret.

ADDITIO.

a *Tutor.l.post mortẽ quãdo ex fac.tu.ac.l.procuratorẽ qui.ff.de procu.Imo.c.ꝙ quibusdam.de fideiuſ.Ber.c.per tuas.de arb.Barb.*

a §. SI FVNDVM.[a] Quærit gl.quid si finita tẽpora appellationis exercendæꝛꝛ.gl. idẽ quod pro possessore habetur,ar.ff.ca.l.uersꝰ diuersa.Ille uer.nihil facit.loquitur enim in eo,qui habet actionẽ personalẽ,qui per hoc nõ dicitur possessor,non in eo qui põt cõueniri,personali actione.Prætereà hic nõ est necessaria actio,sed solùm officiũ iudicis exequẽtis, ſ. de rei uend.l.qui restituere.Et ideò puto ꝙ tũc habetur ut possessor, sicut dixi ſ.c.l.§. ij. in malefidei possessore.Vltimo uidetis hic,ꝙ nõ inspiciturid ꝙ euenire põt.Et sic opp.gl.l.si idẽ.§.fi.ſ.de iur.om.iud.Dic ut ibi.

ADDITIO.

a *Fundum.no.istum tex.cont.Bar.ut hic,per Ang.Bar.*

a §. POSSESSOR.[a] Opp.ſ.co. l.si ab arbitro.Sol.Dicit gl. ibi suꝑ quenit inopinata calamitas,hic secus.Quid uult dicere:hic loquitur de reo qui uẽdidit, unde possessio adhuc est,& tenẽdo opi.quã dixi.ſ.ca. l.in prĩ. ꝙ iste debet ꝓmittere,& obligare bona sua,adhuc remanet actori cautũ,quia possessio illa remanet obligata.In l. cont. superuenit inopinata calamitas,quia fortè fundus casmate periit, uel aliter flumine occupatur, & ideò actori non remanet cautũ.Op.ad secundũ dictũ,quia res deuenit ad eũ casum, à quo nõ potest incipere,ergo uitiatur.l.pluribus.§.& si placeat.ff.de uer.ob. Sol. hic casus superueniẽs, ut puta possessio rerum immobiliũ, tendit ad eundẽ effectũ cũ actu celebrato. Sicut eñ per satisdationẽ actor redditur cautus, ita per possessionem superuenientẽ,ideò non uitiat. In contrario tẽdit ad diuersum effectũ.ff.ad.l. falc.l.uer.in prin. & Dy. ext.de reg.iur.c.actũ legitime.li.vj.dixi in.d.§.& si placeat.

ADDITIO.

a *Possessor.adde post Ias.in quantũ latè examinat,an priuilegium cõcessum patri habenti xij.liberos duret,cõſ.cj.ij.li.Et ꝙ mater minor excusetur,propter non petitum tutorem,filio, licet efficiatur maior:Bar.cons. ccj. iiij.li. Ang.cõſ.cxvij.Ro.cõſ.cclxxviij.*

a QVI iurato[a] In iuramẽto uidetur excepta autoritas legis,uel ſupioris.C.de nõ nu.pec.l.ult.&.ff.admun.l. fi. 1 in prin. Et per hoc † ille qui iurat nõ petere reduci ad arbitrium boni uiri,intelligitur,nisi ex causa legitima,[b] l. si libertus.de oper.lib.& ext.de iureiur.c.Quintauallis.

ADDITIO.

a *P.PAV.P.Qui iurato.Fel. c. constitutus.uer.autoritas cum ſe. ext. de resc. Ias.hic,& Dec.d.c.cõstitutus.qualiter autem consideranda sit autoritas ſuperioris:Alex.cons.xxiiij. ad ſi.*

b *Legitima.ſo.cald.consꝛx.& iurans nõ fideiubere pro aliquo,tamẽ ſi fideiuberet in casu magnæ necessitatis, non dicitur periurus. & inquantũ dicit, an sit periurus ille, qui habuit in ſecreto aliquid,ſi illud propalat testificãdo:Card.cons.xxxv. Et an laici possint disponere suꝑ iuramento, uide quæ posui in l.omnes populi.ubi Bar.*

Si ex noxali causa agatur. Tit. IX.

LEX I.

1 *Rem pro derelicto habens,uidetur donare eam occupanti.*
2 *Exhiberi rem testibus,petì potest à parte,ut eam cognoſcant.*

SI QVIS.Primò ponit uerba edicti, secundò incipit exponere ea.Secunda,ibi in eadẽ causa.Subdiuide tex. quia multa duplicat. Primò ponit ſummariũ unũ,quid sit dictũ in ea dẽ causa.Secũdò illud ſummariũ declarat ꝑ plura mẽbra.Tertiò illa mẽbra declarat.Secunda ibi,si desinat.Tertia ibi,itaq;.Opp.ꝙ iste tex.repetat bis idem.Dicit enim,si seruus desinat esse promissoris, & posteà idẽ repetit.Sol.primò dixit in genere,nõ exprimendo causam, posteà illud declarat exprimẽdo causam,ut dixi diuidẽdo literam.Vel dicas,hic in princip.loquit,qñ seruus habitus ẽ
1 pro derelicto ſm gl.Vide cã,† ꝑ cauillationẽ quorundã uolentiũ euitare solutionẽ gabellæ,qui habẽt fundũ ꝓ derelicto,& alius uadit,& occupat,ut sic gabella nõ soluat,quasi nõ sit aliquis ꝑctus. Sed certè imò uidet celebratus ꝑctus donationis,qui enim habet ꝓ derelicto, uidet donare ei ꝙ occupat.l.quod seruus.ff.de stip.ser.Secũdò op.dicitur hic, uel actio amissa sit.cõt.uidet quod actio nõ potuerit amitti, quasi interrupta præscriptione per citationem.l. cũ notissimi. in prin. C. de præsc.xxx.ann. Sol.Dic, ꝙ fuit amissa per sententiam,quia nec actor, nec testes potuerunt seruũ cognoscere,quia non fuit exhibitus.Et ideò,quia nõ ꝓbauit actor,succumbit,ff.de eden.l.argentarius.§.cũ aũt. & ita dicit gl.Istud quibusdam non placet,quia actor certi hominis, satisdationẽ accepit, ideò non potest ignorare.Itẽ nec potest procedere in testibus qui debẽt deponere super eo, quod actor articulauit.Sol.huius timore quidam recedũt ab hac lec.& dicunt,ꝙ actori erat relictum legatum, si intrà certum tempus seruum manumisisset, quem seruum non potuit manumittere,qa nõ fuit exhibitus.Ita dicebat Hug. Alij dicunt,quod hic fuit actũ,seu satisdatũ de exhibẽda tota familia,ut unus recognoſceretur,& sic nõ fuit satisdatio certi hominis,ut ſ.Tu dic dictũ gl.procedere.Licet enim actor receperit satisdationẽ certi hominis,de iudicio sisti,tamen potuit in instrumento nominari per certa signa, quæ testibus non sunt nota,ut ponendo nomen & pronomen ꝙ testes ignorant, & ideò debet exhiberi, ut testes cognoscant.Quod no.† quia põt petere pars ut res,de qua litiga
2 tur,producatur in iudicium,ut testes eam cognoſcant,gl. hic & ff.de pub.uectig.& cõ.l.cũ si exhibuisset.§.ante actorẽ. in gl.ſuper uer.ante desideret.& ibi dixi.& l.iij.§.j.ff.ad exhiben.uide istã gl. Facit ad hoc quod uidebitis ſtatim. ff. prox.§.si absens.Si uerò uelles dicere, ꝙ actio esset amissa tempore,non obstante citatione,dic ut uidebitis ſ.tit.j.l.fi. in prin.Quæro,iste alienans quot actionibus potest cõuenirisDicit gl.trib.dic ut in ea.Vide gl. & no. In eo uerò qđ gl.dicit,ꝙ offerendo ſe defensioni,liberatur ab actione.de alien.iud.mu.cau. fac. dicunt quidam, ꝙ idem esset in hac stipulatione, quia offerendo ſe defensioni cessat interesse. Quod satis placet,ſi interesse cessaret,fortè quia confiteretur omnia,uel testes habent notam personam. Sed ſi negaret,ita quod esset necesse seruum interrogari,tunc non cessat interesse,licet offerat ſe defensioni, ſ. l.prox.§.ſi absens. Vel ſi testes personam nõ cognoſcant,ut dixi ſ.prox.Quæro an istud sit uerum ſimpliciter & indistinctè,quod qui ſatisdat,non teneatur exhibere:dic ut in gl. Item quæro, an sit uerum indistinctè,quod dando seruum pro noxa quis liberetur:Dicit gl.quõd non,Dic ut in ea.

LEX II.

1 *Confeſſio ſerui facta in tortura ſuper facto proprio,probat cõtra dominũ.*
2 *Dominium transfertur per ſecundum decretum.*
3 *Decretum ſecundũ in causa noxali interponitur, etiã contra non latitantẽ.*
4 *Actio amiſſa,per reſtitutionem in integrum reſuſcitatur.*

SED ALIO IVRE.

a §. SI ABSENS.Suprà locutus est post satisdationẽ prẽſtitam seruo absente & domino præsente, hic loquitur ante præstitam satisdationem seruo absente, & domino præsente.Secundo ante ſatisdationẽ præstitã seruo præsente,& domino absente.Secunda ibi,sed ſi seruus. Et breuiter hꝫ.Seruũ absentẽ dñs eũ defendere,aut satisdare ꝓ eo,sed seruum præsentẽ ſi nemo defendat,potest quis capere ex ſecundo decreto,& ſi dominus restituatur, restituetur etiam actor.h.d.Pe.de Bel.pertica,repetijt & tractauit materiam primi,& ſecundi decreti,quam gl.tractauit plenè in l. ſi finita.§.Iu.ff.de dã.infe.Cy.etiã repetiſt,& posuit repetitionẽ Pet.& est ultima repetitio quã Cy.fecit,in prima parte di
a gesti ueteris.Et quærit gl.[a] adqd sisteꝫ iste seruus in iudicio, & ad qd ꝑdest:Dic ut in gl.ex qua apparet declaratio tex. uide

1 uide eam. Et no. ex iſta † gl.de cõfeſsione serui,quia interdum ei creditur,quod est no.& cõcluditur ꝙ cõfeſsioni serui habitæ,per tormenta ſuper facto proprio, ſtatur contra dominum. Et sic facit ad q.quam diſputaui de filio delinquente,quam plenè posui in l.cùm filius.in prin.ff. de uer. obl.Et incipit illa q.Perusinæ ciuitatis ſtatuto cauetur, &c. Hoc præmiſso opp.de iureiur.l.eũ qui. in prin.Sol. hic negans doloſe teneturinſolidùm,ſi est probatum contrariũ aliter quàm per iuramentũ,quia ſi per iuramentũ esſet ꝓbatum,tũc ſecus . l. contra.& hic in gl.ſuper uer. deditione Opp.ff.e.l.ꝓ.Sol.hoc intellige,hic manumiſit ipſe proximior,ibi alius.Opp.gl.l.ſi fundũ per fideicom.& l.ſi qñ. §. hæres.ff.de leg.j.& nõ ſoluit.Sed dic,ꝙ ibi per alienationẽ non tollitur potestas ſoluẽdi,quæ ante cõpetebat,quia nõ alienauit cũ dolo.Nã in l.ſi fundũ.alienatio facta fuit uolũtate legatarij.in l.ſi qñ.§.hæres.fuit ex potestate iuris.uel dic, ꝙ hic res desiit esſe,quia eũ interfecit,uel manumiſit.Vlterius
2 no.ex hoc ſine tria, primò,† ꝙ per ſm decretũ transfertur dominiũ,ſi ille ꝑ quẽ interponitur,erat dominus, licet alij
3 cõt.ut in gl.Secundò no.† ꝙ in causa noxali interponit ſecundũ decretũ,etiã ꝑ non latitantẽ,ꝙ apparet,quia absens restituitur,ex quo apparet ꝙ nõ latitabat,quia nõ ſe occultabat turpiter,l.Fulcinius.§.quid sit aũt latitare.ex quibus cau.in poſ.eat.Ité apparet ꝙ ualet ſecundũ decretum,aliàs nõ esſet neceſsaria restitutio.Simile in causa damni infecti. l.ſi finita.§.ſi fortè.ff.de dam.infec.In alijs ſecus, quia requiritur latitatio,l.Fulcinius.§.j.quib.ex cauſ.in poſ.eat.Et est ratio,quia hic dominus tenetur ex qualitate rei,pro qua cõuenitur,nõ ex facto ſuo.De hoc per doc.C.de reſt.mil. l. intellẽgitur. aliàs est l. ignorare. & ibi dixi in d. §. ſi fortè, &
4 in §.lul.in eadẽ.l.Vltimò † no.ꝙ actio amiſſa, per reſtitutionem in integrũ reſuſcitat.Sed puto ꝙ ſicut illa quæ restituitur absenti,dicitur utilis,ita illa quæ præſenti ꝑ quam petitur restitutio,& ſic non est eadem quæ reſuſcitatur, C. ſi aduer. tranſ.l.j.& dixi plenè in l.Mæuius.§.duobus.in ſexta opp.j. partis.ff.de leg.ij.& l.qui res.§.aream.ff.de ſol.

ADDITIO.

a *Gl.Bar.d.l.cùm filius.*

1 *Mentiens negando id ex quo uult intentionem ſuam fundare, amittit ſuum priuilegium.*
2 *Conuictus de maleficio,poteſt probare q, illud fecit ad ſui defenſionem.*
3 *Iudex in re mobili immutato decreto,& præcedente cõtumacia rei,& cauſe cognitione requiſita in ſecundo decreto,poteſt transferre ius plenũ,quò ad cauſam noxalem damni infecti, & etiam quando agitur ad præſtationem aliquam.*
4 *Decreto ſecundo reſciſſo,reſcinditur deliberatio ex eo quæſita,& uetus actio inſtauratur.*
6 *Confeſsio ſerui,uel filij quando nocet domino,& patri.*
7 *Statuto ſtante q, pater teneatur ſoluere condemnationem,pro filio,ipſe admittitur ratione ſui intereſſe ad probandum contra confeſsionem filij.*

b cialis,quàm generalis.[b] Opp.l.omnes. C.de præscrip.xxx. ann.l. fi. C. quando mul.tu. of.fun.pot.& l.si duo. de adm. tut.Gl. hic non soluit,sed in l.si quis mihi bona. §.iussum. uer.sed utrùm.de acq.hær.dicit,quòd regula est quod tantum operatur generalis prouisio, quantum.specialis. Fallit in casu,& hic est unus de illis.Alij soluunt,quòd in generali prouisione nõ ueniunt ea,quæ quis in specie non esset uerisimiliter cõcessurus:l.obligatione.de pig.& Dy.c.in generali.de reg. iur.lib.vj. ideò hic non ualet generalis renũciatio,quia multi casus uenire possunt,quibus non potest renunciari si exprimerentur.Hæc sol.nõ uidetur uera,quia fm hoc,idem esset in cõtractibus, cuius cont.gl.ʒ. determinat,ideò uidetur standũ in prima sol.scilicet,quòd specia
c le est hic in iudicijs.Sed tũc quæro [c] de ratione. Gl.dicit in fi. quòd iudicium redditur in inuitum,ideò præsumitur, quod inuitus renũciat.Hæc ratio est contra l.nõ est uerisimile.q me.cau.Dicit gl.aliter,q hoc speciale est in stipulationibus prætorijs,& iudicialibus. Ratio, quia ille iudicãtur fm mentem,& æquitatẽ prætoris qui nõ patitur quem decipi sub inuolucro uerborum,sed conuentionales iudicantur fm mentem cõtrahentium,qui uoluerũt omnibus esse renunciatum.l.cum Aquiliana.ʒ.de trans.& l.in cõuentionalibus.ʒ.de uerb.ob.Opp.eẋ.gl.auth.matri & auiæ.C. quando mul.tu.off.fun.pot.Sol.ibi ualet generalis renunciatio,quòd ad omnes exceptiones præteritas, hic uerò ua
d let quòd ad futuras,[d] fm Pet.Opp. q exceptiones quæ obstant in hac stipulatione,causantur ab impedimẽto casus fortuiti,l.ij.ʒ.e.Si ergo istis renunciatur expressè,stipulatio cõtinet impossibile.Nam tantũ est dicere,quantũ uolo teneri, etiam si uenire non possem, cont.l. impossibilis.ʒ. de uer.ob.Sol.qñ ab initio impossibile deducitur in obligatione,nõ ualet obligatio,ut ibi, sed qñ ab initio promitteret possibile,licet ex post facto fiat impossibile, obligatio non tollitur ipso iure,sed ope exceptiõis.l.ij.ʒ.eo.& per totam l.Possum igitur cõuenire, nec obsicietur illa exceptio, ut hic.Hæc enim cõuentio nõ inducit obligationẽ, sed impedit obstaculũ exceptionis,fm Gul.Opp.Iuri futuro non potest renunciari,l.is potest.ff.de acq.hær. & l.si ita scriptũ. §.si sub cõditione.ʒ.de leg.ij.Sol.non potest renunciari sim plici renũciatione,sed per pactum sic,ut hic,& l.j.C.de pac. Vel non potest renunciari,nisi in iudicio, & ita no.hic in l. ij.de cur.bo.dan.Venio ad q.gl.& primò quærit gl. quid si in iudicio quædam exprimãtur,posteà subijcitur clausula generalis,an ualeat renũciatio in expressis? Gl.quod sic,& bene.Quærit gl.an hoc habeat locum in cõtractibus, ut casus debeant exprimi specialiter? Et recitat opi.Mar. qui dicit q non.Io.dicit cont.& quilibet allegat pro se multas bonas leges.Tertia fuit opinio,Bulg.qui distinxit,Aut aliqui casus specialiter enumerãtur,in cõtractibus,& posteà subijcitur clausula generalis,& ualent.Aut renunciatur generaliter tantùm,& non ualent,ut in gl.& gl.dicit istud cõsue tudine approbatum.Hoc sequitur Dy.c. contractus. eẋ.de
e reg.iur.lib.vj. Sed Cy.l.j. [e] C.comm.impugnat hanc opin. quia est in contractibus eadem ratio,quę in iudicijs,sed in iudicijs,hæc opi.hic reprobatur, ergo, &c. Gul. de Cug.te
2 net eam,cum quadam modificatione,ui dicet † q clausu
f la generalis ualet,quò ad omnia similia,uel minora [f] casibus expressis,non quò ad maiora,ar.l.fi.ʒ.cui dulcia.de uino,triti.& oleo leg.quæ limitatio satis placet,c.sedes.eẋ. de
g rescrip.& c.non potest.de proc.in cle.Quarta [g] fuit op.quæ colligitur hic ex gl.licet illud ponat per modũ cuiusdam nouæ q.ut distinguamus,aut quis renũciat,
uel suscipit in se periculũ casus fortuiti, & te
netur.* Aut hoc non exprimitur,sed suscipit in se periculum simpliciter,& tunc aut ex natura contractus, ueniebat leuis culpa,& uenit * Tenetur . Tamen si aliq nõ teneretur , ut de depositario dicimus, qui licet non teneatur de casu fortuito,tamen si in se periculum susceperit,tenebitur,l.& Aristoni.ff.mand.l.j.C.depos. I.Conc.B.

nit leuissima, aut ueniet culpa leuissima, & ueniet casus fortuitus, ut uerba aliquid operent. l. si quādo. de leg. j. Cy. l. j. C. commo. reprehendit hanc distinctionē, sed non curo, quia est uera, ut j. dicā. Odof. distinguit, Aut stetit per reū, quia cùm actor uellet enumerare casus, dicit actori, dic ge-
h neraliter, Aut nō stetit per reum. [h] Ego nō curo, de ista sua opi. Nic. de Ma. dicebat, Aut ille qui est obligatus ad rem, suscipit in se periculum, & hoc ualet, quanquā generaliter dicat. l. iuris gent. §. item si quis. j. de pac. & j. mād. l. & Aristo ni. & j. cōm. l. si ut certò. §. nunc uidendum. & j. depos. l. j. §. sę pè. de nau. fæ. l. periculum. de iure do. l. si mācipis. Aut quis est obligatus ad factū, & tunc nō suscipit in se periculū, nisi casus specialiter exprimant, ut hic. Hęc opi. est cōtra l. opus ꝙ aduersione. j. loc. ubi quis obligabatur ad factum, & te nebatur etiam ad ipsum opus restituendū, & tamen si susci pit in se periculum, nō intelligit de casu fortuito. Ad leges
3 alleg. in cont. respōde, ut patebit in distinctione. † Vt igitur liquat ueritas huius materiæ in iudicijs, seu in stipulatio nibus iudicialibus, & prætorijs, tene istū §. Item si renūcia tur exceptionib⁹ prætoritis, uel alijs iuribus cōpetentibus, dic ut in gl. l. si de certa. & l. sub prætextu. C. de trās. fac. dixi in l. Aurelius. §. Caius. de lib. leg. In stipulationibus cōuentio nalibus, si aliquis renūciat exceptionibus cōpetituris, uel suscepit in se periculum, quid operetur, distingue, Aut ex primit se suscipere periculū casus fortuiti, & ualet, & de om ni casu fortuito tenetur, l. quæ fortuitis, in fi. C. de pign. act. hic gl. & l. si quis fundum. in prin. ff. loc. Aut suscipit in se pe riculum simpliciter. & tunc aut ille, qui suscipit erat ille, ad quem pertinebat periculum ante cōtractum, & tenetur de casu fortuito: l. periculū. de nau. fę. Aut ipse primò nō tene batur, & tunc aut possessio rei nō transit ad eū qui suscipit in se periculum, & tenetur de casu fortuito, l. si in uenditione. in prin. de peric. & cōm. rei uend. quia non est uerisimi le, ꝙ quis in re quā non habet, cōmittat culpam. Solū ergo ad casum referri potest, aut possessio trāsit ad eum, & tunc aut ex natura cōtractus, ueniebat leuis culpa, & tenebitur
i de leuissima, l. opus. j. loc. Aut tenebat de leuissima, [i] ut in mandato, & tūc tenebit de casu fortuito, l. & Aristoni. mād. & gl. hic. Aut primò tenebatur de casu fortuito, & tūc istud suscipere in se periculū, hoc operatur, quia prius tenebat de casu cōtingenti, absq; culpa alterius partis, nūc tenetur etiam si cōtingat culpa alterius, dummodò dolus absit, l. qui officij. §. fin. de cont. emp. & omnes leges quæ uidentur simpliciter dicere, quē teneri de periculo, si est actum, intel-
k lige secundū prædictam distinctionē, [k] est enim necesse, ut omnes exprimātur in casibus, in quibus tenebatur de leui culpa ad plus. C. cōm. & depos. l. j. & ita intelligatur opinio Io. hic posita. Si uerò quosdam casus enumerauit, posteà subiecit clausulam generalem, ualet illa generalis clausu la, ut hic, secundū opi. Bul. & Dy. d. c. contractus. Quod in-
1 telligo, quò ad similia, uel minora, nō quò ad maiora, [l] d. c. sedes. de resc. & de procur. c. non potest. in Cle. ubicūq; dixi quem teneri de casu fortuito, intellige de solito, non de ca sibus incōsuetis, uel non uerisimilibus, l. fistulas. §. frumen ta. j. de cōt. emp. qui est casus ualde no. † Quæro, quid si po sita generali renunciatione in instrumento, interpositum
m est iuramētum [m] ꝛ. ad illos casus, ad quod refertur renun ciatio, refertur & iuramētum, l. fi. C. de non nu. pec. & l. fi. in prin. j. ad munic. & l. ult. §. qui satis. cog.

ADDITIO.

a P.PAV.P. Quæsitum. Fel. c. sedes. exē. de resc. Alex. cons. xxviij. & ccccl xv. ad fi. & ccccl xxvj. Com. cōs. cl xxxv. Bar. l. creditor. ff. de sol. Itē subijcit ibi aliud uerbum, quod ubi de iure ad aliquem spectat periculū casus fortuiti, si expressè cōueniatur idem, §. q. periculum casus fortuiti ad eū spectet, cen setur istud appositum potius gratia tollēdæ dubitationis. Item Bar. c. j. usq; ad fi. de com. & ibi dicit, ꝙ decisio nostri tex. procedit, quando quis renun ciat casibus futuris, & de præterito, & quid si esset iuratum, & an traha tur ad insolita, & quædam alia, ut per eum.

b POMA. Generalis. No. per istum tex. ꝙ generalis ratificatio omnium acto rum non ualet, quod limitat Pan. cons. ccclij. incip. de casu præsenti, secun dum antiquam impressionem, quando cōstaret, seu pars, in cuius fauorem esset ratificatum, probaret ratificantem habuisse notitiam, & hoc per l. fi. C. plus ual. quod agi. cum ibi no. per gl. & Bar. l. ij. C. de reb. alie.

c POMA. Quæro. Pan. cons. cxiiij. in ult. dubio.

d POMA. Futuras. Ista solutio est contra l. si decesserit. j. qui satis. cog. unde potest solui secundum Mod. Med. q. iste tex. dum uult, quod posset fieri re nunciatio de omnibus casibus intelligitur, scilicet de omni casu difficili, non autem impossibili, quod est ualde restringere istum tex.

e Cy. l. j. Pondera bene, quia & doc. d. c. sedes. dicunt esse speciale, propter na turam rescriptorum, & ibi dixi. Barb.

f Minora. Scripsi ad Bar. §. cui dulcia.

g POMA. Quarta. Ale. cōs. cxlj. uo. ij. cōs. xiij. uo. j. Bar. l. si quādo. hic alleg.

h POMA. Reum. Pan. cons. xxviij. & cons. lxvij. uo. ij.

i P.PAV.P. Leuissima. & q. suscipiēs periculū in se, teneatur de casu fortuito, quando illud uerbū alias nihil operaretur, uide Bart. l. opus. in fi. ff. loc.

k POMA. Distinctionem. Alex. cons. xxviij. j. uol.

l Maiora. Bal. cons. clxxv. inter cons. Ang. eundem Bal. cons. cccxlvj. cāsus ta lis. & cons. ccclxxxix. lib. iiij. & idē Bal. cons. ccclxij. ij. lib. Alex. cons. cviij. & Pet. de Anch. cons. ccccxv.

m P.PAV.P. Iuramentum. Alex. cons. iij. & xxviij.

1 *Error semper præsumitur, nisi scientia probetur.*

2 *Clausula, sciens se ad infrà scripta non teneri, propter hanc l. hodie appo nitur in instrumentis, per notarios, & tollit erroris præsumptionem.*

§. ITEM QVAERITVR. Si satisdatio interponitur per errorem in totum, uel in partem promissor excę ptione iuuatur, secus si ex certa scientia. h. d. Opp. j. de dam. infec. l. si finita. in prin. Sol. error non facit stipulatio nem omnino inutilem, ut ibi, sed ope exceptionis subduci tur quantum per errorem est factum, ut hic, & ibi, de quo per Dy. l. si patron⁹. j. de don. & per gl. j. fam. ercis. l. qui erat hæres. Quæro, quomodo intelligitur promissum, ultra de bitum? Gl. uariat, finaliter determinat, ꝙ de iure cōmuni non tenetur promittere certam quantitatem, sed solum in teresse. l. ij. §. fi. s. q. satis. cog. & no. in l. fi. C. de præt. stip. Si ergo promisit ultra interesse, uidet per errorē promisisse, hoc tamen nō esset error, cùm de consuetudine sit in quibusdā partibus, certā pœnam apponi, ut dixi in l. ij. in fi. §. qui sa tis. cog. Opp. quia etiam si ex certa scientia promittatur, nō ualet, C. de usur. l. cū allegas. gl. notabiliter soluit, ꝙ ibi lo quitur, quando in obligatione erat quātitas. Vnde pœna quæ apponitur, uidet apponi in fraudē usurarum, hoc est,
1 in obligatiõe in factū. Vide illā gl. & j. si cer. pet. l. rogasti. §. si tibi. & dixi. † Quæro, quid in dubio præsumetur, uel error, uel scientia? Dicit Iac. ꝙ præsumitur error, nisi probet scien tia. Casus est hic in fi. Dicitur enim hic, ꝙ datur exceptio, & qui uult repellere illam exceptionē, debet se iuuare replica tione pacti, ꝙ inducitur ex ipsa scientia, & sic ille, qui repli
a cat, debet probare suam replicationem, dixi in l. non fate tur. j. de confes. [a] Vltimo scias, † ꝙ per istam l. & similes, po-
2 nunt notarij hodie in instrumentis, quod talis sciens se ad j. scripta teneri, &c. ut per hoc non possit opponi exceptio
b erroris, [b] ut hic uides.

ADDITIO.

a POMA. Confes. Alex. cons. iiij. uol. iiij.

b P.PAV.P. Erroris. Bald. l. mater. C. de rei uend. & de illa clausula, ex certa scientia nullo iuris, uel facti errore ductus, Bar. l. non fatetur. ff. de confess. in d. l. si dari. de uer. ob. & hic, qui tamen non uidetur loqui de ea, sed de a lia, ideò aduerte, scripsi in d. l. non fatetur. ad Bar. ibi. Item de dicta clausu la, sciens se ad infrascripta non teneri, ita l. fi. §. idem quæsitū est. de cōd. in deb. ubi etiam Bar. ponit.

LEX V.

SI DVO. Culpa unius ex reis credendi in acquiren do, nocet alteri si sunt socij. h. d. Quam l. no. gl. inducit in ar. ad q. an duo rei uideātur inuicem fideiubere, de quo ad Velle. l. uir uxori. Et ex. gl. opp. quia factū unius de duobus reis credēdi, minus debet nocere alteri, si sunt so cij, ęꝑ si non sunt socij, l. si unus. in princ. j. de pac. Sol. Illud uerū, ꝙ nō nocet in obligatione iam quæsita perdēda, hic uerò nocet in obligatione quærēda. Quærit hic, si sunt so cij, quō intelligātur socij? Dicit gl. omniū bonorū, uel illius obligationis. Dic ut in gl. de quo est. l. si cui. j. iud. sol. Dixi plenè. in l. ex duobus. j. de duo. reis, & ibi examinaui, quali ter factum unius ex correis, prosit uel noceat alteri.

§. ITEM

§. ITEM. Si sunt duo rei, ut pater & filius, nō potest ab uno peti res, ab alio interesse. Opp. l. nec ullam. §. pe. j. de pet. hęr. Sol. si socij sunt, nō debet distingui qs fuerit exactus prius, quia sunt inuicem habituri regressum, si nō sunt socij, debet distingui, fm distinctionem legis cōtrarię.

§. ÆQVE. Iste §. est summatus, & legit fm gl. duobus modis. Secundū primū ponit duos casus, fm aliū po nit quatuor, quælibet est bona lec. & uide ut in gl.

LEX VI.

SI IS QVI. Exceptio superueniēs reo, prodest fide iussori. h. d. usq; ad fi.

LEX VII.

SI QVIS. Qui fideiussit pro seruo, habet eas excę ptiones, quas haberet, si pro libero fideiussisset, saluo quòd seruus reip. causa abesse non potest.

LEX VIII.

1 *Morę purgatio admittitur intra paucos dies, dummodo ius actoris nō sit factum deterius.*

2 *Moræ purgatio non liberat aliquā ipso iure, sed ope exceptionis.*

3 *Dies pauci intra quos quis potest moram purgare, sunt in arbitrio iudicis.*

5 *Moræ purgatio an admittatur, ubi est dies, & pœna.*

ET SI. In stipulationibus iudicialibus, ubi est dies & pœna, admittit purgatio moræ, intra modicū tem pus, si ius actoris nō est factū deterius. h. d. Et primò ponit dictum, secūdò declarat illud. Secūda ibi, in ultimo
1 uer. dum dicit, exceptione. † No. ad hoc, ut admittat purga tio moræ, requiritur ꝙ ueniat intra paucos dies. Secundo no. ꝙ requiritur, ꝙ ius actoris non sit factū deterius. Tertiò
2 no. ꝙ † purgatio moræ nō liberat aliquē ipso iure, sed ope exceptionis. Ad primū opp. j. loc. l. si in lege. §. colonis. Sol. Dicit gl. ꝙ hic dicit, plurēsue dies. intelligo paucos, quia hæc adiectio, plus ad modicū refertur, l. hæc adiectio. j. de uer. sig. & sic concor. Sed tunc insurgit dubiū, quot sunt isti pauci dies? Quidam dicūt quartam totius, l. si quis in suo. C. de inoff. test. Ista est obscura respōsio, nescim⁹ enim utrū dicatur de quarta totius tęporis, quo passus est agitari iu dicium, uel de quarta primæ dilationis, uel qualiter. Vnde alij dicunt referri ad duos dies, l. ubi numerus. j. de testi. l. si
3 oleum. in fi. cum l. seq. j. de dolo. Alij dicunt, hoc † esse in ar bitrio iudicis: j. de iur. delib. l. j. & ista est uera. l. si ita quis. §. Seia. j. de uer. ob. Arbitrabitur autē iudex, habita considę ratione personarū, & locorum, ar. l. continuus. §. cùm ita. &
4 §. item qui insulā. j. de uerb. ob. † Et ista faciūt ad q. de teste,
a qui dicit, ꝙ Titius possedit decem annis, & plus. [a] quid im porteт hoc dicere? De quo tangit gl. in l. ab hostib. §. sed ꝙ simpliciter. ex quib. cāus. maio. & ibi dicā. Opp. ꝙ posit ue nire intra sex mēses. C. de fideiuss. l. sancimus. Dicūt quidā, illa colligit istā. Dic fm gl. ibi loquitur in fideiussore, hic in principali. Dicit enim tex. si reus promisit. Ratio, quia faci lius est aliquando sistere seipsum, ꝙ alium. Opp. ad secun dam, dicit hic, si ius actoris nō est factū deterius. Cōt. nam ista stipulatio cōmittitur ad interesse, l. ij. in fi. qui satis. cog. Sed si ius actoris non est factū deterius, actoris nō interest, ergo nō expedit purgare morā. Huius timore hæc lex legi tur duob⁹ modis, primo, ꝙ hic fuit adiectus dies, & pœna certa, & ideò cōmittit ad pœnā, licet non interfit, propter hoc,
5 interest rei, ꝙ posit morā purgare. Ista est una lect. † & qui hanc tenent, incidunt in cōtrariū fortius: Quia ubi est dies & pœna, nō admittitur purgatio moræ, l. traiectitiæ. §. de il lo. j. de act. & ob. l. magnam. C. de cont. stip. Et ideò alij di cunt, ꝙ hic nō fuit adiecta pœna. Ad contrariū autē forma tum non bene rñ. sed sustinendo illos, dicas, quod licet ius actoris non sit factum deterius, scilicet, quando actio non sit amissa, tamen ista stipulatio est cōmissa ad totū interes se, id est, ad totū illud ꝙ ueniebat in actionē, l. ij. §. fi. cū l. seq. s. qui satisd. cog. Sed adhuc huic legi non satisfit, quia si cō mittitur solùm ad illud ꝙ debetur, nō expedit reo purga re moram, quia tantū dabit per istam stipulationē, quan tum per primam actionē. Tene ergo primā, ꝙ hic fuit adię cta dies, & pœna. Ad cōtraria rñde. ad §. de illo. & l. magnā. diuersis modis, ut in gl. quia uidetur dicere, ꝙ ibi ueniebat post multos dies, hic intra paucos. Pet. aliter dicit. Tu dic, ꝙ ubi est dies & pœna, nō admittit purgatio, nisi in stipula tionibus prætorijs & iudicialibus, in quibus sit interpreta tio ex mēte, & æquitate prætoris, l. in cōuentionalibus. j. de uer. ob. Putauit enim prętor æquū, si uenit intra modicum tempus, & ius actoris non est factū deterius, ꝙ admittatur purgatio, ut hic, sed in cōuentionalibus, prætor habet iudi care ex cōuentione, nō ex sua æquitate, d. l. in cōuentiona libus. Et prædicta uera, quādo stipulatio prætoris pertinet ad litis ordinationē, ut hic, secus si ad litis decisionē, l. si cū dies. §. fi. cum l. seq. & in prin. l. seq. de arb. quia facta litis de cisione, prætor se non intromittit, quia functus est officio suo: l. iudex. de re iud. secus in his quæ pertinēt ad litis ordi nationē. Opp. & uidetur ꝙ semper ius actoris sit factū dete rius, propter expēsas, quas ipse sustinuit, quia reus non ue nit. Sol. dicit gl. quod propter hoc non dicit ius actoris fa ctum deterius. Nam expēsas recuperat officio iudicis, uel ex edicto, si quis ius dicē. non obtē. tūc enim dicit ius acto ris factū deterius, qñ actio sua integra nō est, non uerò ra tione expensarū, ut in hac gl. & clarius in iij. gl. permittitur. super uer. deterius. Opp. ex. gl. l. si ita qs. §. Seia. j. de uer. ob. ubi dicitur, ꝙ admittit purgatio moræ, intra modicū tem pus, si actoris nō interest, nō dicit, si ius eius nō est factum deterius, sed ratione expensarū dicitur eius interesse, ergo, &c. Sol. in iudicialibus stipulationib⁹, debet cōsiderari so lum si ius alterius, s. actoris, est factum deterius, quia expē sas recuperabit officio iudicis, quia iudex nō audiet eum, nisi restitutis expēsis. l. sancimus. de iud. Sed in obligatio nibus cōuentionalib⁹, inspicimus an eius interfit, & pars non admittet eum, nisi restituto interesse, d. §. Seia. & si cùm dies. in fi. cū l. seq. j. de arb. quia posteà non esset qui faceret eas restituere, sicut in iudicialibus. Ité op. & uidet ꝙ ius a actoris sit factum deterius, saltē quia actio est minoris iuris. Sol. istud interesse nō consideratur, l. qui bis. j. de uer. ob. & l. si creditori. j. de leg. j. & l. pater. in fi. de cast. pec. ubi si pa ter adiuisset hæreditatē filij, teneretur actione perpetua, si occupauit iure peculij, teneretur actione annali, parti. j. qñ ac. de pec. est ann. l. ij. & seq. Et tamē per hoc non dicit pars lædi, nec hoc interesse attendit. Opp. ex. gl. dicit hic, ꝙ libe rat quem ope exceptionis purgatio moræ. Cont. imò ipso iure, l. si insulā. j. de uer. ob. ubi moræ purgatio liberat ipso iure. Sol. hic in stipulatiõe fuit adiecta certa dies, in lege cō traria non fuit dies adiecta certa, sed lex subintelligit tem pus, quo insula fieri potuerit. Sicut igitur ibi mora per cur sum diei appositæ à lege inducitur, ita ipso iure tollit ex be neficio legis. Sed hic est mora, ex cursu diei appositi ab ho mine, ideò illa nō tollit per legē ipso iure, sed ope exceptio nis. Modò uenio ad magnā gl. & ex eo ꝙ dicit, ꝙ admittit purgatio, sequitur ꝙ stipulatio cōmittatur. De quo dic ut dixi in l. ita stipulat⁹. j. de uer. ob. ubi tractaui, qualiter que libet stipulatio cōmittatur. Item gl. procedit ultra, quando est commissa, qualiter purgatio admittatur, dic ut in gl. cla rius dixi in cont. Quantum ad hanc materiam, dixi plenè j. de uer. ob. l. si insulam.

ADDITIO.

a Plus. Adde post tas'm quantū ponit, quid operentur illa uerba quæ appo nūtur in instrumēto uēditionis, si plus ualet, dono. Bal. cōs. iij. & xj. lib. v.

LEX IX.

1 *Pluralitas quando geminet singularitates.*

2 *Lex xij. tab. licet diuidat inter hæredes actionem, & obligationem actiuę & passiuę, tamen illud quādo est in cōditione, non diuiditur inter hæredes debentes implere conditionem.*

3 *Solutio partis in obligatione generis, non facit petitionem actoris esse in pendenti.*

4 *Stipulatio faciendi, an insolidum committatur, si pro parte tantùm fa ctum sit.*

5 *Solutio partis quæ parit liberationem in parte, quò ad commissionę pœ næ nihil operatur.*

6 *Ratio quare obligatio diuiditur inter hæredes promissoris, tamen nisi to tum soluatur, pœna committitur.*

7 *Quare sit ꝙ quando in obligatione est datio, non sufficit ꝙ unus ex hære-*

dibus dei pro parte sua ad euitandum pœnam, secus quando in obligatione est factum.

8 *Quando ex facto unius alij teneantur insolidum in obligatione facti indiuidui, uel continente dationem, quomodo intelligatur.*

L. depositi. ¶. depos. loquitur in obligatione rem restitui.

* *Nulla. Intellige nullam, iure naturali & ciuili: l.j. §. si quis ita. ff. de uerb. ob. Vt si pupillo pecunia credatur, neq; naturaliter, neq; ciuiliter obligatus est: l. pup. ff. de act. & c. Meritò, neq; eius fideiussorē obligatum esse dicemus.* I. Conc. B.

SI SERVVS. Vbi obligatio rei principalis est nulla,* similiter erit nulla obligatio fideiussoris. h. d.

§. SI PLVRIVM. Si stipulatio facti diuiduí in pręparatorijs iudiciorū, pro parte nō impleatur, in totū cōmittitur mero iure, sed ę equitate pro parte impleta obstat exceptio. h. d. Primò ponit edictū, secundo eius probationē de rigore, tertiò dicit aliud esse de æquitate. Secunda ibi, qa uerū sit. Tertia ibi, uerū si pro rata. Opp. de principio huius l. Sol. intellige, ꝙ serui cōueniebant hic ex causa ex qua poterant esse in iudicio. Secundò opp. Iurisc. male loquitur, nam negatio postposita signo uniuersali, facit æquipollere suo cōtrario, l. legitimos. §. an ergo. ¶. de legit. tut. sed hæc dicit uerū esse, omnes statos nō esse, ergo æquipollet huic, uerum est nullū statum esse, hoc aūt est falsum, quia uerū non stetisse nisi unū. Gl. dicit, ꝙ Iurisc. non considerauit illam æquipollentiā, sed uoluit dicere uerū esse, nō
1 omnes statos esse, & ideò gl. ponit ante dictionē, non. † Tertiò opp. ꝙ pluralitas geminat singularitatē, l. falsa. in fi. de cond. & dem. perinde est ergo ac si promisisset per se de Stycho, & per se de Pamphilo. Et sic nō debet cōmitti stipulatio in totū. Sol. gl. ꝙ hic pluralitas, non geminat singularitates. Tu breuiter dicas, quantū ad hoc, quādoꝙ plura copulantur respectu plurium, & diuersorū effectuū, & tunc pluralitas geminat singularitatē, d. l. falsa. in fi. de cōd. & dem. Nam alia erat libertas, quæ relinquebatur uni, alia quę relinquebatur alteri. Quādoꝙ plura copulantur respectu unius, & eiusdē effectus, & tūc pluralitas non geminat singularitates, C. de impub. & alijs subst. l. quamuis. & hic. Modò uenio ad gl. magnā, quæ habet multū iuris, & est difficilis, & eam declarabo tibi, Diuido eam in tres, prima loquitur de his quæ sunt in cōditione tantū, secunda in ijs quæ sunt in dispositione tantū, tertia in his quę sunt in dispositione ſm se, sed in conditione respectu accessoriarū obligationū, ut pignorū, & pœnarū. Secūda ibi, secundo casu. Tertia ibi, & hoc in principalibus. intro gl. & opp. & uidetur ꝙ ab initio posit diuidi illud ꝙ est in cōditione, l. cui fundus. ij. rñ. ¶. de cond. & dem. & secundū hoc sistere seruos, est in conditione respectu pœnalis stipulationis, ergo pōt diuidi. Sol. Cont. loquitur in eo quod est merè in cōditione, hic de eo qd̄ est in dispositione ſm se, in cōditione respectu alterius.

* *Diuidatur. Amplius dic, ut p Bar. l. vj. C. de cond. inser.*

De quo ¶. in iij. parte gl. De primo ergo, an cōditio diuidat: *gl. distinguit optimè, præterquā in ultimo mēbro, Qñꝙ in cōditiōe erat aliquid faciendum, in quo debet distingui, Aut erat factū diuiduū, aut idiuiduū, l. si plures. C. de cond. inser. & ibi Cy. plenè. Aduerte etiā, ꝙ tota distinctio huius gl. loquit̄ in plurib⁹ principalibus, nō in plurib⁹ hæredibus unius principalis, in quib⁹ dici pōt, ꝙ cōditio nō scindit̄. d. l. cui fund⁹. de cōd. & dem.
2 No. ergo † ꝙ licet per legē xij. tab. diuidat̄ actio, & obligatio inter hæredes actiuè & passiuè, tñ illud qd̄ est in cōditiōe, nō diuidit̄ inter hęredes, debētes implere cōditionē, d. l. cū fundus. facit ad ea quæ ¶. dicam. Venio ad secundā partem gl. & opp. & uidetur, ꝙ solutione partis cōtingat liberatio ipso iure, licet creditor non teneat̄ recipere partē, l. tutor. §. Lucius. ¶. de usur. Sol. Dicit gl. fateor, ꝙ contingat liberatio respectu sui, scilicet, illius ꝙ soluitur, ut in cont. non autem impedit cōmitti stipulationem pœnalem, respectu eius ꝙ soluitur. Ita dicit gl. & distinguit an admittatur solutio partis, & distinguit & bene, præterquā in ultimo membro suo,
3 in quo gl. non usq; quaq; dicit bene. Nam in † obligatione generis, solutio partis nō facit petitionē actoris esse in pendenti, imò statim potest petere, l. in stipulationib. ¶. de uer. ob. l. si stipulatus. ff. de sol. & Dy. l. ij. §. j. ¶. de uer. ob. Nec ob. l. si nō sortem. §. si decem. alle. in gl. quia loquitur in obligatione alternatiua, non in obligatione generis, de quo per Cy. l. pro hæreditatis. C. de hær. ac. Ego plenius in l. eadem. §. Cato. ¶. de uer. ob. Venio ad tertiam partē gl. & ponit materiam huius §. & istam examinabo. Opp. ad hunc §. de l. v. §. fi. de uer. ob. Sol. ibi erat in obligatione datio, hic factum. Secundò opp. ꝙ ubi factum diuiduum est in obligatione, si pro parte fiat, pro parte tantùm pœna cōmittitur, d. §. Ca-
4 to. ¶. de uerb. ob. Sol. gl. † dicit speciale est in iudicijs. Quod non uidetur bene dictū, nam in iudicijs solet esse specialitas, ut mitius agatur, ut dixi §. l. prox. & tex. est hic. Sed ſm istam sol. esset dare, ꝙ agatur durius in iudicijs, ꝙ in cōtractibus, quia in contractibus non cōmittitur, nisi pro parte ipso iure, §. Cato. Et hic cōmittitur insolidū de rigore, licet de æquitate obstet pro parte exceptio, & ideò gl. alibi declarat melius ꝙ hic, & tangit in l. si is qui ducēta. §. utrùm. uer. in illo. de reb. dub. Breuiter, licet sit factū diuiduum, tamen in principali promissore, si pro parte tantùm impleat, pœna cōmittitur cum effectu insolidū in stipulationibus conuentionalibus, l. si procurator. ¶. rem rat. hab. & d. §. Cato. in fi. & l. si is qui ducēta. §. cū ita. de reb. dub. Sed in iudicijs, licet cōmittatur cōtra ipsum principalem insolidū. de æquitate tamē obstat exceptio. Et ista est uera ratio, quia istæ stipulationes prætoriæ, iudicant ſm mētem prætoris, qui habet æquitatē præ oculis, ut dixi §. l. prox. in fi. Contra hæredes uerò principales, obligatio facti diuidui cōmittitur, ꝙ
5 parte tantùm, d. §. Cato. uide gl. † Modò aduerte, primò habes uidere, quæ est ratio, ꝙ solutio partis parit liberationē in parte, ut §. dictum est, in secūda parte gl. tamen quò ad cōmissionem pœnæ, perinde est, ac si non esset factum aliquid, uel datum. ℟. Istud quod est in obligatione respectu pœnalis stipulationis, est in conditione, sed coditio nō diuiditur, uerbi gratia, promitto tibi dare cētum, istud est in obligatione, & si centū non dedero, promitto tibi dare tantùm, puta duplum, & istud est in conditione. Sol. Cōditio non diuiditur, sed debet ex toto impleri, ut uidistis in prima parte gl. ergo, &c. Et ex hoc ſequitur alia ratio, quæ est,
6 ꝙ obligatio diuidit̄ inter hæredes promissoris, tamen nisi totum soluatur, in totū pœna cōmittitur: certe illud, quia quò ad pœnalem stipulationem, totum est in conditione, & conditio inter hæredes nō diuiditur, l. cui fundus. de cōdic. & demon. ergo oportet ꝙ totum soluatur, ne pœna cō-
7 mittatur, uel pignus distrahatur. † Item uidendum est, quæ est ratio, ꝙ quando in obligatione est datio, non sufficit ꝙ unus ex hęredibus det pro parte sua, ad euitandum pœnalem stipulationem, sed quando in obligatione est factum diuiduum, sufficit. d. §. Cato. Ratio, ut dixi, quia quod est in conditione, nō diuiditur, sed ex quadā necessitate, in obligatione facti diuiduí diuiditur, quia unus ex hæredibus nō potest facere pro parte alterius. Exemplum in stipulatione, rem rat. hab. pro alio, cùm ex necessitate diuidatur conditio, diuiditur cōmissio pœnalis stipulationis, §. Cato, & ibi dixi. in viij. opin. plenè. sed prout est in conditione dandi, lex xij. tab. diuidit, nec ipsa necessitas diuidit, nam potest unus hæredum soluere pro alio. Dices tu, Istud esset uerum in quantitate, sed si poneres in obligatione speciei, quomodo potest unus hæredum dare pro alio, & tamen idem est, l. in executiōe. §. pe. ¶. de uerb. ob. Dicit Iac. de Aret. mirabiliter, ꝙ unus ex hæredibus potest soluere pro parte alterius consistente in specie, cùm non possit alter liberari, l. si procurator. §. si ignorantes. ¶. man. C. de epis. & cle. authen. si captiui. C. ubi de cri. agi opor. auth. qua in prouincia. l. uenditor. ¶. de iud. Et pro hoc facit, in ijs quæ pro parte expediri nō possunt, quilibet habet administrationē in-
8 solidū, l. si cū uno. si ex nox. caus. aga. † Vltimò scias, ꝙ illud quod dicit̄ in gl. quòd ex facto unius, alij tenentur insolidùm, obligatiōe facti indiuidui, §. Cato. uel ubi est datio in obligatione, intelligas de cōtractib. stricti iuris secus in cōtractibus bonæ fid. qa tūc tenet̄ ille solū, qui cōtra fecit, l. in depositi. cū l. seq. ¶. depo. Nam illa l. in depositi. loquitur in obligatione rem restituí, quæ est indiuidua solutione. l. si duo. co. tit. & dixi in d. §. Cato. in ij. & v. opp. ratio prædictorum est æquitas, quæ mouet officium iudicis ex contractu bonæ fid. arg. ¶. comm. l. iij. §. hæres. Item hoc intellige in stipulationibus conuentionalibus, secus in prætorijs, l. pœnales. §. Iul. ¶. ad l. Falc. Item prædicta uera de iure ciuili, secus de iure Can. ubi indistinctè pœna nō committitur, nisi pro parte, pro qua conuentus est, ut exē. de pœn. c. suam.

ADDITIO.

Vide tas. latè disputantem hunc arti. an unus ex hæredibus, possit soluere totum fundum, ut euitet pœnam, in d. §. Cato. in viij. opp. Bar. Alex.

LEX X.

SI EVM. Ratione dubitationis permittitur, quòd aliàs non permitteretur. Opp. l. ij. §. qui satisd. cog. ubi hæc actio datur ad interesse, hic dicitur, quod datur actio ut sistat uel defendat. Sol. gl. & dicit, intelligo ꝙ hic datur actio ad interesse, à qua actione liberatur fideiussor cōuentus exhibendo eum, uel defendendo, ut ueritas inquiratur. Sed tunc instatur, quomodo datur actio ad interesse, cùm nihil interfuerit Sol. dicit gl. ¶. imò interest, nō ratione debiti, sed ratione expensarum, intelligas gl. quia fortè ille agens erat recuperaturus ab alio expensas, quas faciebat, qui fortè actionem mandauerat, uel cesserat. Item opp. ab hac actione, quis non liberat̄ defendendo reum, cùm personæ præsentia requiratur, l. ij. §. fi quis in iudicio. §. eo. Sol. Fatcor in his quę non possent expediri per alium, non admittitur defensio, cùm personæ præsentia requiratur, ut in quibusdam interrogationibus, prout tangit gl. l. ij. §. si ex nox. causa. aga. Sed in his quę possunt expediri per alium, liberaretur fideiussor, defendēdo eum, ut hic, & l. iij. de alie. iu. mu. cau. fac.

§. HOMO. Vbi est dies & cōditio, expectatur dies, licet conditio euenerit. Materiam istam uide plenius, in l. in illa. & l. hoc iure. ¶. de uerb. ob.

1 *Actio subrogata sapit naturam eius in cuius locum subrogatur, & assumit naturam primordialem. nu. 3.*

2 *Actio competens ad interesse extinguitur, quādo ex post facto desinit interesse, & cessat damnum de præterito.*

4 *Dictio, nisi, ponit uel priuat. q. in præcedenti est positum uel priuatum, & nu. 8. & ibi quando conditionem faciat.*

5 *Promissio de non uendendo alij, nisi tibi, quomodo intelligatur, 10.*

6 *Dictiones exceptiuæ sunt tres, præter, nisi, & præterquam.*
Dictio, sine, & dictio, absque, magis separationem, quàm exceptionem denotant.
Dictio taxatiua, quomodo differat ab exceptiua.
Exceptio debet esse de regula uel genere.

7 *Dictio præter quando ponat, & quando implicet.*

8 *Dictio, nisi, quomodo differat à dictione, si non.*

a §. QVI INIVRIARVM. [a] Stipulatio alteri accessoria, assumit sibi naturam eius cui accedit. Primò loquitur de actore defuncto, secūdò de reo defuncto, tertiò ponit unam limitationem. Secūda ibi, idem dicendū. Tertia ibi, idem ait Pōp. Item prima sub diuiditur, quia primò ponit dictū, secundò rationē, tertiò respō. tacitæ obiectiōi.

b Secūda ibi, quia tales. Tertia ibi, quāuis. No. ꝙ [b] actio quæ

1 † in alicuius locum subrogatur, sapit naturā eius, in cuius

2 locum subrogatur. Item no. in fi. huius §. † quod quādo ex post facto desinit interesse & cessat damnū de præterito, extinguitur actio quæ competit ad interesse, ut in princ. §. sed quādo ex post facto desinit interesse, non tamē cessat dam-
c num de præterito, quia si uenisset, & fuisset lis contestata, [c] tunc actio nō extinguitur. dicam in l. qui autem. §. j. ¶. eod. uer. opp. ¶. mand. Opp. l. item illa. §. j. de const. pec. Gl. sol. ibi actio principalis tollitur tēpore, hic morte. Ratio est, quia quādo tollitur tempore, tunc ope exceptionis tollitur, sed quādo tollit̄ morte, tūc tollitur ipso iure. Tu dic, ꝙ hic una actio accedit alteri accessoriè, ibi uerò accedit alteri, æquè principaliter, quia ibi actio accumulatur alteri, nō autem subrogatur, ideò eius naturā non assumit. Ista est uera sol. probat̄ in tex. ibi, quia talis stipulatio, propter rem ipsam daretur, q. d. ista stipulatio accedit. Opp. ¶. de pet. hęr. l. item ueniunt. §. cùm prædixerimus. Sol. Gl. l. certi condic. circa
3 fi. magnæ gl. ¶. si cer. pet. dicit, ꝙ † actio quæ subrogatur loco alterius, assumit naturā primordialem eius, non autem accidentalem, id est, eam, quā habitura est ex post facto, ut puta, qa crescit per inficiationē. Et materiā istam pono plenè, in l. j. §. hæc autē. ¶. si quis test. lib. esse iuł. fue. Opp. l. ex de positi. cum l. seq. ¶. de act. Tex. hic sol. cont. quia actiones ex cōtractibus transeūt ad hæredē, ut ibi, nisi sint accessoriæ illis, quæ non sunt transitoriæ, ut hic. Venio ad fi. dicit gl. no. ex isto §. fi. ꝙ hæc dictiones, si nō, & nisi, tantundem impord tant. Opp. l. Titia. d § fi. ¶. de ma. test. Sol. Cy. ponit in l. actio-
4 ne. C. de transf. Gul. hic breuiter dicit, † quantūm ad dictionē, nisi, dicendū est, Aut precedit oratio negatiua, & dictio, nisi, ponit. Aut precedit oratio affirmatiua, & tūc excipit, d. l. actione. C. de transf. cùm simil. Sed aduertendū, quia qñꝙ precedens oratio ponit, seu negat potentiā, qñꝙ ponit seu negat actum; tūc dictio, nisi, sequēs, illud ponit, uel priuat, secundum quòd in præcedenti est positum, uel priuatum.
5 l. Titia. §. fi. de ma. test. † Istud inducit gl. ad q. promisisti te non uenditurū alij, nisi mihi, utrùm teneatis mihi uēdere. Breuiter doc. dicūt sic, Aut dictū est, ꝙ nō possit uendere alij, nisi mihi, & tūc non possum te cogere, ut mihi uēdas, sed si uēdideris, agā contra te, l. si sterilis. §. pe. ¶. de act. emp. Aut dico sic, nulli alij tenearis uendere, nisi mihi, tunc teneris mihi uendere, ſm doctrinā prædictā, quia cū negatiua oratio præcedat, scilicet, ꝙ non tenearis alteri uendere, tunc dictio, nisi, ponit ꝙ mihi tenearis. nunc in proposito, si promitto me non uenditurū nisi tibi, illa dictio uenditurū, habet in se uoluntatē promittētis, quod qñ uēdere uelle, seu quādo uēdendi uoluntas affuerit, nulli alteri uendas nisi mihi, igitur nō possum cogere ut uēdas. Cy. d. l. actione. C. de transf. & Dy. c. peccatū non dimittitur. ex. de reg. iur. lib. vj. & Gul. hic. Sed quia uideť mihi, ꝙ ipsi nō habuerunt ue-
6 ritatem huius materiæ, ideò aduerte, Et primò † sciendum est, ꝙ habemus tantùm tres dictiones exceptiuas, scilicet, præter, nisi, & præterquā, quę sunt cōiunctiones. Dictiones enim sine, uel absq, non sunt exceptiuæ, sed magis significant quandam separationem, ut uos legistis absq Petro, hoc est, separatim à Petro, non innuit ꝙ Petrus non legat. Idem in dictione, sine, l. si sine. ¶. rem ra. hab. l. si sine hærede. ¶. de administ. tut. cum simil. Secundò scias, ꝙ inter dictiones exceptiuas, & dictiones taxatiuas, de quibus dixi in l. j. in princ. ſ. si quis ius dicen. non obtem. est differētia, quia dictio taxatiua affirmatiuè posita, unam speciem seu unū indiuiduū ponit, totum aliud genus remouet, ut tantum Petrus currit, id est, Petrus, & nullus alius currit. Dictiones autem exceptiuæ, faciūt totum ecōtrà, quia à genere remouent unam speciem, uel unum indiuiduū tantùm, ut si dico, nullus homo currit, nisi Petrus, illa uniuersalis remanet uera in omnibus, nisi in Petro tantùm. l. actione. C. de transac. Tertiò est sciendum, ꝙ exceptio debet esse de regula, uel de genere. l. j. de reg. iur. & Dy. ex. de reg. iur. super rub. lib. vj. Vnde res excepta, oportet ꝙ sit de genere, cuius est regula, & eximitur tātùm ab actu. Exemplum, omnis homo currit, nisi Petrus, bona est exceptio, quia Petrus est homo, sed eximit Petrus, ab illo actu currendi. Non esset enim bona exceptio, omis homo currit, nisi asinus, nam incōgrua
e exceptio esset. His præmissis, [e] uenio ad dictiones excepti-
7 uas. Et primo † quęro, de dictione præter, utrùm ponat. Dic aut adijcitur ei quod cōtinetur sub præcedēti genere, & ponit exceptiuè, ita quod si prima erat negatiua, dictio, præter, ponit qd̄ excipit, si prima erat affirmatiua, dictio, præter, priuat, l. nà quod liquidè. §. pe. ¶. de pen. leg. Quandoꝙ adijcitur rei, quæ non continetur sub precedenti genere, ut lego tibi Digestū, præter equū tunc nō potest poni exceptiuè, sed assumit sibi aliam naturā, & magis ponit implicatiuè, q. d. lego tibi Digestum, supra uel ultra equum. l. Scio. §. uxori. de ann. leg. Et hoc dicunt doc. l. j. in fi. ¶. de pign. act. Idem dico de dictione, præterquam, hoc autem non potest

test cõgruere huic dictioni, nisi. Cũ enim habeat in se quandam negationem, quia componitur ex si, & nõ, ut hic in gl. non potest implicare, sed magis esse quædam oratio incõgrua. Nam nihil esset dicere, lego tibi Digestum, nisi equũ, ideò doctores in l. actione. C. de transl. malè faciunt immiscere dictionem, præter, & dictionẽ nisi, in eisdem membris.

8 †Venio ad dictionem, nisi, & aduerte, Siquidẽ dictio, nisi, apponitur alicui termino cõtento sub primo, nec ei aliud uerbum subiũgitur (uerbum dico prout differt à nomine) tunc dictio, nisi, ponitur exceptiuè, & si primò erat affirmatiua, dictio, nisi, priuat: si negatiua, ponit, sicut dictũ est de dictione præter, & probatur in præall. l. actione. Si uerò dictio, nisi, apponatur alicui termino non contento sub primo, uel eis aliquod uerbũ subiungitur, nũquam ponitur exceptiuè, sed cõditionaliter, l. fideicõmissa. §. si fideicõmissum. ff. de leg. iij. & l. j. & ij. de in diem addi. & l. obligationũ ferè. §. conditio. ff. de act. & ob. Sed est sciẽdum, q̃ ista dictio, nisi, alio & alio modo importat conditionẽ, fm diuersitatem terminorum, nam in ultimis uolũtatibus, dictio, nisi, facit dispositionem cõditionalem, ut ff. de cond. & demõst. l. quibus. §. quidam Titio. sed in cõtractibus nõ facit dispositionem conditionalem, sed facit eam resoluendã sub conditione, l. ij. de in diem addic. & ibi no. in fi. gl. Hoc tamẽ nõ est sine distinctione, scilicet, in cõtractibus, ut patet ex infrà dicendis. Vnde dico sic, aut præcedit ista cõditio importata per dictionem, nisi, & sequitur dispositio, & facit disponere conditionẽ: d. l. obligationũ ferè. §. conditio. & ibi no. Aut sequit, & tunc aut præcedens dispositio erat facta per uerba temporis futuri, & tunc erit conditio alis, aut per uerba præsentis temporis, uel præteriti, & debet resolui in conditionalẽ, d. l. ij. de in diem addi. in gl. omnibus istis casib. dico, q̃ dictio, nisi, nunquam ponit, sed facit, ut in cõditionis euentum prima dispositio euanescat, in cõditionis defectum, dispositio prima remanet in esse suo, non quod aliquid ponatur per dictionẽ nisi. l. Titia. §. fi. de man. test. & in omnibus legibus suprà alleg. & per hoc illud quod Dy. dicit, in c. peccatum non remittitur. ex. de reg. iur. lib. vj. nõ est uerum, ubi dicit, q̃ dictio, nisi, ibi ponit, non enim, nisi resti
9 tuto ablato remittitur peccatũ, sed illa dispositio, quæ impediebat remitti, euanescit, potest tamen remitti. † Quæro etiam, utrùm sit aliqua differentia inter, nisi, & si nõ. gl. hic dicit, q̃ tantùm importat una quantùm alia. Dico q̃ quando dictio, nisi, ponitur exceptiuè, longè differt à dictione, si non. Hoc patet ad sensum quia illud uerb. si non, requirit unum aliud uerbũ, quod non facit dictio, nisi, ut hac l. fi. C. si cer. pet. l. si non in singuli. Sed quando dictio, nisi, ponitur cõditionaliter, tunc si dictio, nisi, præcedit, & dispositio sequitur, tunc idem est dictum, nisi, & si nõ: ut d. l. Titia. in fi. de man. testa. & d. l. obligationũ ferè. §. conditio. Si uerò dispositio precedit, & dictio, nisi, sequitur: tũc longa est differentia, quia dictio, si nõ, semper facit dispositionẽ conditionalem, quia est propriũ huius dictiõis, si, ut l. si Titio. ff. quando dies leg. cedit. l. j. de cõd. & demõ. Sed dictio, nisi, non facit eam cõditionalem, sed magis resoluẽdam sub cõditione, ut s. dixi. Quod declaro, & assumo istos terminos, res sit tibi uendita, nisi alius meliorẽ conditionẽ attulerit, illud, nisi, importat in se, non, & sic illud, non, negat unam orationẽ tacitam, ibi subintellectã sub illa cõditione, quæ ibi importatur. q. d. non sit tibi empta, si alius meliorẽ conditionẽ attulerit, hoc probat in l. quibus. §. quidã. de cond. & demon. Dices tu, Quare ergo in ultimis uolũtatibus, facit dispositionẽ conditionalem: r̃n. hoc nõ est ex uirtute dictionis, nisi, sed ex natura legati, quæ est ut quandocũq; legatum purum adimitur sub cõditione, uidetur sub cõtraria conditione legatũ, l. legatum. de adi. leg. & l. aliquãdo. de cond. & dem. Sed si diceres tu, Quare in contractibus, si præcedit dispositio per uerba futuri tẽporis, dictio, nisi, facit dispositionẽ conditionalem: r̃n. hoc nõ est ex uirtute dictionis, nisi, sed quandocũq; dispositio, per quæcunq; uerba conferatur in aliquem futurũ euentum, est conditionalis, l. Stichum. ff. de leg. j. Sed si diceres, Quare quando dictio, nisi, præcedit, & dispositio sequitur, resoluitur nisi, in si non, & facit conditionalem dispositionẽ? r̃n. quia tũc non præcedit aliqua oratio, ad quam illa negatio importata in uerb. nisi, possit referri, ideò refertur ad id quod statim subiungitur, ut si dico, nisi ueneris, dabis decem, hoc est, si non ueneris dabis decem: aliàs autem dictio, nisi, quando conditionaliter non ponitur, bene resoluitur in non, & si, non autem in si non, ut ex prædictis patet, nõ tamen quod aliquo casu ponat, ut s. dixi, & sic gl. quæ hic dicit, quod ponit, non dicit uerum, sed dispositio prima remanet fir-
10 ma, in conditionis defectum. † Nunc uenio ad q. de qua dixi s. & hic replico, promittis non uendere alij, nisi mihi, an mihi teneatis uẽdere? Certè hæc dictio, nisi, ponitur exceptiuè, quòd nõ uendes nisi mihi. apponitur enim terminus qui continetur sub primis, nec subiungitur aliud uerbum, & cùm præcesserit oratio negatiua, ponit: l. actione. C. de transac. & hoc est uerum: Videndum est ergo, quid negat oratio prima, quia illud importat dictio, nisi, promitto nemini uendere nisi tibi, si poneres quòd illo tempore ego habebam rem uenalem, & uoluntatem uendendi, hoc importat, q̃ tibi promitto uendere. si uerò uoluntas uendendi tunc non adesset, sed dubitabas, ne si uellem uendere, alij uenderem, recepisti promissionem à me, quòd nemini uenderem, nisi tibi: certè intelligitur, si uendere uolam, ideò dictio, nisi, ponit, ut promitto tibi uendere, cùm uendere uolam. & sic non potest agere contra me, ut uendam tibi, sed si aliqua uendam, teneborl. si sterilis. §. pen. ff. de act. emp.

ADDITIO.

a P.PAV.P. *Qui iniuriarum. Circa regulam huius §. quòd subrogatus sapit naturam, & c, uide pulchrum casum, in quo non sapit naturam principalis. Ro. si. ccxxviij. & ccclxxxix. Item limita istam reg. non procedere, in obligatione nouata, secundum Ang. cons. xxxj. In cont. Ro. cons. lix. Item q, ubi subrogatum habet diuersas qualitates, non sapit naturam eius in cuius locum subrogatur. Alex. cons. cccclxxv. Item an ista reg. procedat in iudicijs, Alex. cons. dix. & de hoc & an facta coram uno iudice, porrigat effectum coram subrogato, Franc. cons. lxxxij. circa fi. Item an ista reg. procedat in corpore subrogato, loco alterius. Franc. cons. cxxxij. Ro. cons. ccccxxxj. & ccciiij. Item q, officialis subrogatus ad exercendum officium, intelligatur exercere periculo substituenti, Ro. cons. cccxxxviij. Item q, succedens loco alterius, ut facit capitulum sede uacãte, solum succedit in pertinentibus iurisd. ordinariæ, nõ autem ratione iurisd. delegatorũ, Ro. cons. dvj. ad fi. quòd autem regulariter subrogatus, sungatur uice principalis in omnibus si potest, & eius naturam, cum contrariatur, Pau. cons. cccxxv. Item q, procedat in præscriptionibus, Ro. cons. xxxviij. & cxcviij. Item q, persona subrogata utatur ijsdẽ priuilegijs, quib. persona in cuius locũ subrogatur. Franc. cons. ccclxiij. Ang. cons. lxxxvj. Item no. q, ubi aliquid est singulariter prohibitum in persona, sed illud prohibitum est subrogatum fauore illius personæ incapacis, loco alterius cuius erat capax, tũc ratione subrogati, illa persona erit capax. Ro. cons. cccxxviij. ad fi. Item q, persona subrogata, debeat facere actũ, eo modo quo debuisset principalis. Fel. c. qualiter. in ij. fol. de iud. & c. cum accessissent. uer. ex dicto. ex. de const. uide quæ dicit Barb. c. possessiones. de reb. eccl. non alie. Are. l. Stichum. §. stipulatio. de uerb. ob. quòd legatum unum subrogatum loco ususfructus, sapit eius naturam. Item istam regulam limita non procedere, quando quis subrogatur in eo, quòd anteà sibi competebat, saltem habitu, Fel. c. licet. de fo. compe. ubi uide. Item de statuto subrogante pœnam pecuniariam, loco corporalis, an censeatur subrogare cum pœna infamiæ quæ insurgebat ex prima forma statuti. Dec. cons. xv. quòd nõ. Item quòd res subrogatæ loco primæ, trahantur ad tempus, quo ad iuris effectus. l. si donatæ. §. j. ff. de do. int. uir. & ux. quem alleg. Bon. in rep. l. si is qui. ff. de usucap. Card. cõs. xij. uer. ult. circa quæst. Bar. Bal. Sal. & Ful. d. §. j. no. tamen circa istum §. q, actio iniuriarum, quæ trahit secum executionem, transit ad hæredes. Bal. c. j. §. insuper. circa fi. de prohib. alie. feu. per Frid.*

b POMA. No. q, *Limita nisi ratio specialiter subrogata sit in locum alterius, gl. c. literis. de resc. But. c. pe. in fi. de filijs presby.*

c *Contestata. Inquantum Ias. hic, in ultimo no. ponit, quòd lis habetur pro contestata, quando stetit per reum, quò minus contestaretur, & deinde subdit, q, Cast. dicit se audiuisse à Bar. si per reum stetit, quò minus lis contestaretur, q, tamen habetur pro contestata, & facit actiones transitorias ad hæredes, & quod ipse Pau. reprobat, hoc dicit, quod hic sequitur idem Pau. cõs. ccxiiij. in casu tamẽ in quo iudex præcepisset litẽ cõtestari, et à tali præcepto nõ fuisset appellatum. Quod autẽ iudex posit cogere ad litẽ contestandam, dicit esse casum in l. j. §. quid ergo. de uent. inspi. & quod miratur de Bar. q, sequatur gl. in d. auth. qui semel. C. quo. & quãdo iud. inquantum etiam subdit idem Ias. q, idem est, cùm unus ex litigatorib. per subterfugia nadit causam protelando, ut pereat instantia, quia tamen non perit. Ad q, Ro. cons. ccxx. uidetur tenere, q, currat, sed detur restitutio, & dictis hic per eum, in iij. & v. no. adde Cast. cons. xxviij.*

d P.PAV.P. *Titia. Cõmen. cons. ij. in ij. dubio, & cons. xxvj. ante fi. ubi ponendo casum ipse supponit, uult q, quando præcedit negatiua, nõ priuando potentiam, puta, q, non posit ita facere, etiã q, postea subsequatur dictio, nisi q, hoc non iudicatur potentiæ, si aliàs de iure nõ erat permissum, ut posit fieri. ideò bene pondera uerba sua, quia uult, quod solum per dictionem, nisi, subsequentem, remoueatur prohibitio præcedens, non autem q, iudicatur potentia, si non erat, & de significatione dictionis, nisi, &, præter, Bal. c. inuestitura. §. sed etiam. per quos fiat inuest. in usib. feud. l. actione. C. de transac. Barb.*

e *Iis præmissis. No. de dictione præter, Ro. cons. cccxxiij. & cons. cccxxviij.*

LEX XI.

SI QVIS. Hominem promissum debet quis sistere in eadem causa, quo ad forum, non quò ad facultatem.

LEX XII.

1 *Interesse petere ab initio, quando sufficiat.*

QVI AVTEM NOVO.

35 EXPEDITVS † de substantialibus instrumenti publici, quæritur quid si solẽnitas in casu quo aliàs debet intelligi (cõmunis sequentibus) reperit scripta in cooperta libri notarij,intus uel extra, nõ curo,nõ aũt in aliquo ℞ctu,ut si notarius in cooperta libri dicit, hic est liber ℞ctuum,siue rogationũ per me notariũ talẽ scriptorũ, &c.℞.inspicienda sunt uerba huius inscriptionis, Aut em̃ sic dicũt,In nomine dñi amen.M.ccclix. indictione xij. tẽpore talis papæ, uigesima mensis Decembris. Hic est liber rogationũ & contractuum scriptorũ,per me talem notariũ,&c.& tunc sine dubio tales solẽnitates nõ sunt cõmunes sequẽtibus instrumẽtis. Aut non respiciũt aliquẽ contractũ,aut instrumentũ particulare, sed totũ librum,& imponit fidẽ toti libro, qd notarij,& qd sit ab eo scriptus, hæc præsumptio nõ dicit aliquid de tẽpore alicuius cõtractus, sed tex.hic requirit, q in aliquo actu debeat esse dies,dũ dicit.si initiũ tabularũ,&c.Sed illa cooperta non est initiũ tabularũ,ut j.dicam, ergo,&c.Si uerò uerba dicerẽt sic, Hic est liber inceptus scribi per me notarium j.scriptum,sub tali anno & tali die, &c.& tunc uidetᷣ q referat ad primũ instrumentũ, & ad sequens, cum in eo nõ sunt solennitates, secus tñ si in eo sunt solennitates non nõ ad ulteriora.Nam si dicamus istã talẽ cooperta esse de libro,& tũc sine dubio ad sequens instrm̃ referatur, quia tũc librũ scribere incepit. Si dicamus nõ contineri appellatione libri, nec esse de libro, & tunc puto idẽ, quia si in aliquo alio loco scripsisset qd incepit scribere illũ librũ die tali,illa est dies primę scripturæ illius libri,& sic primi instrumenti. Nihil em̃ interest q sit per se certũ, uel per relationẽ ad certum.l.si ita j.de cond.& demon.Nec ob. iste §.qui dicit q dies debet contineri in libro, ut intelligat in sequentibus repetitus, quia fateor qñ de sequentibus instrumẽtis agitur, sed qñ agitur de primo instrumento, tunc sufficit scriptura prædicta. † An aũt istæ coopertæ cuiuscunq; materiæ sint dicantur esse de libro: dicerẽ sic, Aut quæris nunquid dicãtur esse de substantia, & esse libri,& dico q non, qd patet, quia à principio non requirunt, & si appositè reuocentur, eis sublatis remanet ita liber nominat⁹,ut primò.Aut quæris utrũ eis appositis cedãt dispositioni quæ de libro fieret ut uẽditioni,legato,& similibus,dico qd sic,ar.l.iij. §.j.j.de le.iij.& j.de.uin.trit.& oleo leg.l.iij.§.j.& §.hæres meus.§.pe. de leg.iij,& expressius.in l.librorũ.eo.tit.& cedunt sicut adiacentia ipsi libro,ar.l.prædijs.§.pe. de leg.iij.& l.olympico j.de seruit.urb. præd. & sic propriè, & uerè non sunt de esse libri,licet ei cedant.unde tex. qui hoc dicit,si initiũ tabularum,non intelligitur de eo quod in cooperta scriptum est, nisi secundum quod s. dixi.

ADDITIO.

a POMA.P.Si initium.Bar. in repet.rub. de fide instru.& ibi dicit,q, ista nõ est repetitio Bar.sed Nic.Alexandrini,generis sui.Item circa istam materiã an instrumẽto extracto non sit dies & locus, licet sit in originali quod probat.Ro.sing.ccxxxviij.
b POMA.Intellectu.Alex.consl.clij.uo.ij.& consl.xxvij.e.uo.
c POMA.Repetitum.Alex.consl.clij.& xxvij.uol.ij.& consl.cj.uo.iiij.
d P.PAV.P.Requiruntur.Barb.rub. ext.de fi.inst.Fel.c.j.eo. tit.An in abbreuiatura notarij, requiratur signũ tabellionis, Bal. quod sic, l.Lucius.ff.de testa.mil.Barb.d.rub.de fid.instr. Alex.consl.cliij.ij.uol.Fel.c.j.de fid.inst.c. cum p.v.q.c.tit.to.de An.consl.xxxiij.ubi.dicit ea omnia requiri,quæ requiruntur in instrumento, de quibus hic Barb. in consl.ix.iiij.uol.ubi etiam an, & quando posit extendi per alium notariũ.Instrumẽta debent esse subscripta manu notarij.Alex.consl.xlj.j. uol. & consl.clij.ij.uol.Cont.Alex.consl. iiij.uol.vj.Cast.pro prima opin.consl.cxvij.in j.dub.uol.j.Ant.Rube.Alex.
e POMA.Omissionem.Alex.rub.de no.oper.nuncia.
f POMA.Constitui.Ias.rub.de no.ope.nun.
g P.PAV.P.Ergo.Fel.c.inter dilectos.de fid.inst.
h P.PAV.P.Ergo.Fel.c.j.de fid.inst.
i P.PAV.P.Quisquis.Vbi Bar.l.auia.ff.de cond.& dem.Ias.in.princ.huius. §.& l.j.C.de li.præt.in l.si ita sit scriptum.de leg.j.& l.pacta. nouiß.C. de pac.Aduerte quod ino gl.in generali, asserit enumerando mensem debere apponi, ibi dum dicit, Tertio mensis & die.Ita seruatur consuetudo ubiq; recepta.Alex.Losæus.
k POMA.Propinquo.Alex.consl.xxxvij.uol.iiij.

1 *Exemplum factum manu notarij publici facit fidem.*
2 *Instrumentum quod redditur à notario parti,non dicitur originale,sed originale dicitur quod remanet notario.*
3 *Notarij statur protocollo,quando est uarietas inter protocollũ,& instrumentum datum parti.*
4 *Notarius qui petit examinari testes, ut possit esse certus, an fuerit rogatus de tali actu,non auditur.*

a 1 §. PRAETOR AIT, a Per istũ tex.ego dico duo notabilia,Primò † qd si notarius dicit in instrumẽto,hoc exẽplum cuiusdã instrumẽti scripti manu mei notarij,qd b licet exemplũ sit,tñ fidẽ facit.b quia notarius qui exẽplauit est de hoc instructus in instrumẽto suæ ꝓfessionis,ut hic dicit. Prætereà c nõ est maioris autoritatis originale, q istud c 2 exemplũ, ergo, &c. † Secundò dico q instrm̃ qd notarius reddit parti,nõ præsumit esse originale, sed orginale remanere præsumit apud ipsum notariũ, ex quo semp remanet 3 instructus,nisi ꝓbet se perdidisse,ut j.prox.§.Et ex hoc † sequit,qd si est uarietas inter instrm̃ datũ parti, & librũ notarij, potius est credendum libro notarij. Tertio dico ex hoc 4 † qd si notarius petat à iudice examinari testes ut possit esse certus,an fuerit rogatus in aliquo ℞ctu,qd ipse nõ debet audiri.

d audiri. d Debet em̃ de hoc habere scripturã penes se, ut hic si aliquã iustam causam habeat, quia fortè perdidit,uel simile.De hoc dixi j.de tab.exhib.l.de tabulis.

ADDITIO.

a POMA.Prætor ait.Cont.Bal. ut refert Ias. & reprobat.l.ij.C.de test.Bart. auth.si quis in aliquo.C.de eden.fuit contrarius,sequens illam opi.quam in d.auth.reprobat.l.ij.§.si dubitetur.in fi.ff.quemad.te.
b Facit.Hoc sequitur Ro.consl.cv.
c POMA.Prætered.Bar.consl.iiij.li.j.Ro.consl.clxxxvij.
d P.PAV.P.Audiri.Si tamen testes deponerent ipsum fuisse rogatum, posset de no.conficere instrumentũ, Ro. consl.cclxxiij.c.tabel.ubi etiã alle.Bal.l. C.de eden.& ibi etiam Ro.ponit an notarius posit ut falsarius puniri, si dicat se recordari fuisse roga,si postea probetur eum fuisse rogatum.

1 *Amisisse rem qui dicit casu, quando est fundamentũ suæ intẽtionis,probat.*
Perditam rem fuisse quando probatur iuramento.
Perdita res dicitur eo ipso,q, adhibita diligẽti inquisitione non reperitur.
2 *Amissam rem fuisse quando probari debeat manifestis probationibus.*
3 *Manifesta quæ dicantur in probanda amissione rei.*
4 *Amissione probata rei,quis debeat probare dolum,& quis casum.*

a 1 §. AN NEC hæredi.a No. † q qñ rem esse casu amissam, est causa intentionis alicuius,ei qui agit incumbit probatio, ideo enim argẽtarius petit sibi edi, quia dicit se casu amisisse.Opp.q ipse nõ debeat probare casum, sed alius debeat probare dolum.l.si creditor.de pign.act. C.& ibi no.Gl.ponit quatuor solut. Prima q hic est speciale. ultima,q hic rem esse casu amissam, erat causa intentionis agẽtis.Quilibet istarũ potest esse bona, recte intelligẽdo.Dico b ergo b sic, Qñq rem esse amissam,est causa defensionis alicuius,& isto casu uidendum est primò quis debet probare amissionẽ. Secundò probata amisione, quis debet ꝓbare, uel aduersarius dolũ uel culpã,uel iste casum. Circa primũ dico q aliqñ nõ probatur rem peruenisse ad eum qui conuenit, & tunc eo ipso q dicit se non habere, præsumit amisisse,nisi probetur contrariũ,creditur em̃ iuramẽto suo s.e.l. prætor.§.sed & si seruus.j. de le.ij.l.cũ ita. §. species.qd no.j.de prob.l. cũ de lege. C.cum de iur. delib.l.fi.§.sin aũt. c Ratio,c quia res deperdita dicitur eo ipso q adhibita diligenti inquisitione, non põt reperiri l.iij. §.Nerua.j.de acq. pos. Vnde cũ ille eam reperire nõ possit,rectè dicit se perdi d disse.Si uerò probat,d & rem penes se fuisse,tũc si quidẽ ipse tenebat ad exhibendũ rem officio iudicis, põt probare se eam casu perdidisse,per suũ iuramentũ,ut C. de fide inst. 2 l.fi.Si uerò † tenebat iure actionis, tũc debet ꝓbare se perdidisse ipsam rem manifestis probationibus, l. si creditor. C.de pig. act. Et eodẽ modo qñ rem esse amissam, est causa actiõis,ille qui agit debet probare se perdidisse manifestis 3 probationibus, ut hic.Sed † quæro quæ erunt istæ manifestæ probationes? ℞. Quidã sunt casus multũ manifesti,ut ruinæ,incendij,ũ, uis hostiũ, & similia, & ista possunt manifestè ꝓbari.Quidã sunt casus fortuiti,clandestini, & occulti ut furtũ,& in isto casu probabit q cõiecturas ,ut quia ostiũ fuit ruptũ,famulus aufugit,& similia,ar.l. non oẽs.§.à barbaris. de re milit.Ita no. doc.l. si creditor.C.de pig.act.quæ probationes dicent manifestę,licet ex cõiecturis,ar.j.de le. j. l. licet.ibi, euidens, &c. & de manumiss. test. l. si quis locu- 4 ples.ibi,apertissimè,&c.Secundò † uidendũ est,amissione probata,quis debet ꝓbare,an aduersarius dolũ, uel culpã uel iste,q conuenit,uel agit casum? Breuiter quidã sunt casus fortuiti,qui nõ possunt faciliter euenire absq; culpa,ut furtũ.l.cũ duobus.§. damnã.j.pro.soc.Incendiũ,j. de peric. & com.rei.uend.l.si uendita. Et in fuga seruorũ, uel aliorũ, qui debuerunt custodiri,& in istis præsumit culpa,nisi probetur casus,d.ll.& j.de cust.reor.l.pe.& fi.j. de rei uendic.l.si à bonefid.§.j.j.loc.l.si quis fundũ.§.Imper.Et hoc modo intelligendo bene dicit gl.qd hic debet probare casum,quia præsumit culpa, cũ debuerit custodire. Sunt alij casus fortuiti,q possunt regulariter euenire sine culpa,ut uis hostiũ, impetus aquarũ, & similia,& tunc ꝓbata amissione, dicto modo,præsumit casus,nisi culpa probet,j.de reg. iur.l.contractus.&j.loc.l.si merces.§.culpæ.&j.sol.mat.l.pe.in princ. Ita intelligatur quod no,C.de pig.ac.l.si creditor.

Bar.super ff.uet.

ADDITIO.

a Hæredi.Ferra.auth.si quis in aliquo.C.e.lmo.c.ij.de po.Bar.
b POMA.Ergo.Alex.consl.lviij.uol.j.
c POMA.Ratio.Fel.c.fin.iij. not. de prob.& c.sicut.uer.quinta declarat.& uer.se.de re iud.l.deperditam.ff.de pet.hær.
d P.PAV.P.Probatur.Ista distin.Bar.hic est cõmuniter approbata,Alex.hic & l.domos.pe.col.de leg.j.& consl.xviij.l.uol.j.
e POMA.Quæro.Pan.consl.xxxij.uol.ij.

1 *Instrumentum qui habuit & amisit, non potest à notario petere,ut iterum sibi det,nisi causa cognita.*
2 *Instrumenti amissi renouatio debet fieri de præcepto iudicis.*
3 *Instrumentum antiquatum uel destructũ,renouatur de præcepto iudicis.*
4 *Priuilegium antiquatum uel destructum potest peti quod renouetur.*
5 *Instrumentum uel priuilegium antiquatum, uel destructũ quando petitur, quòd reficiatur forma.*
6 *Instrumentum datum per notarium parti minus perfectum, pars potest petere ut iterum sibi detur.*

a 1 §. NEC ITERVM.a No. q † ille q habuit instrumentũ & amisit, non potest à notario petere, ut iterum sibi det.* Quia semel functus est officio suo,& ideò amplius sup̃ illo,quo functus est,intromittere se non põt.l.iudex.j. de re iud. & quod dicit illa lex, in iudice, idẽ intelligas in notario,Spec. tit. de inst. edi.§. postremò.uer. sed nunquid.Et hoc est uerũ, nisi hoc faciat causa cognita,& sic cum præcepto iudicis, quoniã hoc importat uer. causa cognita.l.iij.§.si causa cognita.j.de bo. poss.Et sĩ sit pars quæ ex hoc posset lædi, scilicet debitor,deberet citari.j.de tabul. exhib.l.iij.§.hoc 2 interdictum.l.nam ta.s.de adop.† No. ergo q renouatio instrumẽti amissi debet fieri de præcepto iudicis, aliàs non. Pro quo ar.j.ad l.fal.l.pe.§.fi.&C.de princ.agent.in reb.l. multis de damno infec.l.si fi.in prin. Vides ergo q de præcepto iudicis instrumentũ amissum iterũ debet per notarium parti reficì. Sed 3 nunquid † idem in instrumento antiquato? scilicet, qd debeat reficì si petã ipsum renouarì? Dic q sic gl.auth. de hær. & falc.§.j. in gl. quæ incipit, ar.pro priuilegijs. Et qd instrumentũ antiquatum,uel destructũ debeat renouari,probatur,quia testes & instrumenta parẽ uim obtinent.C. de fid. inst.l. in exercendis. Sed testes ex causa renouantur,ut in l. repet. l. diuus.§. j. de quæst.fm modum traditũ in auth. de test.in gl.super.uer.non habeant.in §.quia uerò multi.ergo si, &c. Item uideo q fideiussor ex causa renouat, s. qui satisdat cog.l. si ab arbitro. §.fi.ergo, &c. Et intellige semper q debet fieri iudicis præcepto, ut hic. Vides qõ instrm̃ antiquatũ 4 uel destructũ, debet reficì. † Quæro quid in priuilegijs antiquatis, & deletis, an si petam ea reficì & renouari, debeam audiri: Gl.§.j. quæ incipit, ar.pro priuilegijs. auth. de hær. & fal. dicit q sic. Verumtñ an illa gl. sit uera, hoc est uidendũ. Dicũt doc. q nõ. quia nõ utendo amittit priuilegiũ. j. de nũdinis. l. j. & sic instrumentũ in quo continebat priuilegiũ si fuerit antiquatũ & deiectũ, amittit. Item superfluis non est utendũ. j. de procur. l. non cogendũ. §. j. ut lega. no. ca. l. hæc stipulatio. §. diuus. Sed renouare istud priuilegiũ est superuacuũ, ut probabo, quia aut fuit insinuatum, & tunc oportet q de insinuatione fieret instrm̃, & sic nõ oportet q fiat renouatio, cũ per illud instrm̃ possit ꝓbari priuilegiũ ar. C. de edẽ. auth. si quis in aliquo. cũ ibi no. & C. de don. l. in donationibus. Aut nõ est facta insinuatio corã iudice, & tunc priuilegiũ est nullũ, ar. C. de apo. pub. l. j. li. x. auth. de coll. §. eos. ergo frustra fieret renouatio. Ego dico gl. illã uerã esse. Ad q facit C. de excu. mun, euidenter. li. x. de diuer. prædic. urb. l. fi. li. xj. de pala. facr. l. iij. li. xij. auth. de man. pri. §. coges C. de natur. li. l. diui. j. ad l. iul. ma. l. nõ cõtrahit. de sepu. uio. l. sepulchri. auth. de fideius. in prin. & auth. qũo. opor. epis. §. sed neq; ineruditus. C. de disc. l. nec casu. li. x. & no. j. de admi. tut. l. chirographis. in princ. & j. ad Treb. l. cũ hæreditas. ex. de fid. inst. c. fi. Et est ratio, quia priuilegiũ principis dẽt esse perpetuũ auth. const. quæ de dig. §. illud. Ia. de Bel. d. §. j.

5 de hęr.& fal.† Ergo petenti refici instrumentũ amissum uel antiquatũ, deferť iuramentũ per iudicẽ, anteq̃ à tabellione reficiat. Pro quo ĵ.e.l.quædam.§.numularios.& auth.ut spon.larg.§.hoc insuper.& auth.ut fra.filij.§.illud.& hoc iuramentũ,& autoritas iudicialis dẽt fieri uocata parte, quæ p refectionẽ posset lędi.ś.de adop.l.nã ita.C.si min.ab hęrse abst.auth.si omnes.& de aqua plu.arcen..l.in cõcedẽdo. & C.de auth.præst.l.fi.& si protocollũ extet, debet refici fm formã & substãtia protocolli, ar.C.de fid.inst. l. illatæ. & est tex.cũ gl.auth.de tabel.§.illud. §. pe. Sin aũt non extet protocollũ non debet refici, nisi saltẽ sint duo testes qui deponant de tenore instrumẽti amissi uel antiquati, & tunc fm eorũ depositionem cõficí debet, nihil ominus actor iuret, C.de fid.inst.l.ficut.& l.illatæ.& l.quædã.§.numularios.uer. cæterũ. Et sic debẽt intelligi gl. quæ loquunť indistinctè in auth.de hęr.& fal.§.ĵ.de quæstore, circa prin.ĵ.de adm.tut.l.
6 chirographis.C.de discuss.l.nec casu.† Item no.q̃ si notarius dedit instrumentũ minus perfectũ seu defectiuũ in aliquo possum petere ut iterum det,l.seq.ibi,minus plenè editũ.

ADDITIO.

a *Nec iterum,aliud in actis,ias.l.ij.C.e.uer.iiij.Bar.consl.lxj.*

LEX VII.

VELVTI SI PEREGRE.

a §. HAEC VOX.No. q̃ uerbũ iterũ,[a] pro sæpius accipitur.Opp.l.sicuti.ĵ.qui.mo.ususf.amit.& l.fideicõmissa. §.si quis decem.ĵ.de leg.iij.Dic ut ibi.

ADDITIO.

a *Iterum.Post Ias.in quantum ponit,an stante statuto, q̃ inter affines fiat cõpromissum,si primo loco non habuit effectum,debeat iterum fieri.& alle. Ro.consl.xiiij.adde Bal.consl. cccclxxxvij. iiij. lib.Et de incendio, uide quæ posui in l.j.ś.de off.præf.uig.*

LEX VIII.

VBI EXIGITVR. Op. minori nõ succurritur in dolo,l.j.C.si aduer.deli.sed in l.j.in fin.ś.e.dicitur q̃ minori succurritur,ergo &c.Sol.ut in gl.l.No.aduersus latam culpam bene succurritur minori. Item aduersus dolum præsumptũ succurritur, nõ aũt aduersus dolum uerũ. Item intellige qđ succurritur aduersus dolũ præsumptum, scilicet si in præteritum,non aũt futurum,l.auxiliũ.in prin. ĵ. de min. &Dy.l.j.§. nunciatio. el.j.uer.aduersus.ĵ. de oper. uo. nunc.nisi de præsenti damnum peteretur minor, quia tũc etiam aduersus dolum præsumptũ de futuro bene succurritur minori, ut seruetur illius, ut dixi tibi in l.j.§.j. circa fi.§.nunciatio.ĵ.de op.no.nun. Vide etiam latè quæ dixi in l.minor etiam si quasi.ĵ.de mino.

LEX VIII.

1 *Citatus personaliter inuentus tacens,an dicatur fictè uel uere contumax.*
2 *Minori aduersus latam culpam succurritur.*
Aduersus dolum præsumptum quomodo succurratur minori.
3 *Minor & mulier an possint post didicita testificata testes producere.*

1 VBI EXIGITVR.Hanc legẽ inducit Iac.But.q̃ † citatus,& personaliter inuentus tacẽs, dicatur fictè cõtumax,non uerè.De quo gl.sunt contrariæ l.ex consensu.§.fi.ĵ.de appel. & dic ut ibi Dy. opp.quia minori non succurrit in dolo,l.j. C.si aduer.delic.Sed in l.j.ś.eo. dicit q̃
2 minori succurrit.Gl.sol.no.† quã no.q̃ aduersus latam culpam bene succurritur minori. Itẽ aduersus dolũ præsumptũ, quia nõ præsumitur minorẽ esse in dolo nisi de dolo constet.l.dolus.ĵ.man. Et ut non præsumatur, intellígas q̃ aduersus dolum præsumptũ succurritur in præteritũ, scilicet in eo qđ factũ est per eum, non præsumitur dolũ intercessisse,nisi constet.in futurũ uerò,scilicet qñ in illis quæ agẽda sunt p minorẽ, possum[b] præsumere ipsum dolũ posse cõmittere, certè potest præsumi. l. auxiliũ.ij. tñ.ĵ.de min. &Dy.l.j.§.nunciatio. uer. aduersus.ĵ.de oper.no nun.Iuxta
3 istam gl.† quæro,si est de iure,q̃ post didicita testificata nõ potest quis testes ꝓducere,C.de probat.auth. at qui semel. Pone q̃ est minor,uel mulier,nunquid post didicita testificata poterit postea testes producere.Et uidetur q̃ nõ, quia ratio prohibitionis est præsumptio doli, uel timor subornationis.Sed minori,& mulieri non subuenitur in dolo,ut hic,aliàs secus,ergo &c.Item quia in minore est curator, aliàs iudiciũ non ualeret. C. qui dar.tut. posſ.l. in uniuersis. C.qui le.pers.per totũ. Cum ergo curator uel tutor post dicita testificata nõ possit testes producere, auth.de testib. §.quia uerò multi sæpe.ergo,&c.Iac.dicit,non obstare contrariũ,quia uerũ est qđ minori, uel mulieri nõ subuenitur in dolo,ubi certũ est de dolo,sed ubi est præsumptio,quod dolus absit in muliere, & minore, & sic cessat præsumptio doli,gl. est casus,l.in minore. ĵ. de min.l.minor.xxv.ann.omissam.& C.de ijs quib.ut ind.l.minorib.& in mulierẽ ĵ.ad Turp.l.j.§.accusationẽ ad illam l.j.§.impubes.l.iiij.§. si quis ignorans.eo.tit.de iure fisci.l.j.in fi.Ergo cessat impedimentum productionis. ĵ. de iure.pa. l. adigere.§.quamuis.Nec ob.gl. quæ dicit, q̃ minor præsumitur in dolo, C. si min.sema.di.l.pe.quia minor asserit se maiorẽ,præsumitur in dolo.quia mentitur,q̃ ideò apparet, quia postea probat se ero nẽ dixisse.Sed hoc ad supplendum quod non fecit, nõ præsumitur in dolo, nec ex qualitate facti præsumitur ita dolus,sicut ibi. De hoc uide ꝑ me.ĵ.de mi.xxv.an.omissam. Et ita istud dictum Ia.intelligas.

§. IS AVTEM.Inspicit quantùm ab initio interest. Primò quæro exempla de diminutione. Dic ut in gl. Op. q̃ interesse in cõtractibus bonæfidei inspicitur usq̃ ad sententiã, in contractibus uerò stricti iuris usq̃ ad litẽ contest.l.iij.§.in hac.ĵ. cõmod. Sol. Dico quod hic inspicit usq̃ ad sententiam.Sententiam aũt appello,qñ iudex præcepit q̃ edat, & sic concordat cum contractibus bonæ fidei. Et si tu dicis,qũo,imò ista actio est stricti iuris:nã lex cõtraria loquitur in ijs quæ petuntur iure actionis, & ideò incipit interesse à tempore morę,& crescit usq̃ ad litem cõtest.ut ibi. Hic uerò in his quæ petunť iudicis officio, in quo casu nulla dicitur præcedere more, donec iudex præcipiat.l.cũ postulassem.in prin.ĵ. de dam.infe.ideò inspicit tempus quo iudex præcepit.Ita uult dicere gl.hic.Vltramon.aliter dicit ut dixi in l. cõtraria. Tu dic quod ille §. aliter intelligitur,q̃ de tempore usq̃ ad id quod crescat interesse,ut ibi dixi. Tamen quo ad intellectũ illius l.debes scire, q̃ qñ interesse uenit iure actionis, semper inspicit quantũ interfit ab initio, cũ cõmittitur mora,l.fundum.Cor.ĵ. de nou.dixi in l.uinũ. ĵ.si cer.pe.Sed hic petitur iure actiõis,merito inspicitur,initium,quod est qñ contempsit officium iudicis, cõtraria loquuntur,qñ interesse uenit officio iudicis mercenario.

LEX IX.

1 *Officium iudicis cessat quando habet locum actio ordinaria.*
2 *Deponens pecuniam penes numularium,uel pignus apud usurarium,uidetur mandare,ut conficiat rationes,& talis edit officio iudicis.*
Vsurarius cogitur ad edendum libros rationis.
Numularius etiam hodie cogitur edere libros rationis.
Libris numlariorum hodie non adhibetur tanta fides,sicut olim.
3 *Instrumenta petens sibi edi quo iure petat.*

1 QVAEDAM. Qui cõfecit rationes ex necessitate prącedentis contractus, uel quasi, cogitur illas edere a
ctione ex eo cõtractu,non ex hoc edicto. † No.quòd qñ habet locũ actio ordinaria,cessat officiũ iudicis,& actio in factum. Opp.& uidetur qđ ista lex destruat totam materiam.Nam ubi est mandatũ, cessat hoc edictũ:sed in l.si qs. §.pertinere.ś.eo.dicitur q̃ istud edictum nõ habet locũ nisi rationes sint confectæ,me mandante.sed si me mandãte, sunt confectæ, non habet locũ ut hic. Gl. signat istud cont. in l.i.§.officio.de tut.& ra.dist.nec bene declarat.Dicfm qđ dicebat Nic.de Mat. Iac. But.mandatũ debet esse gratuitũ. l.j.ĵ.mãd.Vnde si rationes conficiantur à procuratore, qui sponte suscepit mandatũ,habet locũ actio mandati. Sed si consiciant rationes ab argentario,qui hoc facit ex necessitate officij,l.argentarius.ĵ.respon.ĵ.eo.non dicitur mandatum quia non gratuitũ. Idem si conficiatur instrumentũ à notario,quia facere tenetur de necessitate officij.l.pe. C.de defen.ciui. Et ita loquit.§.pertinere.& dicunt prædicti doc.
2 † q̃ eo ipso qđ quis uadit ad argentariũ, seu numulariũ, & apud eum deponit pecuniã, uel aliquid aliud cũ eo geri
a t,uidetur sibi mandare,[a] q̃ de hoc rationes conficiat, propter cõsuetudinẽ.l.uel uniuersorũ.ĵ.de pig.ac.& l.Titianus. ĵ.quod cũ eo.Et idẽ dicemus in usurarijs quib. scholaris dat pignus.Nã eo ipso uidet sibi mãdare q̃ de hoc rationẽ cõficiant,nec tñ inde oriať actio mãdati,quia nõ est mãdatum gratuitũ,sed magis fit ex necessitate officij, ut dixi. Et
b sic[b] isti mercatores & nũmularij hodie etiam usurarij possunt cogi nobis edere librũ rationũ sicut olim,quia eadẽ ratio est in usurario.exẽ.de usu.c.j.§.pe.in cle.Nõ tamẽ per hoc dico q̃ tãta fides.adhibeať libris eorũ hodie, quãta olim, ut dicam statim.ĵ.ea.l.§.nũmularios.sed dico q̃ debeãt cogi hodie nũmularij nostri tpis, qui ex consuetudine rõnes
3 cõficiunt,sicut olim.† Pro declaratiõe materię,& gl.hic positæ dic breuitèr sic, Qñ aliqs petit sibi edi instrumẽta, quo
d iure petere debeat.Dic aut prætẽdit interesse ratione dñij,[d] & petit actione ad exhibendũ,ĵ.ad exhib.l.iij.§.sciendũ.uel actione fam.hær.si dicit instrumentũ esse suũ pro parte hęreditaria,ĵ.fam.hæ.l.si quæ sunt cautiones.& C.e.l.procurator.Aut prętẽdit aliud interesse q̃ dñij,tũc si quidẽ sunt instrumẽta ptinẽtia ad cõtractus,& ad actus inter uiuos, tũc aut sunt cõfecta ex necessitate alicuius ꝑctus, uel quasi cõtractus præcedẽtis,& agiť actione descẽdente ex eo cõtractu,uel quasi,ut hic.& l.j.§. officio. de tut. & rat.dist. Si uerò talis ꝑctus nõ præcesserit,tũc aut ille qui illa instrumẽta uel ratiões habet,ea cõficit,me mãdante tacitè uel expressè ex natura alicuius officij,& cogiť mihi edere per hoc edictũ.l. prætor.in prin.ś.e.& l.si quis ex argẽtarijs.§.pertinere.& ĵ.e. l.§.nũmularios.& exẽ.de usur. c.j.in cle. Aut hæc nõ fecit me mãdante, sed alio modo apud eũ sunt cõfecta,tũc si quidẽ apud aliũ me mãdante sunt cõfecta,ita q̃ ad me ptinerent, possum petere q̃ mihi edanť,ut ibi actione in factũ.ut ĵ.ea. ĵ.§.is aũtẽ.uer.q̃ si nihil dolo.Sinautẽ me mãdante cõfecta nõ fuerũt,sed in eis aliqua mea utilitas cõtineť, tũc aut qs petit hoc ab extraneo sibi edi,& non põt petere,l.si quis ex argẽtarijs.§.pertinere.ś.e.Fallit in fisco.l.iij.ś.e.Aut hoc petunt inuicẽ actor & reus,& tũc recurre ad distinctionẽ quã uidisti in l.j.§.editiones.ś.e.Aut actor petit à reo ad fundãdam suam intentionẽ,aut ad eam coadiuuandam,aut ad suam exceptionẽ,uel replicationẽ fundandam. Dic ut ibi dixi.Si uerò sunt instrumenta pertinẽtia ad ultimas uolũta.tunc peterentur per interdictũ de tabulis exhibẽ.uel per edic.quemadmodum test.aper.ut hic in fi.gl.

ADDITIO.

a *Mãdare.Bar.consl.cclxiij.ij.lib.Mod.Ferra.in l.j.ff.de edẽ.ubi uidẽtur destruere per tria fundamenta doctrinam Bar.hic.Ant.Rube.Alex.*
b *POMA.Sic.An propter consuetudinẽ,quis teneatur edere melius q̃ alibi. Are.et Dec.ĩ sua rep.c.j.de,pb.uer.fallit.v.Pau.cõs.xlij.i j.uo.Fel.c.j.de,pb.*
c *POMA.Declaratiõe.Dec.in prim.in uer.in tex.ibi,qui reprobat. Bar. hic, in uer.finautem.Vide Alex.consl.lviij.uo.j.*
d *P.PAV.P.Dominij.Licet enim instrumentũ, uel aliqua scriptura ad aliquem pertineat,& sibi tradi debeat,non tamen dicitur sua.Com.consl.xlij.*

1 *Heres utitur iure defuncti.*
2 *Beneficiũ huius edicti directũ non trãsit contra singularem successorem.*
3 *Notarius potest delegare rationes & protocolla & etiã uiuus alij donare.*
4 *Notarius impediť põt facere ut alius sumat instrumentũ de ꝓtocollis suis.*
5 *Hæres emolumentum quod percipit ex protocollo,antequam illud tradat legatario,debetur ipsi legatario.*
Protocolli rõne qđ ꝓcipitur nõ est in fructu,& sic nõ debetur fructuario.

a §. NIHIL INTEREST.[a] Hoc edictũ habet locum in
b successores uniuersales argẽtarij,licet eiusdẽ professionis nõ sint,tamẽ secus in successoribꝰ[b] singularibꝰ, sed
1 ad eos in subsidiũ recurreť utili actione. †No. qđ successor notarij cogiť edere protocolla,sicut ipse notarius. Secũdò
2 no.q̃ hęres debet oĩno fungi iure defuncti. †Tertiò no.qđ beneficium huius edicti directũ non transit contra singularem successorem,sicut nec cæteræ actiones
* *Personales.l.j. §. si hæres. ff. ad Treb.* personales, *Dy.l.fluminũ. §.adijcit. ĵ.de dãinfec.& exẽ.de reg.iur.c.is qui in ius.li. vj.Sed si actio esset realis,tũc successor singularis teneretur tanquã possessor,non tanquã succes
3 sor,l.de eo.in fi.ĵ.de exhi.† Item no.q̃ notarius uel argẽtarius potest legare ratiões, & protocolla sua alij,& põt etiã uiuus donare.Quod est magis notat hic in tex.ibi,nõ ma
c gis q̃ si ei uiuus eas donasset. Et sic facit,c † q̃ notarius uí
4 uens potest facere q̃ de suis protocollis sumať instrumen
d tum per aliũ. [d] Quod puto uerũ,si est impeditus longo iure pedimẽto,ita q̃ nõ possit ipse in publicã formã edere,impedie absentia,uel infirmitate,ar.l.j.ś.de off.eius cui mãd. est iur.& l.si longius.in prin.ĵ.de iud.& de ua.mu.l.pe. & authẽt.de tab.per tot.c.cũ.P.exẽ.de fid.inst.Spe. ti.de fid.inst.§. instrumentũ.uer.itẽ opp.l.fi.§.finautẽ.C.de iur.delib.& l.duus.§.item.ĵ.de fal.Vlt.no.q̃ legatarius potest cogi in subsi
5 diũ.Secundò quæro † iuxta istam l.quid si hæres ediderit antequã legatario traderet,q̃ potuit,ut hic,an cõmodum, quod exinde perceperit,teneať reddere legatario?Sic.l. He
6 rennius.ĵ.de usur.& C.de usur.& fruc.leg.per totũ. † Sed utrum illud quod ex illis protocollis percipitur,dicatur fructus,& sic pertineat ad fructuariũ.Dico breuiter q̃ nõ,quia ille non est fructus[e] rei, qui semel tantũ ex re percipitur.l.diuortio.§.si uir.sol.ma.& in cursu tẽporis nõ renascit, ut ibi. Sed iste fructus,qui semel ex protocollo percipit, nõ renascitur,quod probo,Instrumentũ semel editũ non debet iterum edi,nisi probetur,casu perditũ.l.si quis ex argentarijs. §.prætor ait.ś.eo.Casus autẽ perditionis non est expectandus.l.inter stipulantem.§.sacrã.ĵ.de uer.ob. ergo,&c. Sed si essent tales scripturæ ex quibus fructus percipiatur sæpè & sæpius, ut ex petijs glossarum,& aliorum scriptorũ, uel ex libris statutorum,& aliarum reformationum,& similium, tunc dicerem esse in fructu.

ADDITIO.

a *Interest.Fel.c.fi.j. no.de prob.*
b *Successoribus. Adde post Alex.& Ias.inquantum uolunt, quod appellatione successoris,nõ ueniat singularis,nisi dictũ sit,quibuscũq;. Quod tamẽ si quis accipiat feudũ pro se & hæredibus,& successoribus suis quibuscunq; etiã incapacibus,q̃ spurij,nec legibus,nec moribus improbati, succedẽt,dato etiam q̃ esset cõsuetudo regia,quod incapaces possint retinere feudum per annum,& incapaci reddere.Bal.consl.lxxj.j.lib.*
c *P.PAV.P.Facit.Fel.c.inter.de fid.inst.*
d *Alium.Pet.de Anch.consl.ccxliij.Bal.cõs.xxxv.ij.lib. & cõs.ccccxlij. iiij.li.*
e *Fructus.Bar.consl.cliij.*
1 *Nũmularij tenentur edere,licet de ipsis in edicto non fiat mentio.*
Omnes tenentes apothecas & uendentes & rationes conficientes tenentur edere.
2 *Libri mercatorum & aliorum conficientium rationes,probat contra eos pro tertio,& contra tertium faciunt semiplenam probationem,pro se probant quando continent capitula se inuicem contingentia.*
3 *Libri gabellarum,& receptoris collectarum,ac aliorum publica autoritate receptorum probant.*

§. NVMMVLARIOS. Ad euidentiã dicas qđ olim erant quidam argẽtarij,qui nõ tractabãt nisi monetã argenti,quidã erant nũmularij,qui tractabãt omnem monetã,& isti uocabãtur nũmularij.Et breuiter hoc intendit.Nũmularij cogũtur edere suas rationes, sicut argẽtarij
1 cadẽ ratione.h.d.No.† q̃ licet de nũmularijs nõ dicat in e
dicto prætoris,tñ ipsi cogunť edere, quia rationes cõficiũt sicut argẽtarij. Idẽ in mercatoribus,& cãpsoribus nostri tẽporis & in usurarijs,& in stationarijs,qui libros ad uẽdendum cõficiunt,ut rationes edere coganť,ut dixi ś.eo.l.j. in
a prin.Sed quæro,[a] an libri istorũ † faciant fidem hodie,sicut
2 olim.Gl.hic disputat multũ bene,finaliter determinat q̃ fi
b dem faciunt cõtra [b] eos,nõ pro eis.Sed an pro alio,uel aliũ illi libro credať.gl.nõ tangit,puto q̃ hodie isti libri pro uel
c cõtra tertiũ faciant semiplenã [c] probationem,& ista est illa priuata scriptura,de qua dicit gl.in l.admonendi. ĵ.de iure iur.& l.bonafid.C.de reb.cred.Et ita tenet Nic.de Mat.& Ia. But.quod puto uerũ,nisi talis mercator esset suspecta persona.ar.ś.eo.l.si quis.§.j.Sed aduertendũ est, qa innuit ista gl.qđ olim credebať istis libris rationũ pro se.Quod uidet mirandũ,qa cõtra l.exẽplo.C.,pb.& quia notarij,q̃ hñt officiũ ex publico,nõ põt facere instrm̃ pro se.C.de his qui sibi adscr.in test.per totũ. & ĵ.ad l. Cor.de fal.l.de eo.& l.diuus. Vnde puto q̃ nec eis olim credebať,ꝑ se,nisi quatenus illa rõ cõtineret capitula sibi inuicẽ cõtingẽtia, ita q̃ nõ posset

pro parte acceptare,& uti pro se & pro parte repudiare,&
3 non uti cõtra se.l.Publia.in fi.ff.depos.Vlt.no.† bene rationem huius gl.q̃ ideò libris eorum stabatur,quia autoritate publica eligebantur,& ideò dico,q̃ in scripturis eorum qui eliguntur ad recipiẽdas gabellas,uel collectas autoritate publica,posito quod non sint publicæ, est standũ eadem ratione,qua hic.Idem dico de stationario si autoritate publica eligeret,ut eius liber faceret fidẽ.ff.l. ,px. in princ.

ADDITIO.

a *Quæro.Frid.cons.xix.ad fi.Pan.cons.xxxiiij. uo.iij.Fel.c.j. de prob.& c. seq.Rom.cons.ccv. Fel.c.cum causam.de prob.But.cons.xxxvij.Barb.rub. de fid.inst.*

b *Contra.Ro.cons.cccl vj.an ualeat statutum,q̃ libris mercatorum detur fides,Bal.indecisum reliquit,cons.cccl xxv.iiij.lib.*

c *P.PAV.P.Semiplenam.Barb.in rep.rub.eẽ.de fid.inst.& paulo post,ibi, capitula.Fel.c.ij.de fid.inst. Alex.cons.cxxxvj.uo.ij.Com. cons.vj.*

Pro concordia aduerte,q̃ si epistolam tibi missi,uel in libro meo scripsi, me recepisse à te una die xv.alia diẽ aliam summã,an posis tu acceptare illam epistolam,uel librum inquantũ facit pro te,& nõ inquantũ facit cõtra te. Bar.uoluit q̃ sic.l.Aurelius.§.idem quæsijt.uer.quæro.ff.de lib.le. intelligẽdo l.Publin.in fi.ff.depos.Cont.hic.hic §.si bene,inspiciatur,non contradicit. Nam ubiq; sensit,aut sunt separabilia capitula,& procedat.j.opi.aut non sunt separabilia,& procedat secunda opi.Et ita intelligit.d.l. Publia. & hanc l. quædam.in fi. Adde ad cons.Bal. cccl vij.lib.j.ubi colligi potest alia solutio subtiliter intuenti, scilicet, an fuerit acceptum in totum, quod ibi continetur uel non, &c.

LEX X.

1 *Edere omnes qui autoritate publica gerunt officium,tenẽtur sicut tertius.*
2 *Notarius pro imbreuiatura instrumẽti,& extẽsiõe,licitè accipit pecuniã.*
Notarius petit officio iudicis,ut sibi salarium constituatur.
3 *Notarius si in protocollo dicit,talis uendidit tali pro tali precio, præsentibus testibus,&c.alius notarius extrahens illam imbreuiaturã potest illam complere,& extendere iuxta consueta.*

ARGENTARIVS.Argentarij & omnes qui gerũt officium publicum,cogũtur suas ratiões edere.No. q̃ scripturæ istorum faciunt cõtra tertium,& pro ter
1 tio.No.† q̃ idem ius quod est in argentario,est in omni eo, qui autoritate publica gerit officiũ, per quod rationes cõficiat.Quæro,qui sunt isti similes? Gl. ponit exemplum in nũmularijs & notaris.Tamen notarij non edunt,nisi acce-
2 pta pecunia.Sed † quæro utrum licitè notarij accipiant pecuniam?ꝛ.sic tam pro protocollo,siue abbreuiatura, quã etiam pro extensione,cum in publicũ redigitur.C.de prin. agen.in reb.l.fi.circa mediũ.Aduerte tamen,quia licet non teneatur restituere,nisi accepta pecunia,tamen habet officium iudicis per quod possit impetrare,ut sibi cõstituatur salarium.l.j.§.j.ff.de uari.& extraord.cog.Possemus fortè dicere,q̃ hodie per consuetudinem,quæ est,ut sibi detur pecunia,uideatur hoc tacitè agi,ar.l.excepto.C.loc.& de agri.
3 & cẽ.l.domini.Vnde posset agere fortè utili ex locato.† Itẽ no.ex eo quod dicit,absimiles,quia dicit Frãc.Accur.q̃ dominus Accur.alleg.in quadam causa uerum dixisse, quod quando tabelliones ponunt in abbreuiaturis hoc modo, Talis uẽdidit tali pro tali precio, præsentibus testibus,&c. q̃ ibi intelligit q̃ in charta debet uel solet apponi, ut q̃ilibet alius tabellio illã abbreuiaturã implere possit,& eã cõplere dicto modo,propter uerbum quod est in abbreuiatura, dũ dicit,&c.h.d.ex hoc uerbo,&c.qa cõprehẽdit cætera similia,cũ per hoc intelligant omnes alij contractus iuris gent. qui non sunt in suo proprio nomine.ff.de lib. & posth.l.iij. §.ij.l.Gallus.§.j.& §.nunc de lege.eo.tit.& ibi Dy.

1 *Libri uel instrumenti particula,quando sit edenda & sufficiat.*

1 §.EDI AVTEM.ª Non debet edi totus liber,sed tota ratio,sed prout pertinet ad petentẽ. h.d. No.partẽ necessariam tantùm edi cõt.ff.eo.l.j.§.pe.Sol.† Q̃ilibet officialis publicus dat alicui scripturas tanquã ad eũ pertinẽtes,& tũc potest edere particulam ut hic,& ita obseruat de cõsuetudine,cũ datur particula testamẽti legatarijs. Doc.l. fi.C.de prec.imp.of.Et illa particula sufficit legatarijs, cùm plus nõ debeant habere.Q̃ilibet edit quis scripturas ad probationẽ iuris sui,& tunc quædã est editio quæ fit iudici,& tunc deberet edere in totũ,aliàs nõ ualet.l.j.§.pe.ff.e. & l.inciuile.ff.de leg.Quędã est editio quę fit parti,& tũc ei nõ debet edi,nisi illud capitulũ,qd̃ spectat ad ꝓpositũ, qd̃ faceret pro se,uel cõtra se,ar.hui⁹ §.& exẽ.de fid.inst.c.cõtingit.& ibi ꝑ doc.& exẽ.de priui.c.cũ ꝙsonę.li.v.Et de hoc dixi super rub.de ope.no.nun.Sis ergo cautus,si est unũ instrumentũ continens multa capitula,ne facias fieri copiã alteri parti, nisi de eo qd̃ pertinet ad id,de quo agit̃. Quod sæpè accidit in inuẽtarijs,& alijs similibus instrumẽtis. Sic fit hic in libro,seu instrõ Archiepiscopi, qd̃ habet multa capitula, & illis de castello daẽ capitulũ,qd̃ de sua pace tangit.Et ita uidi i pace Archiepiscopi obseruari de facto,& dic ut ibi dixi.

ADDITIO.

a *POMA.Edi autem.Limita istũ tex.dum dicit, à capite edi debet, ut per Alex.rub.ff.sol.mat.Abb.cons.xxv.uo.j.*

1 *Probationes non curante iudice,quo iure contra eum succurratur.*
2 *Edere qui noluit, quia non est soluendo, quando ex clausula generali restituatur.*

§.CVM AVTEM. Ista actio daẽ ad interesse,qd̃ possibile est,ꝑbari i secũdo iudicio,licet in primo nõ potue-
1 rit.h.d.Quæro quo iure† succurraẽ ꝑ decẽ,qui ꝓbationes nõ curauit.Gl.dicit,actione in factũ,ex quali maleficio.Quod est uerũ,si iudex malam sententiã dedit, de pro-
2 bationibus nõ curãdo.Si uerò uolentẽ probare nõ admisit,& puto q̃ teneẽ cõdictione ex l.qñ.C.de test.† Quæro qd si iste qui noluit edere,nõ est soluẽdo?ꝛ.ex clausula gñali
a debet restituí aduersus primã sententiã,ª cum iusto impedimento fuerit impeditus probare,ar.§.de eo per quẽ fac. est.l.fi.circa prin.& Inn.c.præterea.de dilat.

ADDITIO.

a *P.PAV.P.Sniam. Cõ.cõs.lvj.Alex.l.j.§.editiões.hoc ti.ubi declarat hãc q.*

LEX XI.

1 *Mandatum procuratoris editur cum die,& consule.*

EXEMPLA. Istam legẽ intellige q̃n exẽpla edunt̃,ut quis deliberet an faciat pro se uel pro aduersario,& cõtra se,secus si petit exemplũ,ut possit ꝓbare.ut q̃n quis petit instrumentũ à notario,uel rationes ab argentario,tũc debet edi,ita q̃ ꝓfectò edaẽ & probeẽ,aliàs edi nõ uidet.l.ueluti.i prin.ff.eo.Et ideò instrumentũ,ꝓcuratoris de-
1 bet edi ꝓfectò cũ die & cõsule†& subscriptione.Nõ enim solùm editur,ut qs deliberet,sed ut ex eo possit probare ꝑ principalem si obtinuerit,ne per aduentũ procuratoris eius cõditio fiat deterior.l.ij.§.defendi.j.ex quib.cau.in possessorio.eat.

LEX XII.

a FOEMINAE.ª No.q̃ fœminę sunt remotę ab officio. j.de reg.iur.l.ij.& l.in multis.ff.de sta.ho. Opp.l.j.C.eo. Dic utibi,&c.

ADDITIO.

a *Fœminæ.Imo.cons.cxxxiij.in fi.*

LEX XIII.

HAEC ACTIO. Opp.gl.inuit q̃ ista actio fit ex delicto,cũ nõ deẽ ꝑ hæredẽ.Sed cõt.q̃a daẽ de peculio.l. prætor.§.j.ff.e.ergo non ex delicto.l.j.§.cũ seruus.j.de ijs q̃ deie.uel effu.Sol.Quidã dicunt istã esse anomalã.Alij dicũt q̃ licet ex ꝑcto tñ est spãle,q̃ nõ deẽ ꝑ hęredẽ,sicut in l. si eũ.§.q̃ iniuriarũ.ff.tit.ij.Jac.But.dicebat q̃ officiũ iudicis, quo qs cõpellit̃ edere, causaẽ ab æquitate quæ insurgit ex actu quẽ gerit autoritate publica.l.argẽtarius.ff.rñ.ff.e.& ideò põt cogi ad edendũ dñs,& pater,& ex hoc dicit̃ teneri de peculio.Actio aũt quæ daẽ ad interesse,quia nõ edit,est ex delicto,& illa nõ daret de peculio,& nõ trãsit in hæredẽ.

a *Depactis.ª Tit. XIIII.*

POSTQVAM editus est libell⁹,de quo dixi in ti.præcedẽti,q̃ncꝙ facit actor pactũ gratuitũ reo, iõ ponit̃ rub.de pac. Q̃ncꝙ inuicẽ trãsigũt, ideò sequit̃,de trãsac. Q̃ncꝙ inuicem nõ põt esse cõcordia,ideò est necessariũ,q̃ litiget̃,& partes quærãt sibi aduocatos & procuratores.Ideò in seq.lib. ponitur de postulando,& subsequenter de procuratoribus.

ADDITIO.

a *De pac.Bap.de san.Seuer.dicit,q̃ pactum dicitur à percussione palmarũ. ut hic gl.& Cõ.cons.t.clxxxij.& Bal.de Perus.de pact.*

LEX I.

1 *Dictio,naturalis,relata ad finem,uel relationem,semper intelligitur de iure naturali gentium.*
2 *Copula quæ cadit inter duo, quorum de necessitate ineſt alteri, tunc cadit inter diuersa,& illa duo in unum resoluuntur.*
3 *Pactum per quod promittis mihi, quòd dabis Titio decem,quem effectum habeat.*

VIVS edicti. Hic incipit materia subtilis & bona. Et in hoc principio primo ponit edictũ,secundo eius determinationẽ,tertiò definitionẽ.Secunda ibi;pactum.Tertia ibi,est autem.Dicitur hic,q̃ hæc æquitas est naturalis.Cont.ius naturale est,qd̃ congruit omnibus animalibus,sed pactũ non cõgruit animalibus, ergo, &c.l.j.§.ius naturale ff.de iust.& iur.Sol.Dic pactum natura
1 le, id est, naturali ingenio inductũ. Tu dic,† qd̃ q̃n ad fidẽ uel rationẽ hæc dictio,naturalis,refertur,quæ nõ congruit nisi soli homini, tunc semper intelligitur de iure naturali, hoc est, iure gentiũ,ut hic,& l.oẽs.& l.ius ciuile.de iust.& iu. Secundò opp. qd̃ magis cõuenit homini colere Deũ. Sol. Dicit gl.qd̃ est hyperbolica locutio, hoc est quidã excessus in loquendo. Opp.,qd̃ male ponit hic deriuationẽ. Dic ut in gl.item opp.j.de polli.l.j.Sol.In pollicitatione sufficit cõ

* *Consensus. Vnius expressus, & alterius cõtrahentis tacitus, q̃ æquiparatur expresso, & hoc quãdo rei traditio ni pactũ adijcitur, qd̃ in pollicitatione non attendimus.* I. Con.B.

sensus unius tantũ , in pactis requiritur consensus* pluriũ, ut hic. Item opp.qd̃ male dicatur hic,placitũ, & consensus,cũ copula debeat cadere inter diuersa.de iur.& fact.ig. supra rub. & l.j. sed hic cadit inter eadẽ, ergo malè.Sol. Gl. dicit, qd̃ hic est figura, & exponit
a placitum & consensus,id est placitus ª cõsen
2 sus.* Ex quo not.† qd̃ quandocũq; copula cadit inter duo, quorũ unum de necessitate ineſt alteri,tunc illa duo resoluuntur in unũ, sicut adiectiuũ alterius,hoc modo placitum & consensus, id est, placitus consensus, ut in Vergilio,Arma uirumq; cano, id est, armatũ uirum.Et simile no.in l.ubi pactũ.in gl.j.C.de

* *Cõsensus. Imò inter placitum & consensum, magna differẽtia est:nam qui inuitus consentit, nihilominꝰ cõsensus est, tamẽsi alioq; cõsentire sibi nõ placeret l.si mulier. §. si metu. ff. de eo quod met. cau. Ergo adiecit hic IurisCõ.placitus, ut ostenderet cõsensum coactũ esse non oportere.*I.Con.

transac.Venio b ad quandam gl.quæ est hic. Quærit gl.quid si tu,& ego,facimus pactum, qd̃ Sempronius det Seio decem , uel qd̃ det uni nostrum. Dicit gl. qd̃ non est pactũ. Sed si facimus pactũ, quod unus nostrũ det cuidam tertio, bene est pactum, licet quandoq; 3 non habeat efficaciam. † Pro huius declaratione debes scire, quod est reg.tradita à maioribus nostris,quod quęcunq; geremus, ni si in persona nostra sumãt initium, inutilem actum efficiunt.l.quæcunq; j.de act.& ob.Secundo debes scire, q̃ ut uerbũ promitto, aliquid importet,requirit personã promittentem,& personam cui promittitur.Iste ergo actus promissionis totalis in quacunq; parte si non assumat initiũ ex persona nostra,actũ efficit inutilẽ. Si ergo ego dicerem tibi, q̃ Titius promittit,nõ ualet aliquid. Item si tu diceres mihi,quod tu promittis Titio,non ualet aliquid, nisi mihi promittas, quod Titio dabis,l.stipulatio ista.§.si quis insulam,& ibi no.j.de uer.ob.& l.quæcunq;.de act.& ob.Item si promittis mihi,quòd Titius dabit,uel faciet, nihil ualet, qa istud tertium,hoc est,res quæ promittitur, nõ assumit initiũ in persona nostra,& ista tria uoluit dicere principiũ gl.Sed quando tu promittis mihi, q̃ dabis Titio , actus totus in persona nostra initiũ sumit; licet terminet in persona tertij . Promittis enim q̃ tu dabis Titio,& ideò isto casu pactum est,licet quandoq; habeat effectum quandoq; non.Hoc uoluit
* dicere gl.Vides igitur q̃ ualidum est pactũ. Sed an habeat
4 effectum uideamus,† Si quidẽ mea interest q̃ illi tertio de-

tur,ualet sine dubio, d.l. stipulatio ista. §. alteri. & §. si quis insulam. Si mea non interest, uidetur q̃ non habeat effectum.* ab initio,sed pro tanto di * *Effectum. Cõt. l.seruus. ff. de ser.expor. l. fi pul.ista. §. alteri. de uerb. ob. sed Bar. sententiam defendemus,in contrarium bo.fi. in quibus id duxaxat præstandũ est, quod ad terũ alteri ex bono & æquo præstare conuenit,l. consensu. in fin. ff. de act. & ob.*
citur esse pactũ,quia superueniente interesse infirmabit.ar.l.quãuis.§.si mulier.j.ad Velle. & l.stichum.§.aliqñ.j.de sol.& no.gl.j.mand. l.si remunerandi.§.si tibi.& gl.super uer. non intererat.Hoc etiã tenet Gul.& Cy.in l. pacto successorum.C.e.Sed cont.quia semper uidetur mea interesse, nam si tu ,mittis mihi , q̃ dabis Titio , perinde est ac si facerem Titium meũ procuratorẽ ad recipiẽdum , & possum postea illum Titiũ prohibere , sicut procuratorem meum.l.si cùm Cornelius.j.de sol. ꝛ.illud uerum, qñ tu ,mittis mihi te daturũ alteri id, q̃ ante erat meũ,uel mihi debitũ,tunc uideor illũ adhibere tanq̃ meum procuratorẽ, quia adhibeo super negotio meo . Sed qñ tu promittis mihi te daturũ Titio id , qd̃ non est meum,neq; mihi debitum,nõ potest dici q̃ ille sit meus procurator uel negotiorum gest.& ideò hæc stipulatio non ualet, nisi superueniat interesse,d.§.si quis insulam.

ADDITIO.

a *Placitus.Adde post Ias.quotuplex sit pax,& an sit stricti iuris, Bald.cons. lviij.j.lib.& an per cohabitationem simul factam,præsumatur iniuriæ remissæ,cons.cccc vj.ij.lib.Cæp.cons.xvij.*

b *Venio.No.q̃ quando uerba obligatiua,executiua,referuntur ad tertiũ qd̃ tũc pactũ non ualet,est opi.cõmunis, licet gl. l.quæcunq;.j.de act.& ob.et l.j.C.per quas pers.nob.acq.& l.qui pro procurat.j. de procur.uideantur innuere cont. Et pro eis uide l.j. C.per quas pers. & Bar.l.stipulatio ista. §. si stipuletur.& ibi Raph.tenet cont.per l.si tibi.x.§.si pactus.& per rationem,quia cessante interesse,cessat stipulatio,uel pactũ, ut ibi no.ergo multò plus à prin. Item quia eluderetur lex,quæ dicit,nemo alteri stipulari possit.Itẽ,quia pactum illud est nullũ,ergo nõ potest reconualescere.*Barb.

1 *Generis natura.*
2 *Transactio est contractus innominatus.*
3 *Stipulatio non ualet,nisi habeat in se consensum.*
4 *Obligatio naturalis ineſt stipulationi.*

§.CONVENTIONIS.Verbũ conuẽtionis, est gene-
*rale ad omnia pacta,cõtractus,& distractus.Primò dicit, cõuentionis uerbũ esse generale.Secundo illud ,q̃ bat ab etymologia uocabuli.Tertiò illud per rationem.Secunda ibi.nam sicuti. Tertia ibi adeò. Et in tertia parte for-
1 mat rationẽ sic.† De natura generis est,qd̃ insit in qualibet specie, & in quolibet indiuiduo specici. I. si quid carũ.§.interemptũ.j.de leg.iij.& no.j.eo.I.iuris gent.§.sed si fraudandi.Sed nomen conuentionis ineſt in qualibet specie pacti, & in quolibet indiuiduo sui, ut dicebat Pedius, ergo appa-
2 ret q̃ est genus,ut sequit̃ ex isto tex. Nota primo † casu,qd̃ transactio est cõtractus innominatus.l. siue apud acata.C. de transac.no.& probatur hic. Nam transactio est qd̃ congruit omni cõtractui, per quẽ ab obligatione recedit̃ur,ut hic.cum gl.sua,super uer.transigendi. Ergo tale nomen nõ facit contractũ nominatũ.C.de rer.perm.sup rub. Dicã stati-
3 tim j.e.l.iuris gẽt.§.j.l.ij.de iureiur.† No.q̃ nõ ualet stipulatio nisi in se habeat cõsensum,* * *Consensum. Ex utraque parte uerb.expressũ. l.in prin.ff.de uerb.ob. In pactis uerò ex altera tantũ parte expressũ cõsensum desideramus.* I. Cõ.
4 ut hic in fi.Sed quærit gl.† utrũ in stipulatione insit obligatio naturalis. Old. dicit q̃ nõ. Gl. determinat q̃ sic, propter consensum , & bene ut in gl. & gl. in l.si post diuisionẽ. C.de iur.& fac.ig.& l.j.§.si quis ita. de uer. ob. & l.si fideiusſor. de cond.ind.

§.SED CONVENTIONEM. Contí-
*nua sic.Dictũ est.§. q̃ cõuentio est genus & istud genus diuisit in duas partes , qa ant aio ꝑhendi, aut animo transigendi seu distrahendi,nũc hic ponit aliã diuisionẽ,qa cõuentionũ quę dã sunt nominatæ,quædã innominatæ,ut hic, ut q̃ in fin.l.

LEX II.

1 *Quoq;,est dictio implicatiua,sicut dictio etiam.*

LABEO.

LABEO.Hic prosequit aliã diuisionẽ,& dicit sic,Conuentionũ,aliæ tacitæ aliæ expressæ,& hoc qñq; sit interet absentes per nunciũ, uel epistolã, qñq; inter præ-
1 sentes.No.hic,† q; dictio,quoq;,ẽ implicatiua,sicut dictio, etiam.ĵ.de proc.l.seruum quoq;.in prin.
1 *Quietatio debiti uidetur fieri per redditionem instrumenti debiti,nisi contineret aliam utilitatem.*
2 *Instrumenti & pignoris differentia.*
4 *Instrumentum debiti si reperitur cancellatum tam penes creditorem,quàm debitorem,quando ex hoc præsumatur liberatio.*
5 *Instrumentum,in quo duo erant obligati,si detur alteri,ille uidetur liberatus,& donata actio contra alium.*
6 *Instrumentum,quòd mihi debitori tradidisti,si tibi reddidi,uideor in pristinam obligationem me reponere.*
7 *Instrumenta plura si de una re sint facta,& unum sit redditum,uidetur facta liberatio debiti.*

a §. SED ETIAM.[a] Iurisconsul.hic per exempla prosequitur primũ membrũ diuisionis, scilicet de cõuentione tacita.No.† q; per redditionem instrumenti,[b] uidetur
1 b fieri quietatio debiti,secus per remissionẽ pignoris, Opp. q; iurisconsul.hic malè inferat,dum dicit, in quibusdam põt fieri tacita cõuentio, ergo hic,quia ex puris particularib⁹,
2 nihil sequit̃,sm Logicos.Gl.fol.dic ut in ea.† Quæro, quæ est ratio diuersitatis inter instrũ & pignus,Gl.ponit op.Io. & ucrã,quia in redditione instrumẽti,nulla põt esse alia cõmoditas,nisi remissionis, & q; liberet eũ, sed in redditione
3 pignoris secus.Et ex hoc dico,† q; si redditio instrumẽti cõtineret aliã utilitatẽ,nõ inducereť remissio debiti.Exẽplũ, cũ litigares de re empta, dedi tibi instrũ uenditionis factæ per me,in quo continebať, q; mihi promiseras pretiũ, non sequit̃ liberatio â debito, habuit eñ aliã cõmoditatẽ reddi
tio, ſ. ut illo instrumẽto utereris in causa, & hoc innuit tex.
cũ gl.in hac l. seq.in fi.dũ illum tex.refert ad hanc l. Quæro
4 si † c instrũ[d] debiti reperiať apud debitorẽ,utrũ præsumať
c à debito liberatus? [e] Gl. uideť hic distinguere, Aut reperiť.
d penes creditorẽ cancellatũ, & fortè præsumit̃ liberatio.Se-
e cus si penes debitorẽ, licet aliqualẽ præsumptionẽ faciat, sm qualitatẽ personarũ. In eo qđ gl.facit differentiã, utrũ reperiať penes creditorẽ, uel debitorẽ, reprehendit̃ q; Doc. Nam eadẽ est ratio utrobiq;.Ita eñ posset cãcellari si est penes creditorẽ, sicut surripi & dari debitori. Ideò Iac.de Are. circa hoc distinguit,ut Cy.refert,C.de prob.l.si de possessione. Aut debitor qui habet instrũ cancellatũ allegat se liberatum pacto,& non ualet,nisi probeť instrumentũ redditũ ut hic,in tex.& gl.aut allegat se liberatũ solutione,& tũc aut debitor erat persona domestica, quæ uerò similiter posset instrũ subtrahere,& solutio facta nõ præsumit̃.ĵ.§.I.ille aũt C.de Lat. liber. toll. Aut nõ erat talis persona domestica,& præsumit̃ liberatus solutione, l. fi chirographũ. ĵ. de prob. & de fur.l.fullo.§.Sed talis præsumptio nõ facit deferri iura
f mentum debitori,quia leuis.Ita no. [f] gl.j.de minor.l.iij.§.ij.
5 Quæro,† quid si dedi tibi instrũ, in quo eras obligatus tu & alius.Gul.hic uideť dicere,q; de debito tuo uideor facere liberationẽ,& ꝛ alium uideor tibi donare actionem,ar.ĵ.de
6 li.leg.l.fi is qui duos,in fi.& C.de donat.l.j.l.seq.in fi.† Quæro,qd si tu cui instrumentũ tradidi, mihi reddidisti ipsum? Certè uideris te reponere in pristinã obligationẽ.l. si unus. §.pactus.ĵ.eo.ĵ. man.l.si uerò.§. idem Pap.& l.sed & si.§. consuluit.de pet.hær.† Quæro q̃d si de una re erãt plura instrumenta,& unum solũ reddidit? Certè satis uidetur q; sit facta liberatio à toto, per hanc l. Non eñ dicuntur plura instrumenta,sed unum instrũ in pluribus chartis.l.unũ ĵ.de test.

ADDITIO.

a POMA.*Etiam.Dec.l.postquam liti.C.eo.*
o Gloſ. Bal. l. edita. C. de eden. & l. post quam. C. de pact. & l. in bonæ fi. in fi. C. e. l. j. C. ut quæ desunt aduo. & l. si fundum sub cond. §. qui fundum. de lega. j.

p Contra. Bar. l. eum qui ita. de uer. ob. l. lecta. si cer. petatur. l. ex omni. C. de prob. Barb.

q Breuiter. Aret. l. si ita stipulatus. ff. de leg. j. & Bar. in l. eum qui ita. de uer. ob. de exceptione reſultante ex eodem inſtrumento, inquo actor ſe fundat, ut iudex posſit ſupplere. Ita quòd opus sit, quòd actor replicet quando opponitur aliqua exceptio quæ sit actionis excluſio, nec iudex potest supplere, licet ex actis sibi constaret. Iaſ. l. licet. C. de iud.

s Repellere. Im. l. eum qui ita. §. qui ita. de uer. ob.

t Quæro. Bar. l. tale pactum. §. qui prouocauit. ſ. eo. l. non solum. §. iniuriarum. ſ. de iniur. Ang. in q. exorta guerra.

u P O M A. Non. Fel. c. ij. ij. col. de testi.

x P O M A. Specie. Fel. c. cùm omnes. de const. c. cùm acceſſiſſent. eo. tit. Barb. conſ. xij. uol. j. & conſ. lxij. eo. uol.

y Eccleſiæ. Gloſ. super uer. redditur.

z Liberatio à dolo de futuro etiam de præterito, quando fieri posit in contractibus, & in ultima uoluntate.

a ¶ ILLVD NVLLA. a Dolus futurus non potest re-
b mitti b, secus in præterito. Opp. hic de princ. usq; ad fi.
k Quidam dicunt quod principium loquitur quando
c dolus remittitur expreſsè, c quod fieri non potest. Finis lo
d quitur d quando remittitur tacitè & sub nube, & sic expreſsa nocent, non expreſſa non nocent, reg. iur. expreſſa. Et hoc uidetur sentire tex. hic, cum gl. tua, dum dicit, ne depositi agat, sed ratione doli futuri. Quæ gl. posset procedere, si quis intelligeret hoc pactum, ut ne depositi agat, hoc est, quòd rem non repetat. Tunc enim ille, apud quem res est, non potest dolum committere, quia in re sua quilibet est moderator & arbiter, l. in re mandata. C. man. Meritò non poterit agere de dolo, cùm non possit committi, sed in ueritate ista conuentio hoc non importat, si promitto depositi non agere, intelligitur ratione culpæ, sed rema
pud te existentem bene debes restituere, l. si ei cui. ſ. de lib. leg. Dolus autem futurus non potest uideri remiſſus, ut in
1 princ. huius §. † De quo autem dolo loquatur iste uersicu. quamuis. dico de præterito. Vnde si feci pactum, ne depositi agam, intelligitur ratione culpæ, uel doli præteriti, rem tamen restituas, d. l. si ei cui. Et hoc tenet gl. satis, reſpectu doli præteriti. Sed quæro, quid si in ultima uoluntate relinquatur talis liberatio? Dicit gl. tunc non porrigitur etiam ad dolum præteritum, l. Aurelio. §. Caius. de lib. leg. Cy. l. sub prætextu. C. de transac. gl. d. §. Caius uidetur simpliciter idem dicere in contractibus & ultimis uoluntatibus. & ibi illud teneo per d. l. si ei cui. prout ibi dixi plenè, in
2 uers. no. quod. Vltimò iste §. inducitur † ad quæstionem. illam de eo qui promisit non petere reduci ad arbitrium boni uiri. De quo hic per Gul. dixi in l. societatem. §. arbitrorum. ſ. pro soc.

ADDITIO.

a P O M A. Nulla. Fel. c. affinitatis. de testib. uide multa specialia quæ permittuntur, propter futurum delictum euitandum, quæ ponit Barb. conſ. xciiij. uol. j. Ro. conſ. xciij. & conſ. xc. aliàs lx.

b P.PAV.P. Remitti. Culpa autem futura potest remitti. Alex. conſ. lxviij. uol. ij. ad fi. Moder. hic post Caſt. Iaſ. l. actione. C. de transac. etiam ibi quãdo remittitur dol⁹ de præterito, regritur ſpecialis renũciatio, taliter q. nõ ueniret in generali remiſsione. Itẽ an reg. huꝰ §. pcedat ĩ dolo præſumpto, Caſt. hic tenet q. sic. Cõt. Ant. de But. c. fraternitatis. uer. iiij. fallit ext. de testi. ut refert Iaſ. et Prãc. Cur. hic. Bal. l. j. in fi. C. de usufru. Alex. hic in apoſtilla. sed illud dictũ, ſundatur in opinione gl. hic quæ repbatur per Bar. Ang. et alios hic

hic, quia etiam uelato nõ potest remitti dolus, licet ibi Bar. loquatur de dolo præſumpto, sed non est differentia. quia gl. hic loquitur etiam in uero dolo, & uult quòd tacitè & uelatè remitti possit, sed etiã reprobata, pro opinione tamen Ant. de But. uidetur facere deciſio Ioan. And. posita in d. c. fraternitatis. dum dicit, quòd conſenſu partium fieri potest, ut post didicita testificata, possint produci teſtes. Quod sequitur etiam ibi Pan. uer. xvj. Ant. de But. ibi in dict. uerſic. fallit quarto. & Soc. ibi, & alij, & tamen ille qui producit testes post didicita teſtificata, dicitur in dolo præſumpto, Bar. l. j. §. nunciatio. de opi. no. nunciatione. cum quo transeunt alij ibi. sed pro opinione Caſt. facit multùm illa communis opinio, quam ponit Hoſtien. & sequuntur alij ibi in c. quintauallis. de iureiur. ubi Ant. de But. sequitur in ultima charta uer. quartus caſus. & Bar. l. societatem. §. Arbitrorum. col. vj. uer. quæro utrum posit ad fin. cum suis concord. ubi licet data potestas esſet arbitris lædendi, etiam in maxima quantitate, non impeditur reductio ea ratione, quia ex tali leſione præſumitur dolus, qui nõ potest remitti, per istum §. Facit etiam quod dicit in l. fin. ff. de præt. ſtip. quòd licet sit conuentum stari dicto partis, ſuper damnis, potest peti reductio, si plus debito peti iuret, quia præſumitur in dolo, ſecundum Bar. ibi quod non potest remitti. Item facit quod dicitur de tutore, an fuerit remiſſa reductio, rationum in ampla forma. quia non potest liberari à reſtitutione reliquorum, Bal. & Imo. l. si seruus uetitus. de leg. j. cum concor. de quibus ad Bar. l. Aurelio. §. Caius. de lib. leg. eo quia non restituere reliqua, est dolus. l. dolus. ff. mand. & l. si procuratorem. §. dolo. eo. tit. & tamen ille dolus de quo in d. l. dolus est præſumptus, ut ibi dicit gl. & Fulg. d. §. dolo. Bar. l. quod Nerua. in ix. quæſtio. & ibi Caſt. ff. depoſit. & gl. l. dolo. ff. ad legem Falcid. probatur etiam iſta opi. Caſt. per l. quidam decedens. ff. de admin. tut. ubi dicitur quòd non potest liberari tutor à reddenda ratione, quin teneatur bonam fidem præſtare, tamen ille qui est in dolo præſumpto, non dicitur in bona fide. d. l. quod Nerua. in fin. Et pro illa diuersitate bene facit illud quod no. gl. & Bart. lege iuriſiurandi. C. de teſtibus gl. l. j. ff. de fer. ubi Alex. & Moder. etiam Bar. ibi no.

c Expreſsè. No. quòd licet dolus expreſsè non posit remitti, tamen potest tacitè, quod no. Bal. l. j. in fi. C. de uſufruc. Dicebat tamen Ang. hic, quòd licet conueniam quòd depoſiti non agam, tamen ſemper potero agere tanquam contra quemlibet poſſeſſorem, de quo hic uide per eum.

d POMA. Loquitur. Alex. l. si mora. uer. regula. sol. mat. quamuis dolo æquiparetur. Iaſ. l. actione. C. de transac. ubi ponit cautelam, ad remittendum futurum dolum ex mente, quam tamen reprobat.

¶ PACTA QVAE. Pacta quę cõtinent turpẽ causam, uel contra publicam utiliatem, non sunt seruanda.

1 Conuentio facta cum una perſona, non nocet alteri.
2 Pactum factum ſuper una re, non porrigitur ad aliam.
3 Exceptio, tua non interest, uel non potes agere, impedit lit. conteſt.

a ¶ ANTE OMNIA. a Quia ſuprà tractauit usq; ad §.
pactus. à l. si tibi. ſ. iij. qualiter pactũ extẽdatur de perſona ad perſonam, hic incipit tractare, quomodo pa
b ctum factum in una re, porrigitur ad aliam, b per totã hanc
l. posteà per totũ tit. tractat q. extrauagantes, quæ non con
1 tinuant. No. † qꝯ conuentio facta cũ una perſona, non no
c cet alteri, c quod plenè expeditum est ſ. & gl. hic tangit. d Se
d cundò no. † e quòd pactum factum ſuper una re non por
2 rigitur ad aliam, quod plenè ſ. expediet iuriſconſul. Tertio
e no. quod iſtud inſpiciendũ est ante omnia, & ideo iſta † ex
3 ceptio, non potes agere, quia tua non interest, uel non potes agere, quia alia res est, de qua dicis pactum factum esſe, & alia est res, quæ petitur. Dico qꝯ iſtæ exceptiones, lit. conteſt. impediũt, quia hoc dicit, ante omnia. Dicam in l. post humus. §. ſi quis ex his. ſ. de inoff. teſta.

ADDITIO.

a Omnia. Limita ut per l. posſquam in prin. C. eo.

b P.PAV.P. Aliam. Ant. But. conſ. xliij. per totũ, extenduntur tamen ad cõnex. Bar. l. eum actum. ſ. de neg. geſt.

*c Alteri. Limita in pacto facto cum ciuitate uel principe, quia tunc ſeruatur pro lege, quòd ad omnes, ſecundum Bar. per illum tex. l. donationes. C. de do. int. uir. & ux. & l. ciuitas. in princ. si cer. pet. & l. Cæſar. ff. de pub. Iaſ. in quantum ponit, quòd si ſunt tres fratres, & unus maritat ſororem, & illa facit pactum de non petendo hæreditatem paternã, quòd illud pactum non proderit aliis fratribus, quin poſſit ab aliis petere portionẽ, uide Caſt. conſilio trecenteſimo undecimo, & cùm sit ſtatutũ, quòd contra illud non poſ
sit opponi exceptio, an habeat locum quo ad tertium? Caſt. conſ. clxxxj. & in quantum etiam ponit, quod tertius ueniens pro ſuo intereſſem, potest opponere contra tres ſententias conformes, aduerte quia illud non est ſimpliciter uerum, Anch. conſ. cccxxxiiij.*

d POMA. Tangit. Limita, quando una nõ ueniret in conſequentiam alterius. Hier. Tor. & ibi ſequitur Dec. l. post quam liti. C. eo.

e No. Ant. conſ. xiiij. per totum, extenduntur tamen ad connexa. Bar. l. eum actum. ſ. de neg. geſt. Ant. Rub. Alex.

¶ SI CVM MIHI. Minor ſumma ineſt maiori. No. q
pactum in ſumma maiori, porrigitur ad minus debitum, & pactũ factum in ſumma minori, porrigitur ad partem maioris debiti, & sic eadem res uidetur. Et hoc modo iſte §. continuatur cum præcedenti. In ueritate tamen eadem res non est. Vnde si debes mihi xx. & uolo petere x. nõ debeo petere x. tanquam debita, ſed tanquam ex ſumma debita, l. ſcire debemus. circa princ. ſ. de uer. obl. ſ. de ſolut. l. ubi fideiuſſor. Vbi formo quæſtionem, an bannitus in x. & x. dicatur bannitus in xx. Opp. quòd maiori ſummæ non inſit minor, ſi negatiuè proferatur, non enim ſequitur, non habeo centum, ergo non habeo decem, quia illa propoſitio, nõ habeo centum, uerificatur poſito, q haberem xcix. l. si is qui ducẽta. §. utrum. de re dub. ſed hic profertur negatiuè, ſcilicet, qꝯ non petam xx. ergo non impedior quin petam x. quia uerum est me non petere xx. Sol. ut dixi in l. j. §. ſi ſtipulanti. ſ. de uer. ob.

¶ SED STIPVLATVS. In obligatione alternatiua
pactum de altero non petendo, tollit totam obligationem elidit, ſecus in obligatione generis, ſi est electio creditoris. h. d. cum §. ſeq. No. quòd in obligatione alternatiua, unius ſolutio, acceptilatio, & pactum, tollit totam obligationem. Opp. dicitur hic, q unius petitione tollitur tota obligatio, cont. l. eum qui certarum. in fi. de uerb. obl. Gl. ſoluit multis modis, & quælibet ſolutio potest esſe bona, quæ, p
cedit quando electio est debentis, ſed qñ electio esſet creditoris, tunc per lit. conteſt. ſuper uno præiudicatur ſibi, ne poſsit uariare ſuper alio, ſ. de uer. ob. l. ſi quis ſtipulatus ſit Stichum. Secundò opp. ad id quod dicit de acceptilatiõe, ſ. de acce. l. & per iuſiurandum. §. ſi Stichum. Gl. ſoluit duobus modis. Tene ſecũdam, quòd ibi acceptilatio fuit facta pendente conditione, & res nõ extabat tempore conditionis. Opp. ſ. de reſcind. uend. l. ſi emptio. Sol. gl. dicit, ibi fuit actum qꝯ in altero tantũ reſolueretur emptio. Tu dic ſecundum doc. qꝯ ibi erat contractus celebratus gratia utriuſqꝫ, unde in altero remanet contractus. Hoc enim prodeſt emptori, quia habebit rem, & uenditori, quia habebit pretiũ. hic contractus præceſſerat gratia unius tantùm, ſm Iac. de Are. & Gul. de Cu. qd' etiam tenebat hic Cy. in ob. alternati ua. Ergo diſtingue, Aut pactũ interponitur ſuper una re debita in cõtractu celebrato gratia utriuſqꝫ, aut unius tantũ, & in isto ſecundo caſu aut fuit factũ ſimpliciter, & habet locum iſte §. Aut conditionaliter, & tunc aut illa res extabat tempore exiſtentis conditionis, aut nõ ut colligitur ex ſol. contrarij. d. l. & per iuſiurandum. §. ſi Stichum.

¶ SED SI GENERALITER. Op. in obligatione ge
neris certum hominem petere non poſſum, In ſt. de act. §. præterea. Ex hoc ſequitur quòd iſte tex. dicat malè in duobus, primò in eo quòd dicit, ſi petam Stichum, obſtat exceptio, quia Stichus nullo modo potest peti. Secundò obſtat quia pactũ debet intelligi ut operetur aliquid, ſed si non intelligitur, & porrigatur ut tollat totam obligationem, nihil operaretur, quia Stichus ante peti non poterat. Ad primũ reſpondeo, quòd ante non poterat peti Stichus quia non erat in obligatione, & hic opponitur exceptio intentionis, dicit gl. Nec ob. l. Mœuius. §. duobus. ſ. de leg. ij. ubi dicit omnẽ hominem esſe in obligatione, quia illud est uerum, quo ad hoc ut ſolui poſsit. Verè tamẽ nullus est in obligatione, ſed ille fingitur esſe, cui posteà ſoluetur, l. cùm incertus. ſ. de leg. ſ. Dixi plenè in d. §. duob. & hoc circa primũ. Ad ſol. dicti cont. pro ſecũdo modo ob. intro gl. ibi, uel uerius, & dicit intelligo hoc qñ electio erat creditoris, & sic

pactū operatur, & creditor posit eligere omnē aliū hominem, excepto Sticho, & hoc prodest reo, quia fortè Stichus erat sibi necessarius. Si enim intelligeres, quòd esset electio rei, tūc illud pactum tolleret totam obligationem, aliàs nihil operaretur, quia si intelligeres quòd ipse reus non posset eligere Stichum, hoc esset contra se. Ita intelligit gl. & bene. Ex hoc apparet sol. præcedentis contrarij, quòd obstat exceptio pacti. Poterat enim actor eligere, & sic certum hominē petere, sed §. prætereà. allegatus in gl. loquitur quando erat electio debitoris. Sed iuxta prædicta dubitatur, an eadem distinctio, scilicet actoris uel rei, debeat adhiberi in obligatione alternatiua, de qua §. prox. Dicit Azo, q̄ non, quia uno mortuo, uel pacto facto, nō tenetur in alio. In eo quòd dicit, de pacto facto, dicit uerū, ut §. prox. §. Ratio differentię inter obligationē generis, & alternatiuam est, quia in alternatiua utrumq; est in obligatione, l. illud. ī. de constit. pec. & l. si duo. ī. de uerb. ob. Sed in obligatione generis nullum, ut §. dictū est. In eo, quod dicit, altero mortuo, non est uerū simpliciter, sed secundū id, quod ponitur in l. Stichum aut Pamph. in princ. ī. de sol. Opp. ad id quod dicit, alterum posse peti, de l. & per iustum. §. si is. ī. de accep. gl. solu it optimè ibi, in acceptilatiõe, quæ habet uim solutionis, hic in pacto. Opp. l. homine, de opt. leg. gl. soluit multis modis, tene illam quæ dicit, ibi in repudiatione, hic in pacto. Dic ergo in obligatione generis, aut obligatio tollit unius repudiatione, aut pacto, aut acceptilatiõe. Primo casu, aut tūc poterat peti, aut non l. homine ī. de opt. leg. & gl. hic solut. cont. aut pacto, & tūc erat electio creditoris, & loquitur iste §. aut debitoris, & tunc ut in gl. aut acceptilatione, & indistinctè tollitur tota ob.

§. ITEM SI PACTVS. Qui promisit non petere totum, remouetur à petitione cuiuslibet partis eius. Op. gl. ille qui est dominus, nō potest esse usufructuarius, ī. si usufruc. pe. l. uti fruí. ergo usufru. nō pōt peti ex ea causa, qua res, &c. Sol. ut in gl. Subdit gl. aliud est in cæteris seruitutibus, ut ī. de leg. ij. l. cum filius. §. dominus. quod uerū est, quo ad casum illius. §. Quantùm ad le. nostram, idem est ubiq;, quia qui remouetur à petitiõe fundi, remouetur & à petitione seruitutum, l. fundum. ī. de except. Opp. ī. de
a excep. rei iud. l. si quis cum totum. §. si ancillam, [a] Sol. gl. dicit, Aliud in sentẽtia, aliud in pacto. quia qui petit, causam exprimit, pactum uerò simpliciter componitur. Certè si in pacto exprimeretur causa, esset idem quod in sententia, ut patet in princ. huius §. de eo qui promisit non petere hæreditatem. hoc est, dicere non se hæredem, & ibi sequitur singulas res, ut hęres petat, quasi dicat, si ex alia causa peteret, quàm ex ista, non obstaret exceptio.

ADDITIO.

a Ancillam. Gl. & ibi Bar. l. si de certa. circa fi. C. de transac.

§. SI ACCEPTILATIO. In pactis liberatorijs, si nō ualet quod ago ut ago, ualet ut ualere potest. Opp. & solue ut in gl. Opp. l. an utilis. ī. de accep. Sol. ibi sunt diuersæ literæ. Veritas est aut peccatur in forma, aut in materia. Opp. l. j. §. si quis ita de uer. ob. & ī. de const. pec. l. j. §. eum qui. Sol. ibi in pactis obligatorijs, hic in liberatorijs. Dixi plene in d. §. si quis ita.

§. SERVVS. Distingue tres casus ut in gl. Adde quartū casum, quid si stipulet adiecto proprio nomine & appellatiuo: diceres fore distinguẽdum, quòd precedat, l. si seruus communis. ī. de stip. seru. sed illa distinctio habet locum, quando utroq; modo ualere potest, hic non potest utroq; modo ualere. Vnde inspicimus quod ualere potest, l. quoties. de reb. dub. & l. quoties. de uer. ob.

LEX. XXIX.

CONTRA IVRIS. Pupillus pacisendo non potest suam conditionem deteriorem facere, sed meliorem sic. Istud principiū prosequere ut in gl. Quærit gl. an ipso iure nō obstet, an ope replicationis, dic ut in ea.

1 Administrationem liberam habens, an quando q; possit donare.
2 Pactum de non petendo, non præsupponit de necessitate donationem.

§. SI FILIVS. Pactum de non petendo, factum ab eo q̄ non potest petere est nullū. Item in generali & libera
a concessione, nō uenit donatio. Item in ipso cõtractu [a] potest filius paciscendo præiudicare patri, & seruus domino. h. d. Op. §. eo. l. & hæredi. §. filia. & §. item. Sol. In casibus in quibus filius uel seruus agere potest, ualet pactum, statu eorum non mutato. In casibus ubi agere non potest, ualet pactum secuta mutatione status, quia sit effectus sui iuris, quod procedit in filio. secus si in seruo, qui nō tenetur
1 ex ante gesto. Venio † ad [b] secundum, & opp. & uidetur q̄
b ex concessione liberæ administrationis posit donari, [c] l.
c cùm plures. §. cùm tutor. in princip. de admin. tut. Dicit gl. quod hic dicitur, fallit in quibusdam casibus hic no. in gl. Certè in casibus hic positis, non est mera donatio, quia ad donandū cogebatur secundū mores ciuitatis, & ideò quodam modo cogitur donare, ut pareat pudori suo, l. Quintus. in princ. ī. mand. Quod tene menti, pro tutoribus & si-
2 milibus administratoribus. Vlt. no. hic † casum quòd pactum de non petendo, non præsupponit de necessitate donationem, quod est utile scire propter insinuationem: l. si
d quis obligatione. & ibi no. de reg. iur. [d]

ADDITIO.

a Contractu. Si pater uellet uenire ex contractu filij, oportet quòd eum acceptaret, cum omnibus suis qualitatibus: Bal. hic. Limita. Iaſ. l. Pomp. §. cùm quis. in l. no. ff. de acquirend. poſ. Alex. l. cùm fundus. §. seruum tuum. ff. si cer. pet. in iiij. no. Gemi. c. ut circa. §. alioquin. in princ. de elect. in vj. qd'ut-tens actu gesto per alterum, non potest eo uti, si ille qui gessit, non seruauit contenta in eo, Bar. l. j. ff. de inter. & rele. Ant. Ru. Alex.

b POMA. Ad. Adde tamen unum sing. q. ille, cui est concessa administratio cum libera, potest gratis remittere, quãdo à prin. poterat ista remissio prodesse, sicut nocere, ut in procuratore cum libera promittente in arbitratorem. Alex. l. de fideicommisso. C. de transac. Iaſ. l. Præses. uer. iiij. usq; ad fi. C. de transf. Alex. consilio uigesimo secundo, j. uol. Ro. cõsil. quinquagesimo, ij. dub. & lv. Abb. consv. vij. in ij. dub. ij. uol.

c Donari. l. filiusfa. & quod dixi ibi. ī. de don. Bar. l. si quis delegauerit. ī. de noua. Item adde q, filius potest donare propter bonū pacis & concordiæ. Ang. l. Imperatores. ī. eo. Item fallit in filijs baronum & regum, & idem etiam in tutoribus altàs prohibitis secundum Inn. c. grandi de sup. neg. pre. adde inquantum Iaſon. ponit, quòd minor non obstante statuto, potest facere contractum utilem, secundū Ro. consilio quadringentisimo quinquagesimotertio, quod idem uoluit Ro. consilio trecentesimosexto, ubi consuluit, quòd si minor captus ab hostibus, ut se redimeret contraxit, quòd ualet contractus, quia ut dicitur, gessit, licet statutum prohibeat minorem contrahere, nisi cum certa solennitate. Et quòd mulier non obstante statuto, possit adire hæreditatem non damnosam, uoluit Ang. consilio ultimo, & §. si filius. in quantùm bonit, an administratores possint donare, uide quæ posuit in l. præses. C. de transf. quibus etiam adde, an possint donare, Bal. consv. xliij. v. li. & an pactū de non peten. egeat insinuatione, Ang. consv. xcix. Bal. consv. cclxxxvij. lij. iij. ib.

d Iur. Bar. l. j. ī. tit. j.

LEX. XXX.

SIN AVTEM. No. l. quia aliud est paciscí in ipso actu acquirendi, quo casu fit deterior cõditio patris & domini, quia res acquiritur sibi cum sua causa: l. j. l. sequenti ī. de rebus eorum. qui sub tut. uel cura. Et secundū hoc apparet, quòd hic debet intelligi de aliquo pacto, qd' ipsam obligationem nō perimat, ut puta de die solutionis, uel de usuris. Nam si esset pactum de non petendo, esset mera donatio, quæ est prohibita. §. l. prox. & ita intelligo gl.

LEX XXXI.

1 Pater potest remittere iniuriam factam filio.

a IN PERSONAM. [a] No. gl. huius legis, ex qua habes,
1 † quòd pater potest facere remissionē de iniura facta filio, quod est utile pro statutis, idcò uide gl. no. eam &c.

ADDITIO.

a Personam. Bar. l. sed si unius. §. filio. de iniur.

1 Fideiussor quando solus obligetur, & non habeat beneficium de fideiussoribus, nec pactum principalis prosit fideiussori.
2 Nouatione quando tollatur prima stipulatio ipso iure.
Stipulationis nouantis potest effectus restringi ex uoluntate partium.

§. QVI PECVNIAM. Per stipulationem nouandi animo interpositam, prima tollitur, uel elíditur, si sequens committitur, uel committi posse speratur, aliàs secus. Ad euidentiam scias quòd seruus fideiubendo non obligetur, l. iij. §. si filius. ī. de pec. & l. seruus insciо. ī. de fideiuss. Opp. quod sit in electione creditoris, an uelit petere à principali, uel à fideiussore. C. de fideiuss. l. iure nostro. Hic
a dicitur cont. quare malè. Sol. [a] gl. Quinq; sunt modi inter-
b cedendi, [b] ut habes in ea, super uer. putat. In primis tribus
1 obligatur principalis, & fideiussor ei accedit. In † ultimis duobus solus fideiussor obligatur, & ideò non habet lo-
c cum beneficium [c] auth. de fideiuss. ut hic patet. Item nō habet locum q̄ simpliciter promittendo uideatur promittere in solidum. l. si paternam. C. ad Velle. licet in ueris fideiussoribus secus, Instit. de fideiuss. §. si plures. & C. de fideiuss. l. non rectè. Item non habet locum hoc casu, quòd pactum porrigatur ad fideiussorem, l. qui libertinus.

** Li. Cont. dicit lex. & apertius in l. si præcedēte. §. Lucius. ff. mād. l. C. B.*

2 in fi. ī. de ope. li. * † Opp. q̄ per nouationē tollatur prima ipso iure, non ope exceptionis. l. j. ī. de noua. Dicit gl. intellige ope exceptionis, scilicet facti uel intentionis, & hæc est uera. Vel dic, quòd ibi fuit actū, ut liberaretur ipso iure. No. sol. istam, q̄ ex uoluntate partium potest restringi effectus stipulationis nouantis. Tertio modo soluit gl. q̄ stipulatio nouās tollit primam ipso iure, quãdo simpliciter in secūdam transfunditur, secus si cum alia misceatur. l. pe. ī. de præt. stip. Singulare dictū est, nec puto uerum, quia cõt. l. qui usumfructum. ī. de uer. ob. & l. si pupillus. §. qui actum. ī. de noua. nec l. pe. de præt. stip. hoc probat. sed ibi loquitur in stipulationibus prætorijs, quæ multùm dependent ex mente prætoris, & ideò non ita de facili nouãtur, sicut cõuentionales stipulationes, ut ibi dixi. Opp. seruus obligatur naturaliter. l. naturaliter, ī. de cond. indeb. Ergo prima transfunditur in secundam naturalē. l. j. in fi. ī. de don. Sol. gl. quando seruus fideiubet, non obligatur, nec̄ ciuiliter nec̄ naturaliter. l. seruus insciо. de fideiuss. quia lex resistit obligatiõi, quo casu impeditur naturalis. l. si non sortem. in prin. ī. de cond. indeb.

ADDITIO.

a Sol. Aut. de fideiuss.

b P. PAV. P. Intercedendi. In dubio, ubi quis pro alio intercedit, præsumitur ut fideiussor intercedere. Alex. consv. clix. in ij. uol. Item q, quando quis obligaretur insolidum, & tãquam principalis, si tamen res ob quam se obligat perueniat in totum ad alium, ille ad quem res peruenit dicitur principalis & non fideiussor, licet se principalem debitorē constituerit, Ca. consv. dcccx. Item no. quod ubi quis contractam obligationem procurat, & ponit se in loco primi debitoris, nō est liberatus statim. Alex. l. quod ususfructu. de uer. ob. ut scripsi etiam in l. delegare. ff. de noua. Item ad illud quod dictum est, quando aliquis procurat pro alio, censetur fideiussor, secus tamen esset si diceret nomine alterius. Bar. Cast. l. si ita stipulatus. ff. de uer. ob. §. possum. Et de modis obligandi pro alio. Barb. & de expromissione Are. l. iiij. §. j. in j. no. & in fi. de uer. ob. & l. huiusmodi. ff. eo. tit.

c Beneficium. Adde quod dixi post Bar. l. ij. de fideiuss.

LEX XXXII.

a PACISCI. [a] Contra tenorē legis, priuatam utilitatem continẽtis, paciscí licèt. h. d. Opp. §. e. l. iuris gent. §. prætor. Sol. illud pactum dicit contra legem quando lex prohibet pactum fieri. Ita loquitur ibi, ut in tit. ne fideiuss. dot. den. & l. si unus. §. pacta quæ turpem. §. eo. Sed si fiat pactum contra tenorem legis, si respicit utilitatem priuatam, ualet, ut hic, secus si publicam d. l. iurisgent. §. si paciscar. & l.
b si unus. §. item ne experiar. §. eo. Vltimò gl. [b] intelligit hanc l. quando sciebat, uel supinè ignorabat emptor uitium uel morbum. Dic. ut in gl.

ADDITIO.

a Pacisci. Bar. l. ubi de doceau. mor. l. pacta. C. eo.
b Gl. Mod. inst. de act. §. in duplum.

LEX. XXXIII.

a QVOD DICTVM EST. [a] Cessante ratione legis, cessat ipsa lex. h. d. Quærit gl. quid si non competat actio mandati, sed alia. Dic ut in gl. Quærit gl. de alio beneficio, ut puta restitutionis in integrum. Videbis in l. si minor. ī. de min.

ADDITIO.

a Est. Dec. l. ex hoc. ff. de iust. & iur. Ang. hic.

LEX XXXIIII.

1 Pacto liberatorio quare potest prouideri, uni ex hæredibus tantùm, non tamen per pactum obligatorium.

AVVS. Per pactum liberatoriū potest quis unus ex hæredibus prævidere. Opp. q̄ non potest prouideri uni, quin prouideatur aliįs. l. cum qui. §. te & Titium. ī. de uer. ob. Sol. gl. ibi, in pacto obligatorio, hic in liberatorio. Ratio, quia per l. Arrianus. de act. & ob. Pet. assignat aliam rationem, obligationes sunt perpetuæ, nec pacto contrahentium potest fieri, quin perpetuę sint, l. obligationum ferè. §. placet. ī. de act. & ob. & l. eum qui. §. qui ita. ī. de uer. ob. Cum igitur obligatio incipiat in personam defuncti, per legem xij. tab. diuiditur inter hæredes, & sic non potest per pactū in personā unius hæredis transferri. Et ex hoc cõcludebat Pet. q̄ si obligatio inciperet ab hærede, ut in tit. C. ut act. ab hær. q̄ tunc posset unus ex hæredibus tũ grauari. Istud non est uerum, quia licet in persona hæredis incipiat, tamen æs hæreditarium deducitur. l. hæreditariū. ī. de bo. aut. iud. pos. Ergo diuiditur inter hæredes pro hæreditarijs portionibus. l. pro hæreditarijs. C. de hær. act. Prætereà si hoc esset uerum, sequeretur quod paciscendo posset extraneum obligare, uel alijs acquirere, quod nō est uerum, & contra l. j. §. eo. Quod autē hoc sequatur, apparebit
1 ex ratione quam dicam statim. Ratio igitur est ista. † Hæres repræsentat personam defuncti solum pro hereditaria portione, pro residuo uidetur extraneus, C. de rei uend. l. cùm à matre. & l. ij. §. fi. in gl. mag. ī. de præt. stip. Modo si tu per sti-
a pulationem uis unum ex hæredibus grauare in totū, [a] uel ei in totum acquirere, non potes, quia ultra hæreditariam portionem extraneus est, meritò omnes tenentur, & omnibus acquirit. Et hoc in pacto obligatorio, in pacto liberatorio secus, quia pacta obligatoria dandi non possunt esse personalia, ut cum persona finiãtur, ut §. prox. dixi. Sed pacta liberatoria possunt esse personalia. l. iurisgent. §. pactorum. & l. idem. §. personale. §. eo. & ideò possunt prouidere personę uni ex hæredibus, & tale pactū non prodest sibi ni si pro portione hæreditaria, quia ultra non tenet ipso iure, & sic nō paciscitur ut extraneo, ut hic est casus. Op. ī. de uer. ob. l. continuus. §. fi. ubi etiam in pactis obligatorijs potest uni ex hæredibus prouideri. Dicit gl. ibi in dando, hic in retinendo. Dic in quantū ob. huic l. ibi in pactis liberatorijs, hic in obligatorijs. Sed in quantū obstat ad prædicta, quia etiam in pactis obligatorijs uni consulitur, dic q̄ prædicta in obligationib. dandi, ibi uerò obligationib' faciendi, ut patet in tex. Ratio, obligatio facti indiuiduí non diuiditur inter hæredes per legem xij. tab. imò cuilibet hæredum cõpetit actio insolidū, l. ij. §. ex his. ī. de uer. ob. & l. eadem. §. fi. c. tit. Meritò pōt uni ex hæredibus prouideri, cū insolidum sibi de iure actio cõpetat. Alijs aũt actio nō cõpetit, si eorū nō interest, ut ibi dicitur in gl. Sed si poneremus, q̄ esset factum diuiduū, tunc idem qd' in obligationibus dandi, ut
b ibi dixi. Opp. q̄ filio non cõpetit directa, [b] ut §. e. l. & hæredi §. nos aũt. Sol. hic pactus fuit filio, ut hæredi. Quod appareret, quia aliter quàm ut hæres, tenere non poterat. Opp. ī. de uer. ob. l. quod dicitur, dic ut in gl.

ADDITIO.

a Totum. Bar. l. si fundum. §. si libertus. de leg. i. adde post Iaſ. inquantùm ponit, si Princeps imponit onus ciuitati, & deinde aliquem eximat, an ipse teneatur contribuere pro parte exempti. Anch. consv. cclxj.

b Directa. Doc. l. quocunq; §. ij. de uer. ob.

LEX XXXV.

1 Liberum in singulari pro filio.

a IVS AVTEM.[a] Iura generis non possunt dirimi. No.†
1 hícliberum in singulari numero, quod nescio alibi.

ADDITIO.

a *Autem l.si quis in suo.& ibi gl.C.de inoff.test.Bal.l. si quis prioris.§.in illo de sec.nu.& l.non est sine.de uer.sig.*

LEX XXXVI.

1 *Soror uenit appellatione fratris.*
2 *Confessio simplex ad deliberandum inducit pactum.*
3 *Transactio & diuisio idem sunt quasi.*
Transactio,& petitio specialis etiam extra iudicium facta,non præiudicat alteri,uel rei personæ,nisi esset de appendicijs.
Petitio & transactio generalis quibus casibus præiudicet omnibus.
4 *Transactone uel diuisione facta per arbitratorē, ut per eam præiudicetur alteri,debet distingui an prosecutio fuerit specialis,an generalis.*
5 *Remissio generalis liberat à dolo & culpa, quando absq; dolo suo partib. ignorantibus aliquid apud eum remansit.*
6 *Petitio si est specialis & generalis,quo ad uerba,transactio restringitur ad speciem petitam.*
7 *Dubium quod dependet ex testamento,non uenit ex generali remissione,nisi inter scientes.*

a TRES FRATRES.[a] Ad species de nouo repertas do
b lo contrahentiū in diuisione non comprehensas,ge-
neralis quietatio non porrigit in effectu.[b] No. quòd
1 † appellatione fratris contineť soror. Op. pactū debet cōti
nere aliquid|dandū,uel faciendū in futurū.l.v.§.stipulatio
ī.de uer. ob. sed hoc nō fuit, dixerunt eīn nihil cōe remā-
sisse, ergo non est pactū,ideò dicit gl.snbaudias,& promise
rūt ne cōium rerū nomine de cætero agerent. Sed uidetur
2 quòd ista suppletio nō sit necessaria, quia † ad liberandū
confessio simplex inducit pactum. l. tale pactum.in prin.ī.
eo.sed potest dicere illud uerum in personalibus,in realib⁹
secus. ut hic & l. cūm falsa.C. de iur.& fac.ignoran. & dic ut
ibi.Opp.C.de transl.sub prætextu.Gl.pro sol.contrarij di-
3 stinguit satis perfectè, † & distinguit in transactione,qua-
si transactio & diuisio idem sint. quod satis uidetur proce-
dere,& per tex. huius legis in fin.Dicit ergo gl.quòd si qui-
dem sit petitio & transactio specialis,tunc alteri rei uel per-
sonæ nō præiudicat.l.si unus.§.ante omnia.ī.eo.intelligas
hoc de petitione etiam extra iudicium. ut congruat huic l.
quæ de diuisione loquitur, & de iudicio mentionē non fa-
cit.Item intelligas hoc uerum, nisi alia res esset de appendi
cijs eius,super quibus transactum est.l.licet.cum l.seq.C.de
iud. Secundò dicit gl. quod utrunq; est generale,id est petti
tio & transactio, tunc nocet in omnibus, d. l. sub prætextu.
Fallit in casibus,scilicet quando aliquid est subtractum,ut
hic.Item quando dubium penderet ex testamento: ī.tit.ī. l.
non est ferendus.Gl.in isto membro nō facit mentionem,
utrùm persecutio fuerit generalis, uel specialis, prout fit
qñ secuta est sententia. l.licet. C. de iud.ideò fortè quia hic
nulla fuit persecutio, cum nec ad iudiciū fortè fuit deuen-
tum,sed fuit petitio extra iudiciū. Vel dic,quòd partes ha-
buerunt respectum ad petitionem, iudex uerò ad persecu-
4 tionem, & ideò si transactio † esset facta per arbitratorem,
uel etiam diuisio, deberet fieri illud membrū,utrùm perse-
c cutio fuit generalis,seu specialis,sicut in sententia.l. de reb.
ī.de arb. Item illud quod gl.dicit, [c] fallit si dolo est aliquid
5 subtractū, ut hic.† Item intelligo [d] si aliquid, apud aliquē
d remansisset,absq; dolo suo,partibus ignorantibus. Nam i-
e sta generalis [e] remissio liberat à dolo & culpa, non autem
q̄ non teneatur restituere rem apud se cōstitutam,l. si ei cui
de lib. leg. dixi. ī.eo. l. si unus.§. illud.Idem dicit gl.fallit in
ijs quæ dependent ex testamento,quod no.ut ī.dicam sta-
6 tim † Tertium membrum glos. est,si est specialis petitio, &
generalis transactio, quo ad uerba,transactio restringitur
ad speciem petitam.C.de transl.si de certa. Quod intellige
ut dicam ī.l. emptor.§. Lucius. Dixi in l.si ex pluribus, ī. de
sol.Dixi in l.Aurelio.§.Caius.ī.de lib.leg.Op.ī. de uer.ob. l.
qui Romæ.§. duo fratres. ubi dicitur fideicōmissum rem̄is-
sum p generalem diuisionem.Sol.ibi sciebāt illud fideicō-
f missum subesse,hic ignorabant.[f] No.istam † sol.quæ est ue-
7 ra in se, quòd cum illud dubium dependeat ex testamēto,
non uenit in generali remissione, nisi inter scientes, ut di-
ctum est par gl. & l.de ijs.de transac.Dat gl.aliam sol.quòd
ibi fuit male iudicatum. Quam opinio. ego teneo, tamen
quia de illo sunt opi.uariæ, sæpè ego recurro ad sol. præce-
dentem.Nam filij cùm sunt sui heredes,non presumuntur
scire contenta in testamento. l.eius qui in prouincia in fin.
si cer. pet. & ideo nisi doceatur qnòd sciuerint,indubitāter
per diuisionem fideicōmissum nō uidetur remissum, ut ex
prædictis patet,& gl.hoc tenet.

ADDITIO.

d *Fratres.Conf.Bar.inci.cauetur statuto.ubi consuluit, q̄ statutum loquēs de fratribus,utrùm habeat locum in sororibus.& conf.seq.q̄ incipit,inter tabellatores.Pro concordia aduerte, q̄ quando generalis fuit petitio, & persecutio fuit specialis,& facta est transactio generalis,in effectu, an habeat saltē ope replicationis obstare exceptio non solum in ijs quæ actor fuit specialiter prosecutus.Bar.uidetur tenere quod sic,in l.sub prætextu. C.de trās. sed cont.tenere allē.in hac l.tres fratres.salua tamen Bar.reuerentia,uerum est, q̄ obstat solum in specialiter agitatis,ut in hac l.tres fratres.nisi ope replicationis elidatur exceptio, & ita loquitur in d.l. sub prætextu. & ita supplendo concordat ubiq;,q̄ solum in effectu præiudicatur,quò ad specialiter prosecuta, si replicatur ab agente,non fuisse prosecutum,uel aliter potest intelligi Bar.in d.l.sub prætextu.ut loquatur in uno ex duobus casibus,specialibus positis in hac l.pro fallentia.*

b *In effectu.Alex.conf.xv.lxxxv.uo.iiij.*

c *Dicit.Ang.d.§. duo fratres.Bart. conf.ccxxix.Bal. conf.cccxxij.iiij. lib.& stante statuto,q̄ extantibus fratribus,fœmina non succedat,uterinus excludet fœminam.& Bal.conf.xxxij.li.ij.& Ro.conf. cccxj.hic Ias. Quò uero ad id quod dicit,s.q̄ stante statuto,q̄ mulier non posit cōtrahere sine consensu propinquorum,q̄ fœminæ non comprehendentur,Ang.conf.cxlj.*

d *POMA.Intelligo.Bart.conf.clvij.Barb.conf.xvj.uo.ij.Rom. conf.xviij.& quando nō esset aliud ius quod posset remitti,nisi illud quod pendet ex testamento,q̄ illud uidetur remissum,Bar.l.qui Romæ.§.duo fratres.vj.q.in fi.de uerb.ob.*

e *Generalis.Bar.l.non solùm.§.fi.& l.Aurelius.§.Mœuia. & l.si quis rationes.ff.de lib.leg.Gul.de Cug.d.§.illud. Barb.*

f *POMA.Ignorabant.Alex.conf.cxxiiij.in pen.col.Card.conf.xcij.col.vj.*

LEX XXXVII.

1 *Solutione eius quod debetur,quando tollatur obligatio ipso iure, & quando ope exceptionis.*
2 *Contractus innominatus ita utitiatur per interuallum,sicut nominatus.*
3 *Pactum appositū incontinenti iuxta contractū,quando posit reuocari.*

a SI CVM FVNDVM.[a] Pactum de soluendo alteri,
inducit exceptionē sol. secuta, uelsi per eum non stat,
cuius gratia pactum fuit appositū. Opp. Solutione se-
cuta,ipso iure nō tenetur,quia nō possidet,nec dolo desijt
possidere,ergo malè dicitur hic,doli exceptionem compe
tere.Sol.gl.quod dicit de exceptione,intellige facti, uel in-
tentionis.Et secundū hoc quod tex.dicit,cōuentionis exce
ptione,expone,id est, pacti propter cōuentionem.Alij (ut
gl.dicit)legunt secūdo modo,q̄ feci tibi pactū de nō peten
do quoddā aliud debitū,non de re ipsa soluta non uendi-
1 canda.Ad istā lec.op.† quia solut. eius q̄ debetur, uel alte-
rius rei pro illa,tollitur obligatio ipso iure creditore uolē-
te,Inst. quib.mod.tol.ob.in prin.fm hoc non refert utrum
fuit factum pactum de eadem re, uel de alia. Sol. tres sunt
casus,quandoq; soluitur ei cui debetur, & tunc siue idem,
siue aliud eo uolente tollitur obligatio, ut in cont. Quan-
doq; soluitur eadem res quæ debetur, & tūc siue ei, cui de-
betur,siue alij,eo uolente, tollitur obligatio ipso iure,l.so-
lutam.ī.de sol.Quandoq; soluitur aliud quam id q̄ debe-
tur,& alij quàm cui debetur,creditore uolente,& tunc con
tingit liberatio ope exceptionis. l.fi.§.fi.in princ.ī.de uerb.
ob.& ita intellexit gl.hic.Et ista lec.licet sit uera in se,tamen
non congruit huic legi,quia tex.dicit,uendicantem eū fun
dum à te,&c.Et sic modò patet,q̄ pactum fuit factū de non
petendo fundum,& contra te obijcitur exceptio,& sic præ-
cedens lec.est uerior. Venio ad secundum casum, quando
non stat per debitorē, quò minus soluat, Dic,ut in gl. Sed
ad hoc opp. & intro primam gl. & uidetur quòd licet cre-
ditori penitere,sicut in cōtractibus innominatis.l. dedi.in
prin.& l.si pecuniam.ī.de condd.ob cau.Sol.gl.fatetur cōtrā-
rium,

rium,si dedissem tibi hoc pacto, ut alij solueres, sed hic nō
2 dedi,sed à te ipso possidebas.No.† ista [b] gl.q̄ ad hoc ut di-
b catur contractus innominatus, oportet q̄ statim agat, uel
detur,uel fiat utrunq;.Secus si ex interuallo,puta cum desi
deres fundū meū, conueni tecum ut alij dares, ut hic.Et sic
interuallū utitiaret contractū innominatum,sicut nomina
c tum.l.cōtinuus.in prin.ī.de uer.ob.Sed op.ext.gl.fortiter,[c]
pactum de soluendo alteri appositū incontinenti, non po
test reuocari. Secus si ex interuallo,& sic est totū cōtrarium
3 eius qđ gl.dicit l.aliud.ī.de sol.Sol.Illud † uerum,cùm pa-
ctum apponitur iuxta cōtractum nominatū,ut in adiecto,
ut ibi patet. Secus in contractu innominato, in quo est lo-
cus pœnitentiæ,ut hic in gl.Et fm hoc intelligas, nisi cōsta-
ret quod pactum de soluendo tertiò, esset appositū gratia
creditoris, tūc enim licet incontinenti, & si iuxta contractū
nominatū apponeretur, potest reuocari tacitè & expressè.
l.hoc iure.§.si quis.ī.de don.Item qđ dixi, q̄ non pōt reuo-
cari,quando non stat per debitorem,uidet cont.l.si cùm.ī.
de sol.ubi tale pactum habet uim mandati,& reuocatur si-
cut mandatum. ℞. quando mandatū fit gratia debitoris,
cui mandatur,non dicitur mandatū sed consilium.l.ij.§.fi.
ī.man.Sed quia istud consiliū de soluendo alteri, debebat
explicari de re mandantis, habet uim pacti, q̄ reuocari nō
potest, si per eum non stat, ut hic in fi. Secus si gratia credi-
toris,ut hic in primo casu,& d.l.hoc iure.§. fi quis. Vlt.ad id
quod gl. dicit, quod quando hoc caderet in contractū in-
nominatum,locus esset pœnitentiæ,intellige,nisi in casu l.
si ego.in prin.& §.ī.ī.de iur.dot.dic ut ibi.

ADDITIO.

d *Fundum.Bal.l.ex placito.xj.q.C.de rer.per.*

b *Ista gl.l.iuris gent.in prin.uer.facias.in fin.ī.eo.& Ang. hic. & alios clarius.Ca.l.si pecuniam.in princ.ff.de cond.ob cau.uer. sed tu.addde consociū in l.rogasti.§.j.in gl.parua.super uer.placuerit.ff.de præsc.& Ias.d.l.si pecuniā.xj.limit.& Imo.l.hoc iure.§.si quis dederis.ff.de dona.ubi aliter intelligit istam gl. Alex.l.j. §.j. de uer.ob.Ias.l.si stipuler.§. fi.eo.*

c *Fortiter. Io.d.l.hoc iure.*

LEX XXXVIII.

a IMPERATORES.[a] Administratores reip.nō possunt
b quem liberare [b] pacto gratuito.Opp.C.de usur.l. aduer
sus. Breuiter dic, Si quidē debitum est liquidū,non pōt
remittere pacto gratuito & expresso,ut hic,sed negligendo
petere,ita qđ currat præscriptio,poterit remittere,ut in cōt.
De debito uerò non liquido posset transigere. l. præses. C.
transac.ī.eo.l.item magistri.

ADDITIO.

a *POMA.Imp.Car.conf.xcij.*

b *Liberare.Gl.l.fi.§.si quis professus,secūdum unam lect.& quod ibi Bar. ī. de publica.Et dum dicunt,q̄ transigere possunt isti administratores, limita tamen,nisi lis fingatur.Bar. l.cum hi. §.si cum lis.ī.tit.j.adde post Ias.quando administrator posit donare, transigere, gratis debitum remittere. Ro. conf.quinquagesimo.*

LEX. XXXIX.

1 *Ius publicum naturale pacto tolli non potest.*
2 *Ius publicum positiuum dans formam actui,pacto,contrahentium tolli nō potest.*
3 *Ius publicum disponens circa effectum actus respicientis principialiter utilitatem publicam,pacto partium non mutatur. Si continet priuatam utilitatem,& continet fauorem renunciantis,ei potest renunciari.*
Beneficio restitutionis in integrum à maiore renunciari potest, secus si per minorem.
4 *Statutum uel dispositio respiciens utilitem priuatam,si subest alia causa, q̄ utilitas pacifcentium,pacto non potest tolli.*
5 *Pactum contra bonos mores non ualet.*
6 *Pacto non potest fieri, ut in pignoribus habeat locum pactum legis commissoriæ,neq; q̄ mutuum factum filiofa.teneat.*
7 *Statutum ex causa publicæ utilitatis,licet respiciat principaliter utilitatem priuatam,pacto non tollitur.*
8 *Statutum habens causam respiciens publicam utilitatem,contra tale statutum etiam cum iuramento pacisci non potest.*

a IVS PVBLICVM. [a] Opp. de multis legib⁹ in quibus
quis renunciat iuri iutroducto pro se, & tamen illud est
ius publicum,& sic uidetur ob.ī.eo. l.pacisci.& l.pactum. ī.
eo.cum si.ibi positis in gl.Breuiter pro uniuersali doctrina
1 huius materiæ dīcas, † quòd quoddam est ius publicum
naturale non positiuū, & illud non potest tolli pacto.l. ius
2 autem ī. eo. Quoddā est ius publicū † positiuum, & istud
b quandoq; disponit circa formā dandam [b] alicui actui, ut
puta,in testamentis,contractibus,uel iudicijs, non curo,&
istud pacto contrahentiū nō potest mutari.l. nemo potest.
ī.de leg.j.& ī.de uer.ob.l.j.§. si qs ita.& C.de sen.l. prolatā.&
3 de fid.inst.l.comparationes.ibi, nō aliter, &c.† Quandoq;
ius disponit circa effectū alicuius actus, & tunc aut ille effe
c ctus respicit principaliter [c] directo utilitatem publicam, &
non potest mutari pacto priuatorū, ī. e.l.iuris gent.§. si pa-
ciscar.& l.si unus.§.pactaq;.uer.item ne experiar. & hic quā
doq; respicit utilitatē priuatam, & tunc aduertendum est
ad causam,quare lex sic disponit.Aut eīn causa cōtinet sīm
pliciter fauorē eius qui huic iuri renunciat, & hoc ius uult
mutare, & potest, quia quilibet pōt renunciare fauori suo:
l.pactum.ī.eo.l.pe. C. eo.& hoc uerum respectu ipsius iuris
qđ est mutabile per pactū, si tamen persona sit talis, cui pa
sisci liceat,ut in beneficio restitutionis in integrū, q̄ potest
tolli per pactū factum à maiore. C. si ma.fa.ra.ha. per totū,
non si fieret à minore.l.si iudex circunuento.ī.de min.& ibi
no.& C.de in integ. restit. l.si in integ.restit.l.si intra. Si uerò
4 † causa illius statuti facti per legē nō est priuata utilitas pa
scentiū, sed subest alia causa, tunc per pactū tolli nō pōt.
Item loquunť oēs casus no.in l.pe.C. eo.& l.pactū.ī. Subij-
cio exemplū,causa euidētioris intellectus. † Q̄nq; aliquid
5 statuitur, quia si secus fieret,esset contra bonos mores, tūc
pactū in p̄rium nō ualet.l.alia.§.eleganter.fol.mat.l.si unus
§.pacta quę turpē.ī.eo.Sic potest loqui tit.C.ne fideiuſ.do-
den.(Est eīn ibi ratio,ne causa perfidiæ nascat in matrimo-
nio)& oēs leges quæ prohibent pactū,ex quo daretur ma-
6 teria delinquendi. Quandoq; † pactū prohibetur odio al
terius ut in pacto legis commissoriæ, in pignore, & in mu-
tuo facto filiofa.tūc per pactū non pōt mutare, ut ī. ad Ma
7 ce.l.tametsi.& C.de pac.pi.l.fi.Quandoq; pactū † prohibe-
tur, seu per legē aliquid statuit ex causa publicæ utilitatis,
licet respiciat principaliter utilitatē priuatā, tūc etiam hoc
pacto mutari non pōt.l. de die.ī. de pa.do.C.de agri.& cen.
l.ij. & l.quēad. lib. xj. Et ad ista reducunť oēs casus qui no.
8 in l.pactū inter hæredē.ī.eo. † Et ideò multū diligenter ad-
uertas,si in statutis apponitur causa, quę respiciat publicā
utilitatē,tunc eīn nō pōt pacisci,etiā cū iuramento, ut ī.eo.
l.iuris gēt.§.& generaliter.& no.in d.l.ij. C.de agri,&.cen.Di
xi in l.si quis pro eo.de fideiuſ. & multas speciales quæstio
nes circa hoc uide in l.nemo pōt.ī.de leg.j.Aliquantum la-
tius scripsi in l.si quis.in conscribendo.C.de epis.& cl.

ADDITIO.

a *Publicum. Bar.l. si quis.C.de pac.ubi utitur alio modo loquendi, quia distinguit an posit separari.dixi in c.si diligenti.de fo. compet.ubi doc. tradunt hanc doctrinam Bar.sed non ponderant istam diuersitatem,uide quæ dixi ibi,Barb.ista faciunt,an partes posint cōuenire ut iudex, non in figura iudicij,sed de plano,& ex officio ueritatem inquirat, & illa reperta ordinet quid uelit.Hostien.& Io.And.c.j.de lib.oblat.dicunt q̄ sic, secus tamen secundum eos,si conueniunt q̄ feratur diffinitiua, omisso libello.gl.c. fi.de re iud.sed Imo.d.c.j.dicit,q̄ primum dictum non uidetur uerum,quia non potest renunciari iuri introducenti solennitatem,ut hic habetur:sed si uellet,q̄ procederet tanquam arbitrator,hoc bene posset,per ea quæ no.in l.sed in seruum.§.si quis iudex.ī.de arb.& in dubio ut actus potius ualeat, deberet præsumi,q̄ uellent ipsum cognoscere tanquam arbitratorem.ar.c. abbate.de uer.sig.secundū Io.& per eundē in d.§.& post operis. Nec ob. l.quoties.de preci. imp. offe.quam alle. Hostien.quia ibi speciale in causis breuioribus,& loquitur secundū tempora antiqua,secundū quæ,non erat necessarius libellus,nisi in illustribus personis, idcò facilius illi iuri specialiter poterat renunciari,cum facilius tollatur,quam ius commune.l.cius militis.§.militia missus. ī. de test.mil.clem. cōstitutionem.de elec.Inst. de actio. §.tripli.Bal.& Imo.post Bar.l.nemo potest.de leg.j.& Imo. l.Titio centū. §.ij.de cond.& demō.ubi refer can.in c.P.& G.de offi. del.eg. & Bar.l.sōcietatem. §. arbitrorum. ī.pro soc. uers.dixi post Bart.l.à diuo. §.sententiam.in fi. de re iud.Et istis adde. Ant.c. quintauallis. de iureiur.qui tenet opi.Hoſt.sed Imo.ibi cōt.Bar. cōſ.quinquagesimo octauo. Cast.conſ.clxx.*

Adde

Adde ibi,per pactum non potest mutari.Barb. cons.vj.uol.iiij.ubi concludit,q; non potest renunciari statuto disponenti , ne aliquis possit esse fideiussor,quando hoc erat introductum ratione publicæ utilitatis.

b P.PAV.P.Dandam.Istud nō procedit , quando interuenit iuramentum.Alex.cons.cccl.xxxviij.

c P.PAV.P.Principaliter. *Ad cognoscendum quando aliquid dicatur principaliter introductum in fauorem publicū.Fran.cons.ij.circa fi.& quod multa inducantur contra regulas iuris communis, ob fauorem publicum.Fel.l.j.ad Bar.ff.sol.ma.Bar.l.si quis conscribendo.C.de pact.*

LEX XXXX.

1 *Ambiguitas & obscuritas differunt.*
2 *Interpretatio pacti quando fiat contra proferentem.*
3 *Interpretatio pacti appositi pro utroq; fit cōtra eū,qui se ex pacto fundat.*
4 *Interpretatur tunc dispositio eo modo quo potest ualere,quando interpretando contra proferentem ea redderetur inutilis.*
6 *Interpretatio debet fieri p iudicē.Et potest principaliter adiri ut declaret.*

a VETERIS.[a] Ambigua conuentio interpretatur contra eum,pro quo profertur.h.d.Quæro dicit hic pactionem ambiguā,uel obscuram.† Quę est differen
1 tia inter obscuritatē & Gl. in hoc plus extendit se cp alibi in l.quoties.ff.de uer.ob.hic etiam aliqua dicit,s.q obscuritas est in dictione,quæ potest diuersimodè intelligi, uel in oratione,generali seu alternatiua, ambiguitas est in oratione. Tu dices clarius , q obscuritas est in dictione, ut dicit gl.in dispositione uero alternatiua seu in generali , nulla est obscuritas . Illud em̄ est expressum,qđ uoluerūt cōtrahentes, sed est ibi incertitudo,quā ipsi uoluerunt ab initio.Ambiguitas uerò est in oratione,ut gl.dicit.Hoc præmisso opp.l. inter stipulantē.§.j.ff.de uer.ob.dicit gl.ibi,in iudicijs, & bene, qđ dic ut ibi dixi, &l.de die.in prin.ff.qui satisd.cog.Op.
2 l.si in emptione.in prin.ff.de cont.emp.Sol.† dicunt quidā, ibi in accessoria cōuentione , hic in principali.Istam reprehendit gl.quia etiam in principali quādoq; fit interpretatio pro uenditore, l.in l.j. de cont. emp. Vnde alij,soluunt cōt.l. si in emptione. q ibi pactū fuit appositū ab emptore hic à uenditore, & sic semper interpretatio fit contra eum, qui pactū induxit, in cuius fuit potestate legē apertius dicere,ut hic.Ista sol.uidetur cont.l.insula.ff.qui po. in pig.ha. ubi fit interpretatio ,p eo qui dixit pactū. Huius timore gl. recedit ab omnib.istis sol.& sol.cōt.l.si in emptione. qđ ibi fuit pactum appositū ab emptore, uult dicere q ibi fuit pactum appositū gratia emptoris,& sic debet haberi perinde ac si ab eo esset appositū. Debet ergo pactum interpretari semper cōtra eum pro quo apponitur. Et ita uidetur intelligere ista gl.cum qua concor.gl.in l.Labeo.ff.de cont.emp. Vide gl.& dic ut in ea.Certè istud uidetur contra emptionē istius legis , quæ uidetur uelle interpretationē fieri contra proferentē propter rationē quā subdit, in cuius potestate fuit legē apertius cōscribere.l.Labeo.ff. de cōt.emp.Nec ob. l.insula.ff.qui pot.in pig.ha.Nam ibi nulla est ambiguitas, fuit enim pactum appositum circa hypothecam,qđ pacto debet declarari secundū conuentionem appositā in principali obligatione, C. per quas pers.nob.acq.l. ij. Dicas ergo ad l.si in emptione, q hic constabat pactū appositum à uenditore,ibi erat dubiū.Et ideò in dubio fit interpretatio cōtra eum pro quo profertur, quia cū ipse fundet intentionē suā ex pacto,pactū debet eius intentionē probare de necessitate, aliàs non sequitur condemnatio. l. non nudis.& l.non epistolis. C. de prob.ideò interpretatio fit cōtra eū,
1 mario.Tertiò no.† ꝙ creditor põt ratũ habere,inuito solutẽ te.Rationẽ ponit tex.& ꝛ dicam.Opp.ꝙ per solutionẽ factã procuratori,ipso iure quæratꝫ dño dominiũ pecuniæ.l. si ꝙ curatorem. ꝛ. de acq. re. do. Huius timore est facta j.& ij.gl. Prima sol.est, ꝙ hic fuit solutũ ꝙ curatori debitoris, nõ cre ditoris, qd uidetꝫ ꝛ tex.qui dicit creditori duntaxat negotium gesisit.Alij ꝙ erat procurator creditoris ad quædã, nõ ad ista. Alij dicunt melius, ꝙ exponitur procuratori, id est, procuratì sine mandato, & ista est uera. De quo plenè in l. qui mihi donatũ. ꝛ. de don.& l.j.§.procuratorẽ.de acq.pos. & Cy.l.j.in ij.opp. C. de acq.poss.Dixi plene in d.l. qui mihi donatũ. Opp.ext.gl. de l.hoc iure.§.si quis dederit.ꝛ.de do. & l.si res.§.j.ꝛ. de iur. dot.ubi dicitur ꝙ ille, qui soluit uni,ut daret alteri,pòt ipse mandatũ reuocare.Sol.no.tex. hic di cit,ꝙ qñ hic gestor solutionẽ recipit,solius creditoris negotium gesit, qd apparet,quia debitor soluens credit se sta tim liberatũ.In cõtrarijs gerebat negotiũ utriusq;,nam da batur pecunia uni, ut eam daret alij,& sic utriusq; negotiũ
2 gerebat.ꝛ.eo.l.si pupilli.§.si quis pecuniã.† Quærit gl.duas q. Primo statim ratihabitione sequuta quæratur creditori
3 dñium,& usucapiendi condictio: Dic ut in ea,& bene.† Se cundò quærit gl. cuius interim est dñium. Quidam dicunt
b ꝙ debitoris soluentis. Alij dicunt ꝙ nullius,uide gl.[b] Idem ꝙ sit nullius,no.ꝛ.de sol.l.qui hominẽ.§.si debitorem. In cõ trarium est ueritas, l. cum quis.§.j.ꝛ. de sol.Est enim dñium debitoris, ut ibi patet.Ratio quia dñium non recedit à nobis, nisi quæratur ei, cui intendimus quæri,l. nec utilem.ꝛ. ex quib.cau.ma.Secus est in possessione,quia & si nõ quæ ritur alij, quia quærere nolo, nihilominus desino possideꝛ re,nã à nobis possessio potest reddere, etiam si alij nõ quæ ratur,ꝛ.si me in uacuum.l.rñ.ꝛ.de acq.poss.& ibi no.

ADDITIO.

a Si ego.Bar.l.si proc.ꝛ.de cõd.ob.cau.& max. in iiij.q.prin.l.fals. C.de fur.

b Gl. Hanc gl. etiam reprehendit Bar.l.si sponsus.§.si uxor.per illum tex.cũ seq.ff.de don.inter uir.& ux.& mo.l.cõmun.§.fi.ff.de acq.poss.Ang. ibi se remittit ad no.per gl.hic.

LEX XXVII.

1 Potestas & decuriones possint actorem seu curatorem dare ad administrãda bona ciuitati obuenientia.
2 Gerens contemplatione unius,tamen tenetur alteri,ad quem in ueritate negotium spectat.
3 Gestores ex necessitate tenentur insolidum.
4 Gestores uoluntarij tenentur insolidum,si eis administratio insolidum concedatur,si pro parte,tenentur pro parte.
5 Delinquentis si bona debeant deuastari,& habeat turrim cõmunem. Potestas potest illam diuidere,& partem superiorem deuastare.
6 Potestas facit alienationem necessariam.

CVM ALIC VI. Officiales publici, licet respectu reipub. alter pro altero teneatur, non tñ respectu priuati, ad quẽ negotiũ in ueritate spectat. Et hic ponitur
1 quædã quæstio extra uagãs,& nõ tangit materiã. † No. magistratus,hoc est. Potestas ciuitatis põt creare actorẽ, seu curatorem,ad administrandũ bona obuenientia ciuitati, non tamẽ pro hoc excludo, quin & hoc possit facere ordo decurionũ,hoc est, priores, l.item corũ.§.j.s.qd' quisq; iur.& l.ij.
2 j.ad mu. † Secundò no.q; licet aliquis gerat contemplatione unius ex necessitate, tñ tenetur alteri,ad quẽ negotiũ in ueritate spectat.s.eo. l.itẽ cũ putaui: l.in fi. Tertio no.q; licet quantũ ad ciuitatẽ, isti gestoris teneantur insolidũ, non tñ quantũ ad priuatam rationẽ,statim dicã. Modò opp.l.Lucius.§.Sempronij. j. de adm. tu. Sol.intelligas q; hic factus est nõ soluendo, postq; priuatus successit. Ista tenentur cõiter,uel illud fauore pupillorũ,& ista est etiã satis bona. Opp. j. ad municip.l. ij.Sol. fateor q; ciuitati tenetur insolidũ, ut ibi,nõ priuato ut hic. Rationẽ assignat gl. q; ciuitati tenebat ex officio: priuato,ex sola gestione. Et breuiter si uis habere regulas,an gestores teneant insolidum
* *Parte. Dic breuiter,q; iureno uissime singuli pro parte conueniendi sunt. §.f. authen. de duo. reis.* I.C.
3 uel p parte*. † Prima regula est, q; gestores ex necessitate tenent insolidũ. Hoc apparet in plurib. tutorib⁹, & in plurib. curatorib. & in plurib.administ reip.uel ciuitatis,& ideò hic respectu ciuitatis habebant officiũ publicũ, & necessariũ, & ideò eis tenentur insolidũ: respectu priuatorũ gerebant ex uolũtate, & sic tenentur pro parte l. diuus j. de adm.tut.ibi, pro eo tẽpore quo gerũt ex necessitate, tenent insolidũ, secus pro eo qd' gerũt ex uoluntate. In gestorib. † uolũtatijs ista est regula, q; si quidẽ concedit eis administratio insolidũ, tenẽtur insolidũ,si pro parte, tenent p parte. l.pe. j. de separat. tetigi in l.plurib. s. de proc. sed in gestorib. hoc nõ cadit, quia in eis officiũ non cõmittitur, sed sponte gerũt. De
5 hoc dixi latius in repe.l.j.§.si plures. j. de exerc. Induxi † hãc l. semel ad q. Potestas huius ciuitatis condẽnauit quendã in publicatiõe bonorũ,& destructione domorũ. In istis bonis erat quædã turris cõmunis cum alio, cõmisit potestas executori, seu militi suo, q; illã turrim diuideret,& ita factũ est,& recepit partem superiorẽ,& destruxit, nunquid ualuerit talis diuisio,ita q; hoc facere possit? Dixi q; hic uidet casus q; sic, quia potestas potuit dare curatorẽ talibus bonis necessario diuidendis,& sic põt facere alienationẽ necessariam. l.j. de fun. dot.& l. alienationes. fam. ercis. cum simil.

LEX XXVIII.

EX DVOBVS. Gestor expensas uoluptarias non repetit.

2 TITIVM.[a] Expensæ factæ causa pietatis,non repetun
§ tur. Quærit gl. qualiter probabitur, cum fecisse expensas causas pietatis? Dic ut in ea.

ADDITIO.

a Titium. Alex. cons. clij. in fi. ij. uol.

LEX XXIX.

1 Fideiussori quando uideatur mandatum ut soluat,
2 Libellus pro fide iussore cõtra principalem, quando conuenitur ut soluat.

SI QVIS MANDATO. Pro eo quo quis obligat' est, agit hac actione, antequã soluat. No. qd' illud abesse uidetur, in quo quis est obligatus. Opp. l. facere. j. fol. ma. Gl. non soluit, dic qd' ibi erat obligatus sub condictione, hic pure. Itẽ opp.[a] & uidetur qd' nõ posit agere antequã soluat. l. Lucius. j. man. quod quidã fatent. Gl. dicit, & melius, aliud in fideiussore, ut ibi, aliud in gestore, seu mandãte, ut hic. Vide gl. & rationẽ no. qa in fideiussore hoc † ideò est. quia eo ipso qd' intercedit, uidet ei mandatũ qd' soluat l. indebitã. j. de cõd. ind. Vtram. non approbãt illam rationem. ut Cy. refert. C. man. l. si pro ea. in ij. contra. Nam si fide iussori uideret mandatũ ut solueret, ipse teneret si creditor uendit pignus, ideò quia nõ est solutũ, qd' est falsum, C. de don. l. j. & l. indebitã. quæ dicit qd' ei uidet mandatũ ut soluat intelligit hoc si soluit, põt repetere tanq; mandatũ per actionẽ mandati, non aũt qd' præcisè susceperit mandatũ de soluendo. Dic ergo qd' fideiussor in hoc intercessit ut debitor maiorẽ dilationem haberet, & ideò tempus repetere non põt, ar. l. incõmodato. §. sicut. j. cõmo. Hoc etiam sentit
2 gl. hic, dũ dicit, quia iuuari, &c. † Quærit gl. ad quid agatur
b antequ soluat? [b] R. non ad pecuniã, sed ut liberet. Qd' no. p formatiõe libelli. Vel potes cõcludere, ut cõseruet indẽnis C. de senten. quæ sine certa. quantit. l. ij. & j. eo. l. liberto. §. j.

ADDITIO.

a Opp. Bal. l. certum est. circa prin. C. fam. ercis. & Bal. d. l. si pro ea uer. modo pro euidentia.
b Soluat. Bal. l. si pro ea. in iij. q. C. mand.

LEX XXX.

a CVM PATER.[a] Gestum nomine uentris, deuoluit in actione tutelę, posthumo nato, uel in actione negest. Rationẽ huius l. in primo casu uidere est facile. In secundo est ratio, quia posthumus habet pro nato, dũ tractat de statu & cõmodo suo. s. de stat. ho. l. qui in utero. Opp. quia fictio ista quod habetur pro nato, retro, nihil operatur in prę iudiciũ gestoris, l. nam & seruius §. j. s. eo. Sol. hic sunt tria quia posthumus erat in uẽtre, & habetur pro nato. Item quia hæres fingitur retro fuisse dominus. Item quia tutor gessit contemplatione ipsius, tanquã futuri hæredis. in contrario gessit contemplatione hæreditatis simpliciter. Sed quæro quid interim, antequã certum sit posthumum nasci uel non nasci? R. gl. quod interim dabitur actio neg. gest. & bene, &c.

ADDITIO.

a Pater. Bar. l. matres. ad Tert.

LEX XXXI.

1 Officiales publici tenentur de facto aliorum officialium, quos ipsi habent in subsidium.
2 Neg. gest. actio quod habeat locũ inter officiales publicos, & alios officiales sibi datos ex publico in subsidium.
3 Mandati actio datur inter tutorem, & actorem ab eo constitutum.
4 Fideiussor qui soluit, q; non habeat actionem neg. gest. contra confideiussorem, & de ratione.
5 Gerens negotium alicuius non principaliter, sed in consequentiam, quando habeat actionem neg. gest.

EX FACTO. Sicuti inter colleg as æqualis potestatis est actio neg. gest. ita si sunt potestatis inæqualis. No.
1 q; † isti officiales publici tenentur de facto istorum & curatorum seu subcuratorũ, quos ipsi habẽt
2 in subsidium sui officij. * † Secundo no. q; in * *Officij. Dic ut in l.j. quo quis ord. conuenid. lib.xj.*
ter eos est actio neg. gest. sicut si uterq; haberet principale officiũ, qd' itellige q̃n curator & subcurator cõstituitur autoritate publica, ita q; utriusq; est officiũ necessariũ, & hoc innuit hic tex. dum dicit, subcuratorẽ constitutũ. Sed si ponerem principalẽ officialem constituisse sua sponte sibi unum
3 subcuratorẽ, tunc esset inter eos actio mandati. Et idẽ † puto inter tutorẽ, & actorẽ ab eo constitutũ, l. decreto. de adm.
4 tut. Opp. gl. de l. ut fideiussor. j. de fideiuss. † ubi fideiussor nõ non habet actionẽ p̃ fideiussorem. Sol. Aliud in istis officialibus, aliud in confideiussorib. Et assignat hic gl. triplicem
2 rationẽ.[a] Primò, quia fideiussores intercedunt ex uoluntate, isti ex necessitate. Ista est falsa per l. j. C. de duo. re. Secũda ratio est, quia fideiussor liberat confideiussorẽ non officio sed,

sed uirtute gestionis,& natura obligationis. Et ista est ratio uera, quã Vltramon. appropriãt sibi, in l. cũ alter. C. de fideiuss. & uult dicere q; fideiussor principaliter soluit, ut liberet reũ, & pro obligatione rei principalis, & hoc ex consequentia porrigit ad fideiussorẽ, ideò p̃ eum nõ habet actionem neg. gest. & istud est aliud genus negotij gesti, ratione consequentiæ. De hoc dixi in l. si pupilli. §. itẽ quæritur. s. eo. de quo statim dicã. Assignat gl. hic aliã rationẽ, quia fideiussor habet aliã actionem p̃ eum, pro quo intercedit, ista non est uera. Quid ẽm si non esset soluendo, uel nõ reperiretur?
5 tene ergo præcedentẽ. Quæro ergo q̃n † gero negotiũ alicuius, non principaliter, sed q; est suũ ratione cuiusdã consequentiæ, an p̃ eum habeã actio. neg. gest. Videt q; non. ut dicimus in fideiussore, l. ut fideiussor. de fideiuss. In contrariũ uidetur casus in l. fi. C. de bo. aut. iud. pos. ubi creditor missus in possessionẽ, recuperat expensas ab alio ad quẽ per consequentiã spectat. R. ergo, aut ex neg. gest. alicui p̃ cõsequentiã aliqd acquirit, ita q; non habeat p illo necesse agere p̃ illũ, utputa cõfideiussori liberatio quærat, & tũc actione neg. gest. nõ tenet, d. l. fideiussor. Aut p eo habet necesse agere, & tunc aut fundat intentionẽ suam ex eo q; gestũ est per me, & ad eum pertinet per consequentiã, & tenetur mihi restituere sumptꝰ, d. l. fi. C. de bo. aut. iud. pos. Non ẽm potest petere restitutionẽ creditor superueniens, nisi fundet se ex missiõe facta ex primo decreto ad petitionẽ meam. Aut fundat intentionẽ suam non ex facto meo, sed tertij, & tũc non tenetur mihi in aliquo. l. fi. in prin. s. de eo per quẽ fac. er. ubi quis agit de p̃missione facta de iudicio sisti, nec habet necesse dicere in libello, q; per alium. puta, Titium fuit impeditus, ut cum ex facto alicuius non se defendat, unde ille impedienti non tenetur in aliquo.

ADDITIO.

a Rationem. & Bar. l. j. circa fi. & ibi Bal. C. de transac.

LEX XXXII.

a LIBERTO. Ex facto, p curatoris datur utilis institoria cõtra dominũ. Quærit gl. quare dicit[a] utilis? R. quia institor solet præponi uniuersali administrationi, hic uerò fuit præpositus uni actui. Materiam etam huius principij habuistis in l. si pupilli. §. item quæritur. s. eo.

ADDITIO.

a Dicitur. Bal. l. mandatum. C. man. iij. opp.

§ INTER. Actio competens contra eum, ad quem negotium spectat cura & solicitudine, non impedit actionem oriri cõtra eum, ad quem negotiũ in ueritate spectat, licet eius contemplatione non sit gestũ.

* *Casum. Hypothesis proponi* Casum* in terminis ponit gl.

potest in eo, qui pro tutore, pupilli negotia gessit: nam & contra tutorem, & contra pupillum, actione neg. gest. agere poterit, l. si pupilli. s. hoc tit. & hic. I.Con.B.

1 Absentiæ causas allegaturus ueniens, non condemnatur.
2 Causæ absentiæ licet allegẽtur per defensorẽ, attamen iudex fert sententiã, & si causæ sunt ueræ, sententia erit nulla, & qd si ueniat defensurus. nu. 3.
4 Defensori non appellanti, qui debuit appellare, imputatur.
5 Defensor quando liberat reum absentem, etiam actore inuito, tribus modis ueniturad defensionem alterius.

a §. LITEM.[a] Qui alleg. causas absentiæ nõ condemnat, nec appellare tenetur, secus in eo qui uenit ad plenam defensionẽ, licet post litẽ contest. No. ex hoc §. duo. Primò † q; ille q; uenit ad allegandũ causas absentiæ, nõ cõdẽ
2 natur. † Secũdò no. q; licet causæ absentiæ allegent, hoc nõ impedit, quin iudex possit ferre sententiã, ut hic innuitur in tex. Fateor tñ si causæ absentiæ essent ueræ, q; sententia esset nulla. l. ij. §. si quis iudicio. ibi, iubet diem iudicij esse diffusum. s. si quis cau, & ibi dixi no. in l. quæsitũ. j. de re iu. † Item no. q; ille qui uenit ad plenam defensionẽ, condemnatur, & in eius personã sententia profertur, & debet dici, condemno te defensorio nomine Titij. Inn. cxt. de re iud. c. cum super. Item no, q; hoc est uerũ, etiam si defensor interuenit post litem contest. qd' apparet ex prin. §. dum dicit litẽ in iu
4 diciũ deductã, &c. Vltimò no. † q; defensori est imputandũ

Bar. super ff. uet.

si debuit appellare, & non appellauit. Quæro utrũ iste defensor condẽnatus repetat sumptus? Dic ut in gl. Secundò
5 quæro, † utrũ defensor liberet reũ absentẽ actore inuito? Gl. dicit hic q; sic, quã uide & no. Istud uerò qd' dicit, q; liberat reum actore inuito, intelligas, ab instantia iudicij, non aũt à principali obligatione. l. si mandato meo. §. j. j. man. Dixi in l. non solũ. in prin. s. de proc. Doc. ponunt C. ubi in rem act. l. j. Dixi plene in l. solutionem. j. de sol. Debes ẽm scire, q; triplex modus ueniẽdi ad defensionẽ alterius. Vno modo animo nouandi, & debitorẽ liberandi, & hoc casu non admittit actore inuito. Alio mõ tanq; simplex defensor, cũ satisdatione. & hoc casu admittit inuito actore. l. solũdo. j. c. & d. l. sol. de sol. & hoc modo proceditur super libello, & agitat iudicij defensorio nomine. ut s. Tertio modo uenit aliquis ad defendendũ dicens, Peto q; detur libellus p̃ me ac si possidẽrẽ petitã, & isto casu non concedit, nisi ei à quo cõuentus habet causam. l. sed & si lege. §. qd tũ si is. j. de pet. hær. & de nox. l. illo. & de alie. iu. mut. cau. fa. l. iij. in fi. & hoc cum determinatione l. si actor. s. de proc. qd' dic ut ibi dixi.

ADDITIO.

a Litem. Dixi in l. inuitus. post Bar. C. de procur.

LEX XXXIII.

QVI ALIENA.

§. LIBERTVS. Qui expendit ultra q̃ ei est iniunctum, non repetit. Gl. assignat cont. quæ sunt clara.

§. TVTORIS. Pupillus non tenetur ad perficienda negotia, etiam incepta. No. tex. cum fine suæ gl.

a §. QVANQVAM.[a] Gestor negotiorum non põt constituere actorẽ in negotijs pupilli. Istud est uerum fm ista tempora, fm quæ mulier nõ poterat esse tutrix, sine imperiali rescripto. Hodie uerò si esset tutrix posset constituere actorem, sicut alij tutores. l. neq; tutores. C. de proc.

ADDITIO.

a Quanquam. l. sed si hæc. §. cum uir. j. de cond. & demon. & Bal. l. si mater. C. ad uelle.

1 Libelli forma quando agitur ad seruitutem prædij.

a §. VNO DEFENDENTE.[a] In causa seruitutis prædij cõmunis qd' unus ex socijs expendit, ab alio repetit per actionẽ neg. gest. No. q; dicit, sententia prędio da-
1 tur. Potest ergo rectè concipi libellus & formari sententia, q; pronuncietur prædiũ seruire, uel prædio deberi seruitutem, ut hic. Sed si dñs prædij peteret pronunciari, sibi cõpetere ius ducẽdi aquã, procederet libellus. Ita format Iurisc. l. ij. in prin. j. si ser. uend. & ista uerba, cũ dicit, Peto pronunciari mihi ius cõpetere, &c. intellige, scilicet ad prædij utilitatem. & sic prædio uidetur dari sententia. Hoc sentit gl. hic in prin. dũ exponit, prædio. i. ad prædij utilitatẽ. Quærit gl. quæ erat ratio dubitandi in §. isto. Dic ut in gl. Opp. gl. l. si quis putans. §. hoc autem. com. diuid. Sol. ut in gl.

ADDITIO.

a Defendente. Bar. l. si prius. in ult. opp. ij. par. de ope. no. nũ. & d. l. ij. & Bar. l. fi. §. fin autem. C. de bo. quæ lib.

LEX XXXIIII.

FIDEIVSSOR. Quod quis facit contẽplatione mãdati per errorẽ, non uenit in illa actione, sed in actiõe
1 neg. gest. † & qui ius suũ uendidit, pignoratitia nõ tenetur. quẽ casum no. & bene. No. uer. creditori. Opp. l. si mãdato. §. Paulus. j. man. Sol. ut in gl.

a §. IGNORANTE.[a] Qui ab alio domum recepit meo nomine, neg. gest. actione mihi tenetur.

ADDITIO.

a Ignorante. Bar. l. qui mihi donatum. j. col. de dona.

LEX XXXV.

HAERES. Hæredi uiri defuncti contra uxorem datur hæc actio de gestis constante matrimonio.

LEX XXXVI.

1 Protestatio declarat animum protestantis in dependẽtibus à potestate sua, secus in dispositis certo modo à lege.
2 Clausula, saluo iure addendi, &c. apposita in libello, nihil operatur.

3 *Alimentandi onus quando nõ spectat ad matrem mater uidetur habere animum repetendi.*
5 *Gerens in dubio uidetur expendere de bonis illius, cuius negotia gerit.*
Pater uel frater dotans filiam uel sororem, quando in dubio uidetur dotare de suo.
Pater expendens in studio pro filio, non uidetur expendere de suo, quando filius habet peculium castrense, uel quasi.
6 *Rustici diuidunt per medium quæstiones.*
7 *Dispositio loquens de matre, habet locum in auia.*
Mater uel auia expendens circa res filij, uel nepotis quando repetat.

a NESENNIVS.[a] Si per ascendentem gerantur negotia descendentis, uel fiat protestatio, uel onus alimẽtandi ad descendentẽ non pertineat, expensæ alimẽtorum repetuntur. Primò ponitur epistola Nesennij contrà quæstionẽ, & alleg. pro utraq; parte, & opinio. quorundam. Secundò ponitur responsio Pauli. Secunda ibi, respõdi, hæc disceptatio. † No. quòd protestatio declarat animũ
1 protestantis, ut hic, & l. qui in aliena. §. fi. ff. de acquir. hæred. Quod intellige in ijs quæ pendent ex potestate sua. Secus in ijs quæ certo modo disposita sunt per legẽ. Et ideò gl. dicit hic, quòd quando mater tenetur ad alimenta, talis etiã protestatio nihil operatur. Vide gl. super uer. conueniret. &
2 ideò † illa uerba quæ ponuntur in libellis, saluo iure addẽdi. uel diminuendi, nihil operantur, quia per l. determinatũ est tempus usq; ad quod debeat posse addi, uel diminui l. edita actio. C. de eden. Dic in materia protestationis, qd' dixi in l. non solùm. in fi. de oper. no. nun. & idem no. in l. si quis à liberis. §. fi mater. ff. de lib. ag. & l. alimenta. C. hoc tit.
3 Item no. † quòd quando onus alimentandi nõ spectat ad patrem, mater uidetur habere animũ repetendi. l. fi quis à
4 liberis. §. fi mater. de lib. ag. Item no. † quod liber[b] nostra-
b rum rationũ probat in his quæ dependent ex mera uolun-
c tate nostra. ut hic in tex. ibi, maximè si etiã in ista ratione,[c] &c. De quo dixi plenè in l. nuda. ff. de don. Dixi in aut. si contractus. C. de fid. inst. & l. admonendi, ff. de iureiur. Item no.
5 † quòd gestor negotiorũ in dubio uidetur expendere[d] de
d bonis illius, cuius[e] negotia gerit, & est ista adeò uiolenta
e præsumptio, quòd tollit præsumptionẽ pietatis, quę aliàs erat, quod est multũ no. Nam licet pater, uel frater, qui dotat filiam, uel sororẽ, in dubio uideatur dotare de suo, l. fin. C. de do. promiss. hoc est uerũ, nisi esset gestor negotiorũ fi-
f liæ, uel sororis, ut hic. Et ita sentit gl.[f] in uerb. intelligitur. in prædicta l. circa prin. C. de dot. promiss. Item licet pater expẽ-
g sas, quas fecit, p filio studenti,[g] uideat facere de suo l. quæ pater. ff. fam. erc. tamẽ hoc debet intelligi, nisi filius habeat peculiũ castrense, uel quasi, uel aduentitiũ quod erat apud
6 patrẽ. l. fi. de pet. hær. Itẽ no. † contra rusticos,[h] qui diuidũt
h quæstionẽ per medium dicit gl. No. etiam † ex lege ista idẽ
7 iuris esse in auia, quod in matre. Quod enim constitutum est in matre, hoc extenditur ad auiã. Opp. gl. l. j. & l. alimenta. C. eo. & gl. non so. Sed pro huius declaratione, dic, quòd quando mater, uel auia expendit circa res filij, tũc sine dubio istud repetitur. l. alimenta. ij. respon. C. eo. Et in hac l. uidetur hoc præsupponi pro constanti, q; expensę factę circa res, uenirẽt in computationẽ rationę dubitationis. Aut est de expẽsis factis circa personã, circa quas dic, q; aut fiũt ex necessitate præcisa, aut causatiua, aut ex uoluntate. Primo casu, qñ mater tenetur alere pupillũ, quia est intra trienniũ uel quia inops, uel in casib. positis, C. diuort. fac. apud quẽ liber. mor. uel edu. l. j. & auth. ibi posita, tunc mater nõ repetit, etiã si fuerit protestata, ut hic no. per gl. & bene. & C. eo. l. alimenta. Quædã expensæ fiũt ex necessitate causatiua, & in petendo tutorẽ, ad qd' mater cogitur necessitate causatiua, s. ne perdat successionẽ. l. ij. §. si mater ad Tertul. & tũc ad uertendũ est, q; in hoc fiunt expensæ triplicis generis. Quã doq; circa personã pupilli, ut ducendo eũ Romã, uel ad aliã ciuitatẽ causa petendi tutorẽ, & tunc istæ repetuntẽ, sicut ff. dicã de alijs alimentis. Quædã expensæ fiunt circa personam matris euntis ad petendũ tutorẽ, & isti nõ possunt repeti. Cũ em̃ matri hoc iniungit à lege, intelligit suo uictu. l,
i suo uictu. ff. de oper. liber.[i] Quędã expensæ fiunt in procur. aduocatis, & scripturis & similib', & isto casu dico q; expensæ repetunt̃ à filio, quicquid dicatur per alios. Sicut em̃ hæres cogit̃ facere inuentariũ, tñ expensas imputat hæreditati. l. scimus. §. in cõputatione. C. de iur. deli. & sic fructuarius tenetur reficere ædes, etiã ubi est magna impensa sumptib. tamẽ proprietarij. l. inter fructuarios. & l. damni. ff. de dam. infect. Ita in proposito debet intelligi l. alimenta. C. eo. prout intelligitur de matre. Tertio casu quãdo expenditur cir-
k persona ex mera uoluntate, & tunc aut onus alimentandi non spectat ad filium, & potest repeti, ut hic, & l. si quis à liberis. §. si mater. de lib. agn. Aut spectat ad filiũ, & tunc aut gerebat mater negotia filij, & potest imputare, ut est hic casus. Aut non gerebat, & tunc aut fuit protestata, & põt repetere, ut hic in uer. quid enim. Aut nõ fuit protestata, & tunc non repeteret. C. eo. l. alimenta. Ad fi. l. opp. ff. ad Trebel. l. Titius. & de pet. hær. l. sed & si. §. quod aũt gl. non soluit. Tu dic quòd in cõtractijs erat unum patrimoniũ, uel esse credebatur, diuersarũ tamen qualitatũ, hic uerò erãt duo patrimonia, s. auiæ, & nepotis, unde ea quæ expendit circa nepotẽ, uidetur expendere in dubio de bonis ipsius nepotis. Ultimo gl. ponit hic casus, in quibus[k] cessat actio neg. gest. quãde, & no. & adde l. si paterno. C. eo.

ADDITIO.

a P.PAV.P.*Nesennius. Idem tamen esset in isto tex. si non fieret protestatio, Com. cõs. lxxxvij. ante fi. propter dictionem, maxime, positam in tex. Ant. cons. xxxviij. ante fi. qui uult, quòd etiam stetur ex postfacto dicto illius, qui declarauit se fecisse non animo donandi, sed repetendi, & ibi etiam ponit alias coniecturas, ex quibus cessat animus præsumptus donandi, & illa l. de ascendente, procedit etiam in transuersali, Bal. hic, per l. ex duobus. §. fi. ff. eo. Alex. l. si filius. ad fi. C. de neg. gest. Alex. consilio centesimo quadragesimoprimo, ij. uol. ad fi. Pet. de Anch. consilio quadringentesimo trigesimoseptimo, & Alex. l. quæ dotis. ff. sol. mat.*
b *Liber. Bar. l. si paterno. C. eo. l. admonendi. Rom. consilio octauo, ij. du. & cons. ccxxxv.*
c P.PAV.P.*Ratione. Aret. l. j. C. de neg. gest.*
d *Expendere. Bar. l. alienata. C. eo. & quod ibi dixi, circa materiam huius l. cont. l. fi. C. de ali. pu. præst. Bar. l. cum seruus. de uer. ob. Ro. cons. cclv. Bald. cons. clxiij. Ang. cons. cclxxvij.*
e P.PAV.P.*Cuius. Commen. cons. lxxxvij. circa. medi.*
f *Gl. Et caue, quia in patre & auo, & alijs qui tenentur dotare, licet gerãt negotia filiæ, tamen in dubio intelliguntur dare de suo. d. l. fi. & gl. loquitur ibi in extraneo. Et ita loquitur Bar. l. j. §. nec castrense. de coll. bo. & Lud. l. j. sol. mat. reprehendit Bar. hic, per d. l. fi. Bal. cons. cxlv. Ang. cons. c.*
g *Studenti. Imo. l. j. ff. sol. mat.*
h P.PAV. P. *Rusticos. Istud tamen limita non procedere, quando in aliquo articulo essent rationes hinc inde urgentes, ut uera opi. discerni non possit. Alex. d. l. si Titius. ff. ad Treb. Dec. c. j. in ult. col. de const.*
i POMA. *Lib. Are. cons. clx. ij. uol. Et no. q; isto casu ueniunt alimenta facta à matre filiabus, quando post mortẽ patris superstant masculi filij, in locis, ubi delicet, ubi est statutum, q; stanti. masc. filiæ non succedant, ut est communiter per totam Italiam, tunc onus alimentandi nõ spectat ad filias, sed ad fratres Bar. l. filium. ff. ubi pu. edu. deb.*
k *Quibus. Adde gl. l. si paterno. C. eo.*

LEX XXXVII.

a DIVORTIO.[a] Vt debitum ante administrationẽ cõuertatur in actione quæ ex administratione descendit, duo concurrere oportet, s. q; debitor à se exigere poterit, & qd' inde dñi aliqua uersẽt utilitas. Quã l. no. qa explicat ita bene materiã, qd' non eget aliq̃d dici. Et primò ponit qñ gestor erat debitor eius, cui' negotia gerebat simpliciter. Secundò qñ gestor erat debitor, & sibi aliquid debebat. Tertò ponit unũ casum, qñ nulla dñi uertit̃ utilitas, ut una actio conuertat̃ in aliam. Secunda ibi, illũ etiã. Tertia ibi, cæterũ. Item̃ prima subdiuidit̃, primò ponit̃ dictũ. secundò quædã limitatio, tertiò effectus dicti, quartò, quædam declaratio limitationis, quintò ponit quendã nouũ casum circa prædicta, f̃m unam lecturam magis no. Secunda ibi, hoc ita. Tertia ibi, sed & postea. Quarta ibi, sed hic, q; dam. Quinta ibi, sed & si faceret. No. hic qñ una actio con-
b uertitur[b] in actionẽ quæ descendit ex negotio gesto. Qd' intellige de eo qui gerit negotia uniuersaliter, secus si accessit ad gerendũ negotiũ tantùm, tunc em̃ non conuertit̃. l. si pupilli.

pupilli. §. fi. ff. eo. l. si remunerandi. §. apud Iul. ff. man. Item no. hic q; inspicimus illud quod euenire potest, Opp. qd' diuortiũ non potest fieri, quia quos Deus coniunxit, homo non separet. ff. hoc secundũ iura antiqua Digestorum, secus de iure diuino. Secundò opp. quod nõ debemus expectare quod desinat posse soluere, quia fortuiti casus, &c. l. inter stipulantem. §. sacrã. de uer. ob. Sol. gl. optimè, hic, q;
c pter culpam gestoris, qui à se nõ exigit. Plenius dixi in d. §. sacram. Opp. & uidetur q; etiam aliæ actiones dentur cõtra maritum, in quantùm facere potest. l. nõ tantùm ff. de re iud. Sol. gl. & bene, ibi in gestis constante matrimonio, hic uerò negotia erant gesta postea. Item opp. & uidetur q; iste uers. sed & si facere. sit superfluus. Sol. quãdo q; maritus ab initio facere potuit, & adhuc facere potest, & tunc deoluitur in actionem negotiorũ gestorum, ut in princ. Quando que ab initio potuit, & nunc non potest, tunc distinguitur, aut potest sibi imputati, cur non exegit à se, aut non, ut in uers. sed hic quidam. Aut maritus nunquam potuit à se, exigere, & tũc sibi non imputatur, ut in uers. hæc ita. Quando q; ab initio nõ potuit facere, sed nunc potest, tũc deoluit in actione negotiorũ, ut hic in uers. sed & si facere, & sic non superfluit. Venio ad uer. illum etiam, quærit gl. quid erit si gestor potuisset sibi soluere, & non soluit? & dic ut in gl. Venio ad tertiam partem, ad uers. cæterũ. & opp. q; semper interest, q; prima actio deuoluatur in secundã, quia secunda erit lõgioris uitæ, q̃ prima. ff. gl. illud interesse nõ debet attendi, ut hic loquitur. Prout loquitur de redhibitoria, uel alia actione temporali, intelligas quando tẽpus est lapsum durante administratione. No. istam legem & facit ad hoc quod no. in l. qui bis. ff. de uer. ob. & l. pater q; castrense. in fi. de castrẽ. pec. In cont. tamen aliqualiter facit l. si creditori. ff. de leg. j. Itẽ ad l. fin. opp. ff. de admini. tut. l. quoties. §. item si tẽporali. Gl. soluit & bene. Vltimò gl. magna, quæ est hic, ponit casus quatuor, quãdo nostra interest ut una actio in aliam conuertatur, seu ut prima actio deuoluatur in actionem negotiorum gestorum, quam no.

ADDITIO.

a *Diuortio. Alex. l. quod te. ubi Dec. ff. si cer. pet.*
b *Conuertitur. Bar. l. maritum. sol. mat.*
c *Gestoris. l. tutori uel curatori. C. eo.*

LEX XXXVIII.

a SILIBER.[a] Qui soluit creditori creditoris sui, ex eadẽ causa liberatur ipso iure. Opp. q; quando soluitur creditori creditoris, tollatur actio per exceptionem. l. si opera. ff. de dol. excep. quidam fatentur, & intelligũt hoc ope exceptionis. Gl. tenet q; ipso iure, & ideò dicit regulam esse, q; ope exceptionis tollitur. Fallit, si ex eadem causa q̃s est debitor alterius, ex qua ego sum suus, ut hic. Item fallit, si res debitoris essent obligatæ creditori creditoris. l. solutum. §. solutam. de pig. act.

ADDITIO.

a *Si liber Bar. l. iij. in fi. ff. sol. mat.*

LEX XXXIX.

a LITIS.[a] Quando aliquẽ esse locupletẽ est causa actionis concedendæ, tempus litis contestatæ inspicitur. Opp. ff. sol. mat. l. rei iudicatæ. Sol. licet glo. & Doc. aliter dicant, quando q; aliquem esse locupletem, est causa cõcedendæ actionis, & tunc inspicimus tempus litis contest. ut hic cum simil. Quando q; est causa moderandæ cõdemnationis, & inspicimus tempus rei iudicatæ, ut in cont.

ADDITIO.

a *Litis. Et adde, q, in casu huius l. & similium, est considerandum tempus nõ litis contestat. sed sententiæ, quia licet non essent locupletes, tempore litis contest. si tamen essent tempore sententiæ, sufficit, quasi superueniat actio pendente iudicio, ex causa de præterito, l. si rem. §. fi. in fi. de pig. act. & l. si mãdauero. la picola. ff. man. Imo. d. l. rei iud. & gl. hic.*

§. IPECVNIAE. In hac actione ueniunt usuræ, & habetur ratio culpæ, non casus fortuiti. h. d.

c *Pater administrans præbendam filij, tenetur filio actione negotiorum gestorum.*

§. PATER. Hæc actio datur in patrẽ, & filiũ emãcipatũ. No. bene istũ casum, quia sæpè accidit, q; pater emãcipat filiũ, & retinet eũ in domo, & administrat illud qd' sibi donauit, qd' nõ quærit usus fructus ipsi patri, imò tenet̃ reddere ratiõnẽ ipsi filio, idẽ eadẽ rõe in omnib' quę quærunt̃ filio, quorũ patri nõ quæritur usus fructus. Vnde si pa-
2 ter † administrauit bona præbẽdæ[a] filij, tenetur ei act. neg.
a gest. reddere rationem administrationis. l. sacrosanctæ. C. de episc. & cler. ubi dicitur q; istæ præbendæ habentur loco peculij castrensis, uel quasi. Et hoc uidi de facto.

ADDITIO.

a *Præbendæ. Bal. d. l. sacrosanctæ. de pec. cle.*

LEX XL.

1 *Pœna, & usura, differunt.*

QVI SINE. In hac actione ueniũt usuræ nõ cẽtesimæ, sed cõmunes. No. distinctionẽ huius legis, aut quis peccat in faciendo, accipiẽdo pecuniã, cũ nõ debet, aut peccat in omittẽdo, seu negligẽdo. Secũdò no. q; usura
a dicit[a] pœna, ut hic. Op. ff. mãd. l. idẽ q̃. §. sed & si pecuniã. Gl. dat plures sol. Tene illã quam tex. dat, aut quis deliquit in
1 accipiẽdo, aut nõ soluẽdo. Ista uera. Sed quæro † utrũ sit a-
b liqua differentia inter pœnã, & usurãs q; sic,[b] Nã usura põt deberi absq; mora ex stipulatione. l. lecta. §. fin. ff. si cert. pet. & l. itẽ quia in fi. ff. de pact. & C. de usur. l. quamuis. ff. de uer. ob. l. q Romę. in prin. Pœna aũt nunquã debetur absq; mora, uel alio delicto. l. aliud. de uer. sig. Item inter usuras quæ debent̃ ex mora, & pœna, hęc est differentia, quia usura debent̃ per annos, & mẽses, pœna autẽ semel tantũ. Ita dicit lac. de Are. l. cũ stipulati. ff. de uer. ob. Fateor tamẽ qd' hic dicitur q; quemadmodũ usuræ apponunt̃ loco pœnæ eodẽ mõ alibi, pœna loco usurarũ apponitur. l. Iul. §. Põp. ff. de act. emp. & ibi no. & l. cùm allegas. C. de usur.

ADDITIO.

a *Dicitur. Vide de usura & pœna, & quæ est differentia, Bar. l. in insulam. de uer. ob. uers. vj. opp. l. si ita quis.*
b POMA. *Sic. l. non solùm. la ij. §. j. uer. uel usuras. ff. de lib. leg. Ro. cons. ccxl. ij. dub. in fi.*

LEX XLI.

1 *Beneficium confertur in inuitum, quando concernit eius commodum & alterius, secus si commodum illius tantum.*
2 *Soluens pro inuito non repetit actione negotiorum gestorum, secus si pro ignorante.*

a SOLVENDO.[a] Inuitũ rignorantẽ possumus liberare, non autem actionem ei auferre. Opp. q; beneficiũ nõ conferatur in inuitum, ff. de reg. iur. l. iuuito. Gl. solũit hic. & Dy. c. in inuitum. extr. de reg. iur. lib. vj. Dic † breuiter q; quãdo beneficium respicit commodũ illius tantũ qui cõtradicit, & tũc nõ confertur in inuitũ, ut in cõtrario, quandoq; etiã, respicit commodũ alterius, & tunc potest conferri in inuitũ, Ita loquit̃ totus tit. de mu. & hoc. in quo honores conferuntur in inuitum, qui respiciũt publicam utilitatẽ. Ista hic, quod possit solui, p alio, respicit etiã commodũ creditoris, ideò liberatio in inuitũ conferẽ. ff. de uer. ob. l. seruus. & ibi dixi. Itẽ opp. C. de iur. delib. l. nec emere. Sol. per quandam consequentiam potest conferri beneficium in inuitũ, ut hic, nõ directò, ut ibi, & hæc satis est bona. Opp. ad secundã partẽ, C. quãdo fisc. uel priua. l. ij. Sol. quis nõ põt auferre actionẽ alteri, fallit in casibus hic dõ.
2 dic ut in gl. Quæro † si qñ soluitur pro inuito, utrũm repetatur ab eo per actionem neg. gest. Gl. ff. parua hic, uidetur dicere q; sic. Cont. tenet gl. l. si stichum. §. fi. ff. de noua. gl. tangit in l. fi. C. eo. Gul. de Cun. tenet istã gl. per l. si quis manci pijs. §. fi. ff. de inst. Non ob. l. si ex duobus socijs. s. eo. & C. eo. l. fi. & quę dicunt q; prohibitio impedit hanc actionẽ, quia intelligit ipse q; illud uerũ, quãdo post prohibitionẽ gerẽdo negotia delinquit, nõ debet enim quis facere laborare, uel intrare rẽ meã post prohibitionẽ, secus si post, phibitionẽ in delictũ no. cadit. Sed ꝑ hoc est casus l. si pro te. ff. mã. & ideò tenẽ gl. contrariam, & istam intellige, qñ soluit pro

* Inuito. Imò dicito, non solim pro debitore præsente. l. utrũ.ff.de const. pec. uel absente: l. solutionẽ.ff.de sol. uerũ etiam pro inuito, me soluturũ constituere: l. si debitor. ij. de sol. Et aduersus eundem negotiorum gest. act. me experiri posse: l. si is qui mand. I.Con.B. ignorante, non pro inuito. Non ob. l. si quis mancipijs.§.fin. quia ibi fuit mutuatum seruo, qui potest obligare de peculio dominũ ignorantem. Et istam sol. dat gl. C. eo. l. fin. & etiam ita intelligit ibi.

ADDITIO.

a *P.PAV.P. Soluendo. Ista lex planè procedit, si soluo pro te creditori tuo, quia te libero, & possum à te repetere, nisi te prohibente soluero, secundũ Bar. hic, sed quid si soluo alicui tanquam procuratori tuo, & tamen non possim ostendere quod sit procurator, an possim à te repetere? sic, secundũ Com. cons. vj. inci. creditur libris. post prim.*

LEX XLII.

1 *Obligatio alternatiua dicitur indiuidua, quò ad solutionem.*

SI COMMVNES. [a] Quod in re communi quis facit, nõ ex necessitate cõmuniõis, uenit in actiõe negotiorũ gestorum. h. d. & subtilis lex est, & no. ff. fam. ercis. l. hæredes. §. si unus. No. q pro parte domus potest caueri de damno infecto. Cont. ff. de dam. infec. l. in stipulatione. Sol. gl. ibi quando res erat unius, hic plurium. Vel si dicas, ibi erat pluriũ, dic q mittitur in possessionẽ, scilicet partis.

1 † Item opp. l. si cum uno. §. si ex nox. causa agat. ubi in causa noxali nõ põt defendi seruus pro parte. Ego nõ reperio istud cõtrarium solutum per aliquẽ, ideò dic q in his quę indiuidua sunt, negotiũ pro parte expediri nõ põt, l. in exe-
2 cutione. ff. de uer. ob. Dicitur † autem res indiuidua quò ad solutionẽ, etiam si est obligatio alternatiua, ne deueniatur ad incõueniẽs. q qs haberet partẽ in una re, & partẽ in alia, l. si non sortem. §. fin. de cond. ind. & d. l. in executione.

b Nunc ad propositum, [b] quãdo agitur actione noxali, quãtitas est in obligatione, datio pro noxa est in solutione. l. miles decem. ff. de reiud. ideò non admittitur defensio pro parte, ne posset deueniri ad illud conueniens, q quis posset habere pro parte seruũ, & pro parte æstimationẽ damni. Sed quãdo petitur cautio damni infecti, nihil est in obligatione, sed mero iudicis officio postulatur, & expedit, ideò potest quis defendere partem suã, & nõ partẽ socij, non enim potest deueniri ad illud incõueniens, cùm non sit aliquid in obligatione. Hoc dixi in l. supra iter. §. officiũ. ff. de aqua pluuia. arcen. ubi tex. hoc tangit, quem no.

ADDITIO.

a *Communes. l. iij. ff. eo. Adde tamen q, licet illud quod geritur ex necessitate, non ueniat in hac actione directa, ut hic, tamen uenit in utili, secundũ Bal. l. eos qui. C. de usu. licet Bar. ibi contra. & per Bar. l. curatoris. C. eo. ubi gl. & l. ex facto. & Bal. l. si rem. C. si cer. pet. Caro. Ruy. §. Cato in illo arti. an obligatio rem restituí, sit diuidua? in iij. char.*

b *Propositum. Bar. l. hæc distinctio. §. cùm fundum. ff. loc.*

LEX XLIII.

QVI SERVVM. Seruus non est in peculio suipsius, sed est res dominica, & ideò quod impenditur circa eum, in solidũm, non de peculio repetitur.

LEX XLIIII.

SI SERVI. Mandatum serui nõ impedit hãc actionẽ contra dominum, licet posit etiam ex persona serui conueniri. Opp. l. j. ff. man. & Inst. de ob. quę ex quasi delic. in princ. Sol. gl. dic ut in ea.

LEX XLV.

CVM PECVNIAM. Qui gerit negotium alterius, ipso gestu habet hanc actionem. Sed quęro quomodo potest esse, quòd debitoris nõ interfit solui? Dic ut in gl. quam uide, & tene menti.

LEX XLVI.

IS QVI. Factum affectione paterna, non uenit in hac actione. C. eo. l. j. & ij. Opp. l. si pupilli. §. sed si ego. ff. eo. Sol. ut in gl. & ibi uideas.

LEX XLVII.

QVI VTILITER. Expensæ in honoribus factæ, hac actione repetuntur. Opp. quòd non liceat expendere in honoribus. l. j. ad l. Iul. de amb. Sol. tex. noster dicit, honestè, quando autem dicatur honestè, gl. ponit, dic ut in ea.

§. QVI PVRE. Factus liber, non tenetur ex ante gesto. Opp. l. fi. ff. de pet. hær. Sol. ibi speciale.

§. TITIVS. In negotio quod est alterius, ipso gestu, tenetur ille, ad quem uerè pertinet, licet contemplatione alterius gestum sit. No. istam actionem dari ne aliquis uersatur in damno. Cont. dabitur, ergo ista actio ubicunque cõpetit actio legis. Aquil. Sol. gl. supplẽdo tex. quòd competat, quia nõ est alia actio quæ melius posit competere. Opp. quòd istud erat indebitum respectu soluentis, & sic uidetur repeti per condictionem indebiti. l. si pœnæ. §. j. ff. de cond. indeb. Sol. ibi soluit nomine proprio, hic soluit nomine fororis tanquàm hæredis, ut in gl. Vlt. §. iste facit ad quæstionẽ positam in gl. §. eo. l. iij. §. fin. Contra opinionẽ. Ioã. & dixeram uobis me dicturum hic, tamen iam expediui hoc in isto tit. quando negotium pertinet ad unũ in ueritate, & alterius contemplatione geritur. Distingue, aut ad alium pertinet re ipsa, uel ipso gestu, aut cura, & sollicitudine. Primo casu, aut ad illum, cuius contemplatione gerebatur, poterat aliquo modo pertinere, aut non, & hoc expediui in l. si pupilli. §. sed si ego. §. eo. & §. item quæritur. ea l. & l. Pomp. circa fi. eò. tit.

LEX XLVIII.

1 *Gerenti contemplatione procuratoris, non datur actio contra dominum, nec domino contra ipsum.*

2 *Procurator ad negotia potest alium substituere, quia suscepto mandato, negotium spectat ad ipsum cura & solicitudine.*

MANDASTI. Qui cõtemplatione procuratoris gerit negotium, quod spectat ad dominũ, solùm uigore mandati, contra dominum actionem nõ ha-
1 bet, secus si contemplatione domini gesserit. No. † quòd quãdo ego gero contemplatione procuratoris, non competit actio gestori contra dominum, uel domino cõtra gestorem. Cont. §. eo. l. si pupilli. in princ. Sol. hic loquitur in negotio quod non pertinebat ad dominum re ipsa, uel ipso gestu, sed solùm spectabat ad eum propter mandatum, mandauerat enim de emendo seruum, & sic non possum dicere quòd hoc est nouum genus negotiorũ, scilicet qđ pertinet ad nos uoluntate. Non enim est nostrum aliquo de quatuor modis, sed ideò quia uoluit quòd mihi emere tur. Et uide tex. ibi, & te eius uoluntatis esse, ut emptum habere uelles. Sed in l. cont. negotium pertinebat ad dominum re ipsa. Sed contra istam sol. facit quod j. dicetur. Idẽ est & si filio meo mandauerit, uel fideiuberet pro te, tamen illud negotium pertinere uidetur ad dominum re ipsa, uel ipso gestu. Sol. eodem modo dicas, quòd non pertinebat ad dominum, nisi uoluntate, non enim liberatur ideò, qa aliquis fideiuberet pro eo, & ideò si talis fideiussor solusset, si quidem uellet agere actione neg. gest. quia soluit, & sic pertinet ad dominũ ipso gestu, posset agere contra dominũ. d. l. si pupilli. in prin. Si uerò agere uellet, qa fideiussit, cùm ille uoluit ipsum fideiubere, pro se, haberet locũ distinctio huius l. in princip. cuius contemplatione sit gestũ,
2 domini, uel procuratoris. † Secundò ex hac l. no. manifestam rationem, quare procurator ad negotia potest statim constituere alium procuratorem: nam statim cum suscepit mandatum, negotium pertinet ad eũ cura & solicitudine, & ideò põt alteri mãdare, & mãdat suo nomine, nõ aũt mãdat, procuratorio nomine domini. Ita intelligit l. si procuratorẽ. §. j. ff. mã. & ibi dixi, & ideò in iudicijs nõ põt alius procurator substitui ante lit. cõtest. qa iudiciũ debet agi, & geri nomine domini, non nomine procuratoris, gl. l. procurator qui pro euictione. ff. de procur. Hoc præmisso uenio ad gl. & opp. q pater teneatur in solidũm, quasi ipse gessisset. l. si filius. ff. de tutel. Sol. speciale est in tutela, quæ defert coram iudice

iudice, ut ibi, aliàs secus. l. Lucius. ff. de admin. tut. Itẽ opp. q pater teneatur in solidũm quod iussu, quia uidetur habere ratũ, dum gerit pro filio, j. quod iussu. l. j. Sol. gl. quod hic pater non gessit ut obligaretur, sed ut filij obligationẽ dissolueret, tanquam quilibet extraneus, sicut cũ pro filio si deiubet. l. j. §. quid ergo. ff. quod iussu. tene mẽti prædicta.

LEX XLIX.

1 *Actio negotiorum gestorum directa, quæ dicatur, & quæ utilis.*

2 *Actio directa, & utilis an differant effectu.*

3 *Libello non est necesse inserere an utili, an directa agatur, nisi quando est aliqua differentia.*

ACTIO. Inter actionem propositã cum solennitate, uel sine non est differentia. h. d. fm unam lect. nullũ
a cont. habet. Secundo modo legitur, [a] ut dicas. Inter actionem directam, & utilem nõ est differentia in effectu. No. q inter utilem & directam non est differentia in effectu. No. quod in libello nõ debet exprimi an quis agat uti-
1 li uel directa. Pro huius declaratione † quæro, primò qñ dicat directa, uel utilis? * Gl. dicit, directa datur ex uerbis, & ex mẽte sponta-
* *Vtilis. Dic melius, q directa ex mutuo contrahentium cõsensu, secundũ iuris Ciuilis solennitates nascitur, utilis ex humanitate prætoria, citra contrahentiũ expressum consensum, fauore absentium, ut hic, uel pupillorum, et simil. introducta: l. j. ff. de mag. conue. I.Con.B.*
neo gestori: utilis datur gestori ex necessitate, & ex mente. doc. dicũt q illa quæ uenit ex mente, est directa. l. j. C. uti pos. coniuncta. l. j. in prin. ff. uti possid. licet enim edictũ loquatur de ædibus, tamen cõpetit directũ etiam pro fundo. ff. de uer. sig. l. nominis. & §. uerbũ ex lege. Dicendũ est ergo q utilis nõ uenit ex mẽte, nec ex uerbis, quia ille qui fecit legẽ, de hoc nõ cogitauit, sed uenit ex interpretatione Iurisconsulti, propter idẽtitatẽ rationis. l. pe-
2 ff. si quad. pau. fec. dica. De quo per doc. in l. j. C. de act. & obliga. & ego etiã dixi in l. j. ff. de act. & ob. † Sed quæro utrũ inter actionẽ uti-
lem, & directam sit differentia in effectu? ℟. si quæris hæc uniuersaliter, Doct. tangunt in l. j. C. de act. & ob. & ego ibi dixi in l. ij. eo. tit. & l. j. ff. de act. & ob. Quantũ ad propositũ, si qui-
dem agatur ꝑ ipsum gestor rẽ principalẽ, inter utilẽ, & directã, nõ est differentia in effectu, & ita loquitur hic. Si uerò agere ꝑ hæredem gestoris, tunc esset differentia, quia in directa negotiorũ gestorũ actione tenetur æqualiter hæres, sicut defunctus. In utili uerò quæ datur ꝑ gestorẽ ex necessitate tenetur hæres in minus, C. de hær. tut. l. j. & ij. & de in lit. iur. l. ij. & glo. tenet hic bene, licet
3 alibi gl. no. cont. ut dixi in l. iij. §. hæc aũt actio. ff. eo. † Item quęro utrũm sit necesse, q exprimatur in libello, utrum qs agat directa, uel utili. Tex. declarat hic, quando directa, & utilis est eiusdem effectus, & non est necesse q exprimatur, sed si essent diuersi effectus, tunc debent exprimi. ff. de admin. tut. l. quoties. & quod ibi no. & ff. de sol. l. si duo. & ibi Dy. & ibi de hoc dixi, & secundum hoc ista litera, maximè, quæ est hic, superabundat, ut dicit gl. & bene.

ADDITIO.

a *P.PAV.P. Legitur. Quæ dicatur actio utilis, & quæ directa, Fel. c. aduersario. in prim. ext. de excep. & duas differentias inter utile, & directum, Iaf. l. cũ fundus. §. seruũ tuũ imprudens. ff. si. cer. pet. & Alex. l. ij. C. de sec. tab.*

LEX L.

IGNORANTE. Qui habet actionem pro alio, adeitus petitionem debitorem cogitur liberare. Intelligẽ hic stipulationẽ esse cõceptam in personam fratris noĩe sororis, secus si in personam sororis, quia nõ ualeret, qui alteri per alterũ, &c. ff. de uer. ob. l. stipulatio ista. §. alteri. sed acquireret ei actionem ex stipulatu. l. j. C. de rei uxo. act.

LEX LI.

a SIREM. [a] Negotium non meo nomine gestum, in subsidium re perempta, uel præscripta possum habere ratum, ut mihi hæc actio concedatur. Lego l. istam secundũ lect. Azo. fm quam lex ista ponit tres casus, & materiã huius l. declarat gl. plenius quàm alibi in l. mater. C. de rei uendic. & ibi Doc. Ego subtilius hoc tractaui in l. si eum seruum. ff. si cer. pet.

ADDITIO.

a *Si rem. h anc l. limita, ut dixi post 1mo. in l. si hæredis seruus. de leg. j.*

De calumniatoribus. Tit. VI.

Gl. continuat, dic ut in ea.

LEX I.

NEVM. Primò ponit mentem edicti, secundò incipit exponere. Secunda ibi, hoc autẽ. Opp. ff. de obseq. l. parens. Sol. ibi contra parentes non datur hæc actio, ut ibi, sed datur actio in factum generalis. Quæro utrùm quãdo datur actio in factum contra parentem detur ad quadruplum? Gl. q sic, dic ut in ea. Quæro quid de eo qui dedit ut faceret negotium calumniosum? Gl. dicit idem ar. l. si quenquam. C. de epis. & cler. Quæro an hæc actio infamet? Dic ut no. in l. j. §. de iis qui no. infa. Quæro dicitur hic, negotium, de quo negotio loquitur? ℟. dic quòd de eo, quod fit in iudicio, ut dicit gl. rub. & declaratur statim in prox. §.

§. HOC AVTEM. Hic exponit uer. negotium, & breuiter. hoc dicit. Negotium intelligitur siue in causa ciuili, siue in criminali, siue priuata, siue publica. h. d. Quærit gl. qualiter teneatur qui accepit pecuniam, ut litem calumniosam exerceat, uel non exerceat? dic ut in gl. In eo, quod dicit, lege Iuli. repetunda, intellige, si ille, qui recipit, erat iudex, & causa erat criminalis, l. iij. ad l. Iul. repetund. Item quæro, ista remedia quæ competunt contra istum, in quo differunt, & utrum unum ex istis remedijs tollatur per aliud? Dic ut in gl. & bene.

1 *Qui uult corrumpere iudicem, perdit causam, non ipso iure, sed per sententiam. nu. 3.*

2 *Corrumpere principalem quando liceat, & nu. 6. & 10. ubi, quid in criminalibus.*

4 *Vbi quis propter contumaciam deberet haberi pro confesso, si antequam super hoc pronuncietur, decedat, non præiudicat hæredi, & practica prò nunciandi contra corrumpentem iudicem. §.*

7 *Pœna, de qua hic, an habeat locum in actore & reo.*

8 *Procuratore corrupto, succurritur domino contra ipsum.*

§. SED ET Constitutio. Qui corrumpit iudicẽ, uel ad
a uersariũ, litem perdere debet, [a] secus si bona fide transi-
1 gat. † No. quod qui uult corrumpere per iudicẽ, perdit causam. Contra opp. auth. ut liti. iur. §. posita. C. de pœna iud. qui malè iud. in auth. nouo iure. Sol. hæc limitatur per illam, quia debet perdere litem, nisi intra certum tempus sponte se offerat. Itẽ opp. q licet aduersarium meũ cor-
b rumpere. [b] Non enim in ipsum uolentem potest inferri iniuria, uel dolus, uel calumnia, ext. de reg. iur. uolenti. li. vj. Sol. Gl. intelligit hic de aduersario, hoc est, procuratore, ad
2 uersarij. † Tu dicas q si quidem causa, quæ agitatur, respicit solum commodum litigantis, & tunc in aduersarium principalem non cadit corruptio, imò iudex debet ferre sententiã, secundũ quod partes conueniunt. l. si cõuenerit. ff. de re iud. Sed si iudicium respiceret publicã utilitatem, uel alterius, non licet etiam principalem aduersarium, uel iudicẽ corrũpere. Exemplũ in causa libertatis. C. de collu. dete. p totũ. Itẽ in causa seruitutis. C. ad Iul. Viscel. l. j. Itẽ in causis popularib. l. eũ q. §. in popularib. ff. de iureiur. Itẽ in causis spiritualib[9], ut ext. de collu. dete. p tot. Itẽ in causis testamentorũ, si hæres litigat, quia ibi uersat cõmodũ legata-
3 riorũ. l. si, plusorio. ff. de appel. l. si suspecta. ff. de inoff. test. † Quæro, p declarationẽ gl. primò qñ aliqs dedit iudici pecuniã, utrũ lis perdat ipso iure, uel sit necessaria snia. gl. l. j. de pœna iud. qui ma. iud. uidet dicere q ipso iure qñ dat pecuniã, l. Pœnales. C. qñ, quoc. nõ est necesse. sed illa lex nihil facit. Loquit em de effectu sentẽtiæ, quæ ẽ nulla ipso iure, qñ dat pecunia. Sed hic quærimus de effectu totiꝰ causę

Veritas

Veritas,est q̃ lis non perditur ipso iure, sed per sententiã. l.eius qui delatorẽ.ff.de iur.fisc.& probatur in l.j.C.de pœn. iud.qui male iud.ubi dicitur q̃ debet perdere litem,nõ aũt
c dicit q̃ lis perdita sit. Et ex hoc insurgit no.ᶜ q̃ si corrũpẽs decederet ante sententiã,illud non præiudicaret hæredi,ad quẽ non transit pœna.d.l.eius qui delatorẽ.ubi est tex. no.
4 Et idẽ † dico ubicunq; quis ꝓpter contumaciã deberet haberi ꝓ cõfesso,si anteq̃ super hoc pronuncietur,decederet,
5 q. disputata dicit ꝙ hic est casus, † ꝙ exbannito non debet cõcedi securitas uenicndi eo casu quo põt cõparere per procuratorẽ. Cum eñ Vlp. reprehendat Pap. in eo, ꝙ omiserit illum casum, uel præsidẽ ubi erat, nõ est uerosimile ꝙ omiserit illũ casum, de petenda securitate, quia tunc incideret in id, de quo aliũ reprehendit, sed qñ non potest comparere per procuratorẽ, tũc bene datur ei securitas. l. is qui reus & ibi no. per gl. & ibi dixi ī. de pub. iud. &c.

ADDITIO.

a POMA. *Pap. Ang. limit. l. ij. §. legatis. ī. de iud.*
b P.PAV.P. *Aliud. l. ult. l. j. §. item iul. ij. no. ff. de eo quod cer. loc. Aret. l. naturaliter. §. nihil. j. not. ff. de acq. pos.*
c *No. ꝙ l. j. C. si à non comp. iud. Inn. c. ij. de proc. & ibi doc.*

1 *Restitutionis in integrum in causa, lis contestatur, quando agitur cõtra certum aduersarium, & quando principaliter agitur.*

§. SI QVIS TAMEN. Litis contestatio non prodest
1 § postea desistenti. † No. ꝙ in causa restitutionis in integrum contestatur lis,[a] ꝙ intellige qñ agitur contra certum aduersariũ, aliàs secus auth. si omnes. C. si ut se ab her. absț. Item hoc uerum, qñ principaliter super restitutiõe lis contestaẽ, secus qñ incidẽter, ut exẽ. de off. iud. c. fi. lib. vj.

ADDITIO.

a *Lis. Imo. & doc. c. quoniam. §. fiunt & alij. ut lite nõ contest. Et an requiratur libellus. s. de rest. in integ. l. diuus. in fi. per Bar.*

LEX XXIII.

IN INTEGRVM. Hic iurisconsꝫ etiam habet mẽti pertractare aliquas q. usq; ad fi. & hoc intendit, Quãdo minor est

nor est restitutus aduersus aditionẽ, gesta per eum non rescinduntur. Itẽ eo restituto, aduersus repudiationem, gesta per procuratorem nõ irritantẽ. Op. l. ij. & iij. ī. de cõd. indeb. Sol. nõ repetũtur à minore, sed à legatarijs sic, & sibi quæritur, licet per minorem non sint rescindenda soluta per eũ. Quæro an per alium hæredem repetuntur? Dic ut in gl.

LEX XXIIII.

CVM MANDATO.[a] In his quæ minor facit ut procurator, non restituitur, ad commodũ domini. Item ubi alia actio cõpetit contra alium, denegatur restitutio, nisi ille alius existeret nõ soluẽdo. Op. l. iij. §. sed utrũ. s. eo. Sol. gl. hic ponit multas sol. Dicas ergo, fateor ꝙ restituitur minor inquantũ ipse est obligatus, nõ aũt restituit maior ꝙ mãdauit, uel iussit. uel aliter, Lex ꝑia loquit quãdo minor se obligauit iussu patris, uel mãdato nõ obligauit se, sed patrẽ, meritò sibi nõ est necessaria restitutio. Op. l. etiã. C. si tut. uel cur. inter. ubi auxiliũ ordinariũ cõpetens contra unum, impedit restitutionẽ cõtra aliũ. Sol. dicit gl. ibi loquitur de auxilio qd competit ꝑ tutorẽ, qui ex necessitate quasi cõtraxit, hic competit cõtra procuratorẽ, qui mãdatũ ipõe suscepit, qui nõ est dignus tãto fauore, quãto dignus est tutor. Cõtra hoc op. l. in causæ. §. fi. s. eo. & qd ibi tetigi super gl. Sol. ibi auxiliũ ordinariũ, qd competit ꝑ minorem, ut cedat fideiusſor actionẽ, nõ excludit extraordinariam, scilicet beneficium restitutionis in integ. & hoc fauore minoris, sicut s. prox. dixi fauore tutoris.

ADDITIO.

a *Barb. Mand. gl. c. ij. de in integ. rest.*

LEX XXV.

1 *Iudicis officium per quod petitur in integrum restitutio, potest cedi.*

QVOD SI Minor. Si minor aliena negotia gesserit
1 absq; mãdato, potest restitui, aliàs sibi actio denegatur, nisi in integ. restitutioni cedere sit paratus. † No. officium iudicis, per quod petitur in integrũ restitutio, põt cedi. ī. de admin. tut. l. si minoris.

§. NON Semper. Gl. format duo cõtraria. Sol. ut in ea. gesta cum minoribus rescinduntur, si æquitas suadet, quòd est quando sui facilitate minor decipitur.

a §. SCEVOLA.[a] Ad hæreditatẽ repudiatã minor restituitur re integra, secus rebus distractis per subſtitutũ. No. pulchrã distinctionẽ, aut bona sunt distracta aut nõ. Op. C. de repud. hær. l. fi. in fi. gl. dat hic plures sol. inter alias ponit unã, quæ communiter tenetur, ꝙ hic bona fuerint uẽdita, seu distracta per subſtitutũ, ibi per creditores. Ratio differentiæ potest esse, quia subſtitutus, uẽdidit nomine suo, & suũ negotiũ gerebat, creditores uerò uẽdebãt
b [b] nomine hæreditario tanquam curatores dati bonis. l. j. ī. de cur. bo. dan. meritò quicunq; hæres sũpuenit, audit, uel creditores uendebãt noĩe eius, ad quẽ hæreditas pertinet.

ADDITIO.

a *Scevola. Bal. l. pupillorum. C. de rep. hær.*
b *Vendebant. Imol. l. nam quod. §. sed & qui repudiat. post gl. ī. ad Treb.*

§. SI SERVVS. In integrũ restitutio datur contra patrem, uel dominum cũ actione de peculio, uel de in rẽ uerso. Itẽ ex dolo datur noxalis. No. ex glo. hic posita super uer. condemnabit, ꝙ contra filium fa. potest fieri executio. Itẽ no. l. iij. §. sed utrum. s. eo. ꝙ ibi reprobaui, & cõtrariũ determinaui. No. distinctione [b] ꝙ seruus uel datur pro noxa, uel uerberatur. Quærit gl. cuius erit electio? Dicit gl. ꝙ domini, non minoris. Iac. But. dicebat cõt. ꝙ imò minoris. Nam natura actionis noxalis est, ut pecunia nõ soluta succedat deditio pro noxa. l. miles. §. decem. ī. de re iud. Tu dic ut dixi plenius in l. sed si unius. §. cũ seruus. ī. de iniur.

ADDITIO.

a A.B. *Distinctionem. Et sic luit in corpore. l. fi. ff. de in ius uoc. & l. j. in fi. de iniu. & l. fi. C. de sepul. uio. & Bal. in præl. l. fi. de in ius uoc. & Cy. l. si nõ conuitij. C. de iniur. in xij. q. ad petitionem cuius debet imponi pœna corporalis, pro qua in tex. & ibi Bal. d. l. fi. & an si ueniat postea ad pinguiorem fortunam, teneatur satisfacere? gl. l. illicitas. §. fi. s. de off. præs. & l. sed si unius. §. si ante iudicium, de iureiu. & Bal. d. l. fi. Sed an pro causa ciuili, qui nõ est soluendo, luat in corpus, c. finẽ litibus. de do. & contu. ubi in casu illius c. imponitur, & potest esse ratio, ꝓpter dolũ ipsius, & uide text. v. q. vj. quia iuxta. & xxiiij. q. j. qui contra eccles. & communiter ista duo iura ad hoc allegantur, & Bal. rub. C. de pœn. iud. qui malè iud. ubi no. dixit, ꝙ qui per imperitiam malè iudicauit propter paupertatem, non luit in corpore. l. si filiusfa. ī. de iud. et uide in materia gl. c. sicut dignum. de homi. gl. inst. de actio. §. item mista. quæ uult, ꝙ non solùm ubi pœna applicatur fisco, luat in corpore, qui non habet quod soluat, sed quando debetur priuato, & sic causa est ciuilis, doc. c. Odoardus. de sol. Ang. l. si quis id quod. §. fi. ff. de iur. om. iud. gl. c. reprehensibilis. de appel. & ibi Bal. c. j. de cal. de pœna uerborum, uide c. fi. de maledicis. & ibi doc.*

1 *Restitutio est in pristinum statum repòsitio.*
2 *Fauetur magis ei qui facit ex necessitate, quàm qui facit ex uoluntate.*

a §. RESTITVTIO Autem.[a] Per restitutionem, omnia
b reponuntur in pristinum [b] statum, * præterea, de quibus minor lædereť. h. d. No. * *Statum. Celsus cont. ī. l. cùm minor. hoc tit. ubi minore ex transac. restituto, aduersarius non restituitur. Quod intelligendũ est, si minor damnum sentiret, ut ex seq. hic colligitur.* I. Con. B.
1 † ꝙ magis fauendum est ei, qui facit ex necessitate, quã ei, qui facit ex uolũtate. s. l. px. & tex. dicitur exp ressus in l. cũ postulassem. in fi. ī. de dam. infec. Circa hanc l. quæro. hic dicitur, ꝙ pecunia soluitur perituro, quid si soluitur ei nõ perituro, & tamẽ perdidit? In hoc fuerunt opi. inter Pla. ex una parte, & gl. ex alia. Nam Placen. faciebat differentiã inter mutuantem & soluentem, quod gl. nostra reprobat & bene, quia nulla est differentia in effectu, licet sit magis stricta ratio in uno quã in alio. Vltimò no. intellectũ l. ij. quarũ. re act. non datur, qui est no. quoniam illa lex uarios intellectus habet.

ADDITIO.

a P.PAV.P. *Restitutio. But. cons. xix. post prin.*
b *Pristinum. l. j. C. de repu. quæ fiunt in iudicio.*

a §. EX HOC Edicto.[a] Hæc restitutio petitur per officiũ iudicis, non iure actionis. Facit contra Mart. in eo qd dicebat in l. in causæ. s. eo.

ADDITIO.

a POMA. *Edicto. Gl. l. j. §. per hãc. in gl. magna circa medium. ff. de rei uẽd.*

LEX XXVI.

ILLVD. Si minor soluit indebitum, persona interdum facit locum repetitioni. De hoc dixi plenè in l. interdũ. ī. de cond. ind.

1 *Procurator cum cautione rati ita admittitur, quando est dubium de mandato speciali, sicut quando est subsidium de mandato generali.*
2 *Mandatum ad petendam restitutionem in integrum, ut dicatur speciale, requiritur q. sit ad petendum restitutionem in integrum, in tali causa.*
3 *Restitutio in integrum quando petitur incidenter, non requiritur speciale mandatum, secus quando principaliter.*

§. SI TALIS. Restitutionẽ debet quis petere per se, uel per alium procuratorem habentem speciale mandatum, de quo si dubitetur, cum cautione de rato admittitur. h. d. No. ꝙ hic est unus de casibus, in quibus requiritꝰ
1 speciale mandatũ. Secundò no. † ꝙ sicut ubi est dubiũ de mandato generali admittitur procurator cũ cautione de
a rato, ita ubi est dubiũ de mandato speciali. [a] Circa l. istam quæritur primò, quomodo intelligatur speciale mandatum habere, utrùm sufficit † ꝙ dicatur in instrumento procurationis, & ad petendum restitutionem in integrum? Doc. dicunt, ꝙ non, sed debet dici, ad petendum restitutionem in integrũ in tali causa. l. si quis mihi bona. §. sed utrũ. de acq. hær. doc. tangũt C. etiam per proc. causam in integ. rest. agi. post. l. j. Plenè dixi ī l. filiusfa. ī. de don. Secũdò quæro, † utrũ hoc qd dicit hic, uerũ sit, siue petatꝰ in integrũ restitutio principaliter, siue incidẽter. Inn. ut uidet mihi, ext. de in integ. rest. c. suscitata. intelligit hãc l. qñ restitutio principaliter postulatꝰ, sed si peteretꝰ incidẽter [b] super aliquo articulo omisso in causa, tunc non requiritur speciale mandatum. Vnde eo ipso ꝙ ipsum facit procuratorẽ ad cãm, uidetur eũ facere ad omnia, quæ pertinent ad ipsam causam. l. ad rẽ. & l. ad legatum. s. de proc. circa princ. Ego de hoc dico in l. cùm procurator. circa prin. ī. de no. ope. nun.

ADDITIO.

a Speciali.Bal.l.si maritus.C.man.quod etiam ubi requiritur speciale mandatum,habet locum ratihabitio.gl.§.de his.inst.per quas.et ibi Ang.j. col.
b P.PAV.P.Incidenter.Ant.cons.xliij.circa medium.l.mandato generali. ſ. de proc.Limit.Ro.ſin.cxxvij.Item adde q, procurator generalis poteſt petere reſtitutionem in integrum,aduerſus ſententiam contra eum latã.Pan. conſ.lxxxvij.j.col.j.parte. & ad dictum Bar.hic, q.propter incidentiam poſſit procurator ea,quæ aliàs requirerent ſpeciale mandatum,uide Sal.c. cauſam quæ.de re iud.c.cũ olim.el.j.in ult.col.de off. deleg. Bar. & Alex. l.cũ procurator.ff.de ope.nò.nun.& Bar.l.indebitam.ff.de cond.indeb.cũ ſuis concor.Adde Bar.l.interdum.ĵ.de cond.ind.& Bal.l.ſi.C.ubi & apud quem in integ.reſt.& Bar.& Bal.d.l.j.& ibi no.C.etiã per proc.in integ. reſt.agi poſſe.

§. QVOD SI IS. Procurator eius,contra quem petitur reſtitutio,ſuſtinet partes rei,ideò debet cauere iudicatum ſolui.

LEX XXVIII.

1 Coniuncta perſona,etiam in requirentibus ſpeciale mandatum,admittitur, quando prætendit proprium intereſſe.
2 Libellus,ego tanquam cõiuncta perſona,& pro intereſſe meo,admittitur.
3 Coniuncta perſona pro coniuncto admittitur,etiam eo inuito, quando uenit etiam pro ſuo intereſſe.
4 Mandatum generale legis non ſufficit,ubi ſpeciale hominis requiritur.
5 Coniuncta perſona agit pro minore in caſibus,in quibus ſpeciale mandatũ non requiritur.
6 Coniuncta perſona etiam in requirentibus ſpeciale mandatum admittitur pro minore prodigo.

a PATRI Pro filio.[a] In caſibus,in quibus † requiritur
1 ſpeciale mandatum coniuncta perſona admittitur,ſi
2 prætendit proprium intereſſe, aliàs ſecus. † No. caſũ q admittitur talis petitio, quãdo quis dicit, ago tãquàm coniuncta perſona,& pro intereſſe meo.Facit ſ.de proc.l.licet.in prin.& l.iuris gent.§.ſi paciſcar. ſ.de pac.ibi.agit quis
b pro Rep.& pro intereſſe ſuo.No.[b] q licet aliàs † coniuncta
3 perſona nõ admittatur pro cõiuncto ꝯ eius uoluntatẽ, ſed præter.l.ſed & hæ.in prin. ſ. de proc.tamen quando uenit tanquàm coniuncta perſona,& pro ſuo intereſſe admittitur etiã eo inuito.Caſus eſt ibi,licet filius reſtitui nolit.Cõ=
4 cordantiæ ſunt in gl.No.† q ubi requiritur mandatũ ſpe-
c ciale hominis,nõ ſufficit [c] generale mandatũ legis, ut hic, Nam poteſtas agendi data coniunctæ perſonæ à lege,non
5 ualet,ubi requiritur ſpeciale mandatum.† No.etiã ex hac l.q cõiuncta perſona poteſt agere pro minore in caſibus, in quibus non requiritur ſpeciale mandatũ, ut hic à cont. ſenſu.Gl.ponit hic, & ĵ. de admin.tut. l. tutores qui poſt.&
d doc.l.exigendi.[d] C.de proc.Vlt.no.† q in caſibus,in quib[a]
6 requiritur ſpeciale mandatum, admittitur cõiuncta perſo-
e na pro eo qui eſſet minor & prodigus [e].Secus ſi minor tantùm,ut hic in fi.quod no.ibi, aut eius,&c.Gloſ.tamẽ dicit, q iſto caſu admittit ut curator furioſi, quod nõ placet,Cũ enim ſit minor,non datur ſibi curator ut furioſo,ſed ut minori.l.qui habent.de tut.Opp.l.iij.§.ſed utrùm.ſ.eo. Gloſ.
f ponit plures ſol.tene j.uel ij.Item op.ext.gloſ.& uidetur [f] q ubi requiritur ſpeciale mandatum,coniuncta perſona ad
g mittitur,c.nonnulli.[g] ext.de reſcrip.Cogitabitis.

ADDITIO.

a Filio.Gl.doc.l.fin.C.de filioſa.min.Ro.ſing.ccxxix.
b Barb.No.Et an coniuncta perſona poſſit impetrare reſcriptum pro coniuncta?gloſ.c. ad aures. & c.nonnulli.de reſcrip. Bar.l.ſi conſtante.x.q.ij. q.principalis.ſol.mat.
c Sufficit.Et per hanc l.dicit no.Bar.& Ang.poſt gloſ.l.j. C.etiam per procur. q, licet coniunctæ perſonæ non admittatur,ubi requiritur ſpeciale mãdatum tamen fallit in cõiuncta perſona,quæ eſſet legitimus adminiſtrator, ut pater & tutor,etiam per iſtum tex.quod no.
d Exigendi.& ibi Gul.de Suz.l.inuitus.la.ij.C.de procu.
e Prodigus.Quod facit,ut coniunctæ perſonæ poſit ſolui pro iſto tali,l. uerũ.ĵ.de ſol.& quæ ibi dixi.Item admittitur etiam ad impetrandum reſcriptum,licet requirat ſpeciale mandatum.c.nonnulli. in fi.& c. ex parte. de reſ.& no.in c.conſtitutus.ut in gl.de reſt.in integ. & Spe.de coniun. perſ. uerſ.quid ergo.& ibi Io.And.

f POMA.Videtur.Pan.c.conſtitutus.de reſtit.in integ.
g Nonnulli.Communiter dicitur,quod ibi ſpeciale in reſcripto.et in c.ex parte decani.eo.tit.

1 Iudex debet negare actionem creditori,quando minor petit reſtitutionem aduerſus obligationem.
2 Minor reſtitutus recuperat pecuniam cum uſuris,& fructibus perceptis,et qui percipi potuerunt.

§. SI PECVNIAM. Minor aduerſus creditorem, qui mutauit,reſtituitur,ſi pecuniã diſsipauit, uel ex ea debitorẽ non idoneũ acquiſiuit,uel prædiũ emerit pretio cariori,quo caſu reſtituet minor,quatenus eſt locuple-
1 tior.† No.ex princ.modũ ſententiãdi,quando minor petit reſtitutionem aduerſus obligationẽ,quia debet denegare
a creditori actionẽ.No.iſtum [a] uerſ.l.ex quo apparet † q mi-
2 nor recuperat pecuniã cũ uſuris,& fructibus perceptis,& q percepi potuerunt.Quod eſt no. quia emptor habet tit.*

* Tit. Annuere uult Bar.q, emptor,qui tit.habet bo.fid.eſſe cẽſetur.Bonæ ſi. aũt poſſeſſor,ad fructũ reſtitut.non tenetur:l.fructus.de uſur. I. Con.B.

ADDITIO.

a POMA.Iſtum uerſ.Cremenſ.ſing.cxxxiij.

§. SI MINOR. Minori reſtituitur actio contra ipſum debitorem,& fideiuſſores,& correos,ſi aliquem liberauit acceptilatione.

§. ADVERSVS. Reſtitutio etiam datur contra eos, q de dolo non conueniunt, excepto patre & patrono.

LEX XXIX.

a CVM Minor.[a] Reſtituta actione tutelæ, nõ reſtituit cõtraria.Opp.l.j.& ij.C.ſi aduer.tranſ.Sol.Dicũt quidã,aliud in ſententia,& aliud in trãſactione, qđ nõ eſt uerũ,ut ĵ.l.prox.§.j.Dico ergo q hic cauſæ ſunt diuerſæ, & ſe non contingentes,nam tutor liberauit pupillũ pacto gratuito,pupillus liberauit tutorẽ credens ſibi ſatisfacĩ.

ADDITIO.

a Minor.Bar.l.j.§.nunciatio.de oper.no.nunciat.

LEX XXX.

ETIAM.Etiam ubi interuenit patris autoritas,minor reſtituitur.Opp.ſ.eo.l.iij.§.ſed utrũ.Sol.hic pater fuit autor filij tanquàm tutor,& hic filius cõſtituitur pro obligatione ſua,non ad commodum patris.

§. EX CAVSA.Si per reſtitutionem unũ capitulũ ſententiæ reſcinditur,cætera firma remanẽt, ſi illi nõ ſunt connexa.aliàs ſecus.Quod no.Et ſic uides, quòd ſen-
a tentia poteſt pro parte ualere, [a] & pro parte
non.* Cont.ĵ.fa.erciſc.l.in hoc iudicio.Sol.Ibi * Non.No.Bar. loquitur in connexis,hic in diſunctis,unde l.extra.nu.3.ſ. tot uidentur ſententiæ, quot ſunt capitula. de iur.om.iud. Quæro,quæ dicantur negotia, ſeu capitula Idẽ l.xxv.§.ſi. connexa,& quæ ſeparata:Dic ut in gloſ.quę ſol.mat.l.C. eſt clara.

ADDITIO.

a Valere.Bar.l.j.C.ſi aduer.rem iud.

a §. SI AB HAEREDITATE.[a] Reſtitutio conceſſa non citatis his quorum intereſt, in eorum præiudicium nihil ualet.

ADDITIO.

a Hæreditate.Auth. ſi omnes.maximè per Bal.C.ſi ut ſe ab hær.abſt.

LEX XXXI.

1 Auth.ex cauſa.C.de lib.præt.habet locũ etiam in præteritione emãcipati.

SI FILIVS.Per unũ actũ ꝑriũ quis uidet renuntiare in integrũ reſtit.Itẽ ille actus,qui tolleret illud qđ petitur reſtitutio,tollit reſtitutionem. Opp. gl.tribus modis, primò q emãcipatus poteſt dicere nullum.C. de lib. præt. l.ſi.& auth.nõ licet.Sol.Quidam fatetur q hodie eſt immutatũ.Tu dic ut dicit glo.auth.de hær.fal.§.ex hæredatos.ui delicet q ſi emãcipatus ẽ in præteritus ſine cauſa,dicit nullũ,ſi cũ cauſa,tunc ueniret hodie per contratab.ſicut olim. quia

quia hodie in nihilo eſt immutatũ, niſi in inſertione cauſę, ut dixi plenè in auth. ex cauſa. Secũdò opp. quia cũ fuerit ſibi relictum legatũ,debet agere ad ſupplementũ.l.omnimodo.C.de inof.teſt.& auth.de triẽ. & ſemiſſ.§.j. Gl. fatetur cõt.dicit tamẽ q etiã illud eſt correctũ, quia debet relinqui iure inſtitutionis.§.aliud quoq; capitulũ in cor.ut cũ de appel.cog.Vel dicas dicit gl. illud in quærela, ſecus in contra
1 tab.Videtur innuere † q §.aliud quoq; capitulũ. unde ſumitur auth.ex cauſa.nõ habet locũ in filio emãcipato præterito,cui cõpetit cõtratab.dum dicit,aliud in quærela,&c. Et ſic innuit auth.ex cauſa.nõ habere locũ in præteritione emãcipati.Cõt.C.de bo.poſſ.contratab.l.j.& illa eſt uerior. Quod dic ut plenè dixi in auth.ex cauſa.& ibi etiam tangitur.Itẽ opp.& uidetur q hæc præſcriptio ipſo iure non curat.l.ſi.C.in quib.cau.in integrũ reſtit. non eſt neceſſe. Sol: concedo q iſtud tempus hodie non currit ipſo iure.

LEX XXXII.

SI MVLIER. Minore reſtituto aduerſus additionẽ hæreditatis,libertates datę,& ſolutiones creditoribus factæ non reſcinduntur.

LEX XXXIII.

1 Ætas minor probatur ex aſpectu iudicis.
Iudex iudicat ſecundum conſcientiam,quam habet ut iudex.
2 Pronunciatio ſuper ætate excuſat debitores ſoluentes & ignorantes.
Pronunciatio ſuper ætate facta & aſpectu,nõ facit plenam probationem, & in quo præiudicat.nu.3.
3 Pronũciatio quæ fit per aſpectũ,excuſat ignorantes,non autẽ ſcientes.
4 Turpitudinem ſuam allegare non poteſt quis,quando in ea ſuam intentionem fundat.
5 Iudicis decretum ſuper alienatione rerum minorum, non tollit reſtitutionem in integrum,ſecus ſuper ætate.
6 Ætatem minoris,curator quando præſumatur ſcit.

MINOR. Ætas ex aſpectu iudicis probatur,& pronunciatio ex aſpectu non prodeſt eis qui ſciebant contrariũ,ſed ignoranter & pronũciationi acquie-
1 ſcentes excuſat. † No.minor ætas probatur ex aſpectu iu-
a dicis,[a] & ſic iudex iudicat ſecundũ conſcien-
* Suam. Cont.l. illicitas. §. ueritas. ff. de off. præſi. I.C.B. tiam ſuam,* quã habet ut iudex.De hoc etiã an minor ætas probetur ex aſpectu alterius, quã iudicis,dicam plenè in l.de ætate.ĵ. eod. 2 †Secũdò no.q pronũciatio ſuper ętate excuſat debitores ſoluẽtes,& ignorãtes.Et ex hoc apparet,q talis pronũciatio nõ facit plenam probationẽ, quia poteſt probari ꝑriũ ab eo qui ſcit,dixi plenè in d.l. de ætate.Item opp.q ſoluentes nõ ſint excuſati,nec pronũciatio proſit eis,niſi ipſi allegẽt eum eſſe minorẽ,ſ.eo.l. ait prętor.§.permittitur.Sol. Aut iudex nihil de ætate pronũciat. ſed ſolùm præcipit q pecunia ſoluatur,& tunc ſoluens ita demum excuſatur,ſi allegauit minorẽ ętatẽ,ut ibi. Aut iudex de ætate pronunciauit, ut hic, & tũc non requiritur q quis alleget eum eſſe minorẽ,quia per hoc uenirет contra ſententiam,contra quam uenire nõ teneẽ, d.l. ait prętor.§.
3 permittitur.& ita loquitur hic.†Tertiò no.q pronunciatio quę fit per aſpectũ,excuſat ignorantes, nõ autem ſcientes. Ex quo habes q hęc pronunciatio ætatis, ex aſpectu non facit prejudicium ei qui diceret,ſcio q cõtrarium eſt ueritas,& paratus ſum probare, ſed in hoc ſolùm præiudicat, quod transfert in eum onus probandi.Videbitis in l.de ętate.ĵ.eo. Opp.inſt.qui.mod.tu.fi.in prin. Sol.Ibi loquitur de alio aſpectu,quam hic.Item opp.q minor contra curatorem non poſsit allegare ſuum dolum.l.ſi duo.ſ.de dolo. Sol.dicit gl.intellige q hic minores non erant in dolo, uel ſi erant in dolo, non aduerſus curatores, ſed aduerſus ali-
4 os.Vel dicas †quòd hic minor nõ fundabat intentionem ſuam ex dolo, quia tunc nõ liceret ei allegare ſuam turpitudinem,ſed agebat cõtra curatores utili actione negotiorum geſtorum,ex illo quaſi cõtractu, & ſi tutor excipiat de dolo,minor replicet de ſcięti curatoris. Ad quod facit qđ
5 dixi in l.aliàs.ĵ.de iureiuran.†Item opp.quòd decretum iu-
b dicis non tollat [b] reſtitutionẽ in integrum.l.tutor.in princ. ĵ.eo.Sol.Ibi de decreto ſuper alienatione permittenda. hic

6 de decreto ſuper ætate.hæc uera. Vltimò quæro, † quid in dubio,utrũ curatores præſumantur ſciuiſſe, uel ignoraſſe ætatẽ?ꝛ. aut erãt curatores & conſanguinei, & præſumunt ſciuiſſe.l.de tutela. C. de in integ.reſt.& l. octauí. unde cog. Aut erant curatores tantũ,& nõ præſumunt ſciuiſſe,ut ibi.

ADDITIO.

a Iudicis.Bal.l.Deo nobis.C.de epiſc.& cler.& quod dicam in d.l. de ætate. Bal.& Sal.l.ſi minorem.C.de in integ.reſt.
b Tollat.l.ij.C.de fideiuſſ.mi.

LEX XXXIIII.

SI MINOR.Minori per reſtitutionem remittitur onus manumiſſionis,ſi eſt paratus reſtituere legatum qđ accepit.

LEX XXXV.

1 Si filiuſſa.qui accepit decem mutuo, & in ludo ea perdit, & ea recuperauit,an uideatur locupletior.

a SI MINOR.xxv.ann. filiof.[a] Inter duos minores meliorem eſt cõditio cõuenti,ſi uterq; certat de damno uitando,ſecus ſi alter certat de lucro.No.q an quis ſit locupletior,inſpicit rẽpus litis cõteſt.Sed iuxta hoc quæro, qđ ſi econuerſo,ſi tempore litis conteſtatæ habebat pecuniã, & pendente iudicio, uel etiã poſt ſententiã eam perdidit? doct.dicunt q poterit petere reſtitutionẽ in integrũ, quaſi ex noua cauſa. C. ſi ſæp. in integ.reſtit.poſt.l.ij.& iij.doc.C.
1 de reſtit.poſt.ne quid no.fi.l.j.† Quærit glo. quid ſi decem quæ accepit mutuo,in ludo perdit,& ea recuperauit,an uideatur locupletior? Tenet glo.q uideatur habere ex noua cauſa.ĵ.de don.int.uir.& ux.l.quid ergo.doc.ultramon.diſtinguunt,aut recuperauit in eodem ludo incõtinenti, aut poſtea ex interuallo,primò caſu uidet nõ amiſiſſe, ſecũdo caſu,pcedit.gl.ar.l.ũquis.de iur.do.& l.plericq;.ĵ.de ritu.nup.

ADDITIO.

a Filioſam.Quid ſi per ſtatutum prouideatur,quod non poſſit reſtitui, qualiter debeãintelligi?Bar.l.cũ hi.§.ſed cũ lis. ſ.de tranſ.Bar.j.conſlit.C.Ro. conſ.xc.Abb.conſ.xxxj.lib.ij.Bal.conſ.xxxiij.Et an ſi minor poteſt habere regreſſum de iæſione contra alium,ſint ei beneficia minoris concedenda,Abb.conſ.lxviij.lib. ij.
1 Minor eo ipſo quod compromittit in arbitratorem,non uidetur læſus ſicut ſi in arbitrum.

a §. MINORES.[a] Eo ipſo quod compromittit,[b] uidet
b læſus.Quæro de ratione.Dicit glo. q à ſententia arbitri non poteſt appellari.l.j.C.de arb.unde cõpromittẽdo perdit beneficium appellandi,quod eſt no. Facit ad ea quæ dixi in l.nam poſtea.§.ſi minor.ĵ.de iureiur.Et ſic dic in
1 telligo †uerũ,compromiſſo facto in arbitrum, ſecus in ar-
c bitratorẽ,[c] tunc enim nõ eo ipſo minor lædit. Poteſt cũ eſſe quòd eius intereſt, quia fortè habet cauſam dubiam, ſicut intereſt eius quandoq; q iuramentum deferatur.l. tutor.ĵ.de iureiur. Vnde ſi peteret reſtitutionem, haberet neceſſe probare aliud, nam ex ſolo compromiſſo arbitratoris non lædit.Sed contra prædicta facit tex. qui dicit, in iudicem compromiſerunt,quia in iudicem non poteſt cõpromitti,niſi ut in arbitratorem.l.ſed & ſi in ſeruũ. ĵ. de arb. Sol.intelligе in iudicem, id eſt, in arbitratorem tanquàm in iudicem,quoniam ad inſtar iudiciorum.&c.l.j.de arb.ĵ.

ADDITIO.

a POMA.Minores.Panor.conſ.xxx.col.j.primo dubio.ij.uol.
b P.PAV.P.Compromittit.Alex.l.cum hæreditas.la.j.ff.ad Treb.
c Arbitratorem.Bar.conſ. quæritur. Caſt.l. nam & poſtea.§.ſi minor. ff.de iureiur. ibi Ang.& in l.cum hæreditas.la j.ĵ.ad Treb.

LEX XXXVI.

a SI IN Emptionem.[a] Propter intereſſe affectionis, minor reſtituitur.

ADDITIO.

a POMA.Emptio.Barb.conſ.xiij.& conſ.xxvij.in j.uol.

LEX XXXVII.

1 Minor ut non liceret per procuratorem conſtitutum à ſeipſo cum iuramẽto cautela,quia non haberet beneficium huius legis:
3 Minor ut reſtituatur aduerſus obligationes omiſſas, non requiritur libellus,ſi petit ante latam ſententiam,ſed iudex ex officio reſtituit.

a MINOR.[a] Minor reſtituitur, ut omiſſum allega-
tionem, ſeu probationem iterum inducat. Ante-
1 quam intrem gl.faciatis † quòd ſitis cauti quãdo eſtis

estis aduocati minoris, quid minor nõ litiget per procuratorẽ, quem cõstituit cum sacramẽto, uel per seipsum cũ iuramento, quia per iuramentũ perderet beneficium huius legis, auth. sacramenta. C. si aduer. uend. Sed litiget ipse cũ autoritate tut. ut habeat beneficiũ hui[p] legis & totius titul.

b Quæro exemplũ[b] in l. nostra. gl. ponit quãdo minor omisit opponere aliquã exceptionẽ dilatoriam, uel perempto riam. C. de prob. l. exceptionem. &. C. senten. rescin. nõ poss.

c l. peremptorias. Item glo, intelligit,[c] siue in causa ciuili, siue in causa criminali. l. si maritus. §. præscriptiones. ff. de adult.

2 Secundò ponit† exemplũ, q minor omisit producere testes, & testes sunt publicati, nam maior nõ admitteretur ad nouam probationẽ, auth. at qui semel. de prob. minor au-

d tẽ admitteret per beneficiũ restitutionis. Cont. [d] hoc opp. aduersus dolum præsumptũ in futurũ, minor nõ restituit. ff. l. prox. Sed ratio quare testiũ productio post publicationẽ nõ admittit, est timor subornationis, & sic est dolus præsumptus in futurũ, meritò minor non restituitur. Istã obiectionẽ tangit Guliel. in l. si quis ex argentarijs. §. j. ff. de edẽ. Examinaui latissimè in l. j. §. aduersus. ff. de oper. no. nũtiat. & Inn. ext. de integ. resti. c. auditis. Po. gl. aliud exemplũ, qñ minor omisit allegationem legũ, ut propter hoc restituat. Quod est uerũ, præterquàm si sententia esset, lata per prin-

3 cipem. l. minor autẽ. §. j. ff. eo. Quæro,† utrũ ista restitutio in

e integrũ postulabitur[e] solenniter, dato libello, causa cognitarꝛ. quod non, si petitur ante latã sententiã, sed incidẽter iudex ex officio suo restituit, c. ult. ext. de off. iud. Sed si peteretur post latam sententiam, deberet peti in integrum restitutio aduersus sententiam. d. l. minor. §. j. ff. eo.

ADDITIO.

a *Minor. Bar. & doc. d. auth. sacramenta.*

b *Exemplum. Fel. c. exceptionem. de excep.*

c *Intelligit. Bar. l. nam & posteà. §. si minor. ff. de iureiur. Bal. C. de ap. l. per hanc.*

d *Contra. Lini. Ang. ll. pen. auth. de hær. & fal.*

e *Postulabitur. Sed pone q procurator minoris, uel ecclesiæ, in prosecutione causæ est læsus, quis restituetur, & qualiter? Inn. c. suscitata. de restit. in integ. Quid si minor dum certat de obtinendo priuilegium fori, non potuit hoc obtinere, sed per sententiam succubuit, an poterit restitui? Dic quod non, quia dicitur certare de lucro captando, gl. & ibi doc. l. ij. §. cõuenire. ff. de iud. Inn. c. coram felicis. de restit. in integ. quod est no. ad hanc l. & ad ti. C. si aduer. rem iud. & no. ad hic no. q, si post sententiam minor non fuit restitutus ad exceptionem peremptoriam, quam non probauerit, non est opus noua condemnatione, Bal. d. l. peremptorias. & ibi, an minor restituatur in declinatorijs.*

LEX XXXVIII.

1 *Legis auxilium frustra implorat, qui in legem committit.*

2 *Minor aduersus dolum præsumptum in futurum non restituitur, sed præteritum sic.*

3 *Minor restituitur aduersus pœnam conuentionalem, non legalem.*

4 *Minor aduersus pœnam non competentem, etiam ad uindictam, ut puta dupli uel quadrupli, non restituitur.*

5 *Crimina atrociora, & læuia quæ dicantur.*

6 *Minor in atrocioribus, aduersus confessionem factam in delictis non restituitur.*

7 *Testamenti si cassatio potest peti intra sex menses, si non fuerit insinuatum secundum dispositionem statuti, et minor qui potuit petere non petijt, non restituitur.*

a AVXILIVM.[a] In actionibus competẽtibus ad uin-

b dictã, cessat[b] in integrũ restitutio. Itẽ aduersus dolũ præsumptũ in futurum, minor non restituitur. Item nec aduersus uerum dolum præteritum, nisi ut in pœna

c minuatur.[c] No. tex. qui ponit omnia præcepta legis Iul. de adult. simul, melius quàm alibi. Vltimò no. tex. hic, in fin.

1 ibi,† & non sit ætatis, &c. quòd frustra legis [d] implorat au-

d xilium, qui committit in legem. Opp. j. ad l. Iul. de ambi. l. j. ad senatusconſ. Tertul. l. j. §. accusat. Sol. Dicit glo. non restituitur minori in executionibus pœnarum, quas petit in nẽcem alterius, sed bene restituitur ut ipse excusetur, ut in contrarijs. Sed contra hoc opp. de hac l. uers. in delictis.

2 Sol. † aduersus dolum uerum non restituitur, ut hic, & §.

e eo. l. si ex causa. §. nunc uidendum. sed aduersus[e] dolũ præsumptum bene restituitur, ut in contrarijs. Contra hoc op.

f de hac l. iij. respon.[f] Sol. Aduersus dolum præsumptum in futurum non restituitur, ut hic, sed aduersus dolum præsumptum in præteritum restituitur, ut non præsumatur, utno. in l. ubi. §. de eden. Opponitur de. l. ait prætor. in

3 princ. & §. hodie. §. eo. Sol. Si minor† peteret pœnam conuentionalem, uel restitutionem in integrum ad ipsam pœnam conuentionalem, audiretur, ut ibi, secus si petit restitutionem ad pœnam quæ imponitur per legem, ut hic.

4 Quærit gl.† hic loquitur de pœnis quæ exiguntur ad uindictam, quid de pœna dupli, uel quadrupli in actione furti, & ui bonorũ raptorũ uel simili, cum illa non cõpetat ad uindictam? Quidam dicunt idem. Alij dicunt cont. Gl. nõ determinat, Videtur q sit idem, primò per l. si tibi. §. quædam. §. de pac. & quod ibi no. secundo per tex. huius l. in prin. ubi est regula, de executionibus pœnarum nõ competere restitutionem. Et quod j. dicitur, ideoq, &c. est illatio ad casum specialem, regula tamẽ est generalis. Venio ad glos. magnam, quæ est hic, super uer. cessabit. & opp. q ista tempora non currunt minoribus ipso iure, unde uide tur ob. C. in quib. caus. in integrũ. restitutio non est necess. l. fin. Huius timore est facta ista glos. magna, non examino, dic ut in ea. Qualiter autem currant præscriptiones conuẽtionales, dicam j. l. px. Qualiter currant præscriptiones le-

5 gales, dicam j. l. etiam.† Quæro quę dicantur crimina atrociora, & quæ leuia? Vide glos. quæ hoc ponit. No. istam gl. quam plenissimè examinaui. j. de iniur. l. non solũ. §. si mãdato. Tangit glos. l. liber homo. j. ad leg. acqui. & l. ad ea. & l. ferè. & l. in omnibus j. de reg. iur. Facit j. de pœn. l. respiciẽ-

6 dum. §. furta domestica.† No. ex hac l.[g] quod in istis atro-

g cioribus minor non restituitur aduersus confessionem factam in delictis, ut ibi, si minor annis adulterum se fateat.

h Ista lex facit ad q.[h] statutum† est in ciuitate ista, quòd si qs

7 non produxerit instrumentum testamenti causa insinuandi, possit peti cassatio, in fine sexti mensis. Modò minor, qui potuit petere cassationem testamenti, quod non erat insinuatum, intra sex menses non petijt, uult petere cassationem, nunquid possit? Hæc lex est in arg. q non, quia in executionibus pœnarum, &c. Non determino modo, q non possit petere, pendet de facto.

ADDITIO.

a *Auxiliũ. Ang. l. quid ergo. §. pœna grauior. de insam. uidetur dicere cõtra istum tex. dum dicit, q, si iudex condemnauit aliquem minori pœna, syndicus communis poterit petere restitutionem coram eodem iudice, & excusabitur tunc iudex in syndicatu, & ita dicit Bar. consuluisse, sed contra istũ tex. Raph. Cuma. conſ. lxxiij.*

b *P. PAV. P. Cessat. An ideò sit in maiore, q, alia iusta causa posset in integrũ restitui, aduersus lapsum anni in actione iniuriarum, Com. conſ. lxxiij. ubi uult quòd non, licet multùm non firmet.*

c *P. PAV. P. Minuatur. Com. conſ. lxxv. circa fi.*

d *Legis. c. quia frustra. de usur. & Imo. l. uiro. ff. sol. mat. & Inn. c. intelleximus. de adul. Ro. conſ. cclxxxv.*

e *POMA. Aduersus. Limita nisi dolus præsumptus de futuro, inferretdamnũ de præsenti, Bar. l. j. §. nunciatio. j. de no. ope. nuncia.*

f *Respon. Bal. l. j. §. nunciatio. j. de ope. no. nuncia.*

g *Hac. l. Vide apostill. Iac. de Ra. quam habeo super tex. & Ang. l. certũ. §. in pupillo. j. de confeſ. cum sim.*

h *Ad q. Bal. l. fin. in ult. col. C. in quib. caus. in integrũ restit. ubi quærit, quid si statuto cauetur, q, quis non possit accusare post mensem, q, minor non poterit restitui ad accusandum post mensem, de morte patris, quia ipso iure currit, & nõ datur restitutio in executionibus pœnarum. Bal. l. cũ quidã. §. si pupillo. ff. de usu. in lect. anti. Item facit ad q. no. quam posuit Bal. l. si à pupillo. in fi. C. de rep. hær.*

LEX XXXIX.

1 *Mora præcedens uidetur remitti per nouam denunciationem, seu protestationem de soluendo.*

2 *Protestationibus seu denunciationibus soluendo, ut inseratur certum tempus, cautela.*

3 *Extraordinarium remedium non concurrit cum ordinario, quando est æquè consultum per ordinarium, sicut per extraordinarium.*

Restitutio

4 *Restitutio in integrum est scripta in rem, & per eam agitur contra tertiũ possessorem.*

5 *Minor non restituitur aduersus præscriptionem conuentionalem inceptã cum maiore, quando nihil est gestum cum minore ex ædicto de minorib. sed ex clausula, si qua mihi iusta causa.*

6 *Sententia prima quando est absolutoria, iudex in causa appellationis debet condemnare, uel pronunciare, uel simile.*

a AEMILIVS.[a] Si præscriptio conuentionalis incipiat cum defuncto maiore, & finiat cum minore, currit sine spe restitutionis, nisi cum minore aliquid gestum fuerit, uel aliquid interueniat, ex quo etiam maiori restitueretur. Diuiditur in quinq; partes, primò ponitur thema & quæstio. secũdò ponit opi. Pau. quã habebat ante sententiam, tertiò ponit sententiã Imp. & unã eius rationẽ, quartò ponit opi. Pau. post sententiã, quintò ponunt quædã aliæ rationes, quæ mouerũt principẽ. Secunda ibi, putabã. Tertia ibi. Imp. Quarta ibi, dicebã. Quinta ibi, qatñ. Vt ergo uides in casu l. nostræ, Paul. acquieuit sententiæ Imp. non per rationẽ quam fecit princeps, sed quia protestãdo de nouo uidetur recessisse à lege cõmissoria, hoc est, à pacto facto cũ defuncto, & fecisse nouum pactum cũ ha-

b rede. Opp. si per [b] protestationẽ uidetur recessum à pacto legis commissoris, ergo uidetur qd' ista mulier seu pupilla de iure communi posset offerre, nec sit opus restitutione. l. post diẽ. j. de leg. cõm. Huius timore sunt hic in gl. duæ lect. principales. Vna q possit esse tuta iure cõmuni, Alia q possit esse tuta iure speciali. Et quælibet est no. Secundũ primã respondetur ad l. post diẽ. quod illud est uerũ, quod uidet recedere à primo pacto, si illud quod postea petijt, habuit cũ effectu, qd' hic non fecit. Vide eã, & no. Gl. tamẽ recedit

c [c] ab ista sol. per istũ tex. Ex quo no.[d] q† per nouã[e] denund ciationem, seu protestationem de soluendo, uidetur remit

i ti mora[f] præcedens, ut hic. Alij dicunt q hic denunciauit

e quod solueret, & prorogãdo terminum in certum tempus,

f & posteà finitũ fuit. Ista mihi multùm placet. Et est cautela

g† q in istis denunciationibus, & cautionibus, siue protesta-

2 tionibus, inseratur certum tempus, ut puta, protestor q de beas mihi solucre intra tres dies, pximos, uel similia. l. aut qui aliter. §. j. qd' ui aut clam. Sed istud continet diuinationẽ. Et ideò alij dicunt, q nullũ tempus in protestatione fu-

h it adiectum certum, [h] sed fuit protestatus, q solueret simi pliciter, ut puta, protestor qd' debeas mihi ſsoluere, [i] tamẽ intelligitur inter modicũ tẽpus, quod magis intellectu, &c. l. j. §. itẽ si ita. j. ad l. fal. Et ista est bona & multũ no. uide gl. & signa. Alia lec. est qd' de iure cõmuni ista mulier poterat offerre, sed tũc obst. l. in causæ §. eo, sol. ma. dicit q auxiliũ extraordinariũ, cõcurrit cũ auxilio ordinario. Sed eius opi. est reprobata in cõt. Vnde alij uolentes tenere istam opin.

soluunt aliter, fateor q habet auxiliũ iuris communis, tñ

3 nõ impedit restitutionẽ hoc casu,† quia extraordinarium auxiliũ nõ cõcurrit cũ ordinario, quando p ordinariũ est æquè cõsultum, sicut p extraordinariũ. Secus si nõ ita plenè, ut no. hic. & C. si aduer. rẽ iud. l. fi. & j. de dam. infec. l. Trebatius. Dixi plenè in l. in prouinciali. j. de noui oper. nũc. Ita in proposito per restitutionem in integrũ plenius est consultũ, quia cõsequitur quis fructus perceptos, & qui p-

4 cipi potuerũt, secus esset in offerẽdo de iure cõmuni. † Itẽ restitutio in integrũ est scripta in rẽ, unde per eã potest agi ꝫ tertiũ possessorem. l. in causæ. §. interdũ. §. eo. Ita potest intelligi hic quod agebatur cõtra tertium emptorẽ, cõt. quẽ

k non potest dari actio personalis, uide gl. Opp. [k] q p-scri

l ptio minori ipso iure nõ currat[l]. l. fin. C. in quib. caus. in in-

5 integ. restit. nõ est necess. Sol.† Ibi loquitur in præscriptione legali, de qua dic, ut no. §. l. prox. dicam in l. etiam. j. eo. hic loquitur in præscriptione cõuentionali, in qua si cœperit cũ maiore, & finitur cũ minore, currit sine spe restitutionis, quod intellige qñ cũ minore nihil est gestum, secus si cum minore aliquid gestum fuerit, ut quia sibi fuit denunciatum, ut hic in tex. & C. de restit. milit. l. si cũ militaribus. & ibi gl. Adhuc prædicta dico esse uera, q non restituitur minor aduersus præscriptionem cõuentionalem, quãdo nihil est gestum cum minore, scilicet non restituitur ex edicto de minoribus, quod requirit quãdo cũ minore sit gestum. Sed si peteret restitutionem in integrum uigore illi[m] clausulæ,[m] Si qua mihi iusta causa[n] esse uidebitur, posita n j. in ti. j. l. j. §. j. posset petere se restitui, allegando se ignorasse pactum factum cum defuncto, & est iusta causa ignoran-

o tiæ, quia succedit in ius alterius. gl.[o] l. cũ filius. §. in hac. j. de uer. ob. Dy. dicit idem in c. si quis in ius. ext. de reg. iur. lib.

p vj. Et hoc est quod uoluit[p] hic Imp. quando dedit hic sententiam, quia lex cõmissoria sibi displicebat, & tutores erãt pnunciati suspecti, uoluit istũ minorẽ restituere magis ex æquitate illius clausulæ, Si qua mihi iusta causa esse uidebitur, quam ex æquitate ti. de min. quia cum minore nihil

q erat gestũ, & hoc potuit facere [q] Imp. ex plenitudine potestatis suæ, alius iudex non posse, quia si petita est restitutio ex edicto de min. non potest restituere ex edicto, ex quib[r] causis ma. sed Imp. ut finem litibus imponeret, potuit hoc facere, ueritate inspecta potius, q rigore stricto. Sed si poneremus petitam restitutionem in integrum simpliciter, tũc potuisset facere iudex quilibet. Ex his apparet sol. q. quis melius hoc dixerit, an Pau. an Imperator. ꝛ. quãdo cũ minore non fuit aliquid gestũ, absq; dubio dicit uerũ Imp. & Paulus acquieuit scilicet, si petatur ex clausula generali, si qua mihi iusta causa. Sed quando cum minore non est aliquid gestum, tunc si restitutio peteretur ex edicto de minoribus, dicit uerum Pau. per rationem suã, quia cũ eo nihil est gestum. In his tamen quibus Pau. discrepat ab Imperatore stando est dicto Pauli, tanquã ap, pbato in, pœmio

6 huius lib. ut dicit gl. in uer. erant. in fin.† Vlt. no. q in causa appell. si sententia prima est absolutoria, iudex appell. non solùm debet pronunciare male iudicatum, sed debet condemnare, uel pronunciare restituendum, uel simile, ut hic, ibi, pronuntiauit restitutionem. Et facit l. cùm apud. §. iud. sol. & l. Offidius. j. de leg. iij.

ADDITIO.

a *P. PAV. P. Aemilius. hãc l. repetit Bal. Item procedit ista reg. quando præscriptio ex conuentione hominis, secus si à legis dispositione, Are. l. j. C. si aduer. usuc.*

b *Barb. Per. Sed quid si esset præscriptio legalis incepta cum minore, an cõtinuatur cum pupillo? Ang. in conſ. suis. Et quid si statutum diceret, q, nulla præscriptio currat minori, an præscriptio inchoata cũ maiore, currat minori. An. consuluit quod non, conſ. cxcvij.*

c *Barb. Recedit. Ang. l. mora. in ult. col. de usur. & quod ibi glo. & Bar. & Cast. l. semel. j. sol. mat.*

d *P. PAV. P. No. Are. cõſ. cl. Iaſ. l. si ex legati causa. in ult. col. ff. de uer. ob. Ale. conſ. lxxij. uol. iij. Soc. l. commissoriæ. C. de pact. inter emp. Alex. l. si procu. §. si dominus. ff. de oper. no. nunc.*

e *POMA. Nouam. Iaſ. l. si ex legati. j. de uer. ob.*

f *Mora. secus in prorogatione termini. Bal. l. acceptam. in vij. q. C. de usur. et & Bal. l. unum. ad fi. j. si cer. pet. & Imo. l. cũ procurator. §. j. de oper. no. nunc. intellige ut ibi scripsi post Imol. Et ad illud quod ista gl. dicit, de tacita prorogatione resultante ex denunciatione facta post terminũ, Bal. post Cy. l. commissoriæ. C. de pac. inter emp.*

g *P. PAV. P. Solueret. Adde quod talis prorogatio non inducit remissionem, sed solam dilationem cõuertit in morã, si non soluit, ut hic, & ibi per totũ.*

h *Certum. Bal. c. j. in prin. de no. for. fidel. q, omnis interpellatio legis, uel hominis, spatium quoddam habet, saltem tacitũ. Et ita dicit ipse, q, hic est gl. quæ non reperitur alibi, & menti tenenda in interpellatione expressa. Et uidetur tex. & ibi Bal. c. domino guerram. §. ad hoc. tit. hic finitur lex. deinde consu. reg. Bal. l. si post tres. ff. si quis caut. Io. de Im. l. item. §. si ita. ff. ad*

i *POMA. Soluere. Ro. conſ. xxvij. in fi.* (leg. Falc.

k *Barb. Opp. Imo. d. §. in hac. Bar. l. j. §. si quis autem. de itin. actuq;. priu. Io. de Imol. c. fi. de præsc.*

l *Currat. Bal. l. j. C. si aduer. usuc.*

m *Clausulæ. Bar. l. j. §. si quis autem. ff. de itin. act. priua.* (li. col. j.

n *P. PAV. P. Causa. scripsi in Bertach. in uerb. restitutio, ex clausula generali.*

o *P. PAV. P. Glo. Alex. conſ. lxxj. uol. j.*

p *POMA. Voluit. Dec. c. dilecti. iij. no. de iud.*

q *P. PAV. P. Facere. Imp. põt facere sententiã nõ cõformẽ libello, Arch. c. ij. de de rest. spol. in vj. & Ant. de But. c. licet. de simo. Bar. in. c. fin. de succeſs. ab. intest. Fel. c. licet. de simon. & ibi limitationem ad reg. Bal. c. j. §. innestit. de noua for. fid. q princeps debet ut Deus, cãm decidere, ueritate facti inspecta, & non seruato ordine iudiciario, Fel. c. in causis, col. j. ext. de re iud.*

§. Id quod

§. ID QVOD Dicitur. Etiam post emancipationem non succurritur filijs, in id quod patri.

LEX XL.

1 *Appellare ab interlocutoria quo casu possit de iure ciuili.*
2 *Iudicis officium à quo ab interlocutoria appellatur, quale esse debeat.*

INTRA Vtile. Ab interlocutoria quæ quasi totam causam ditimit, & in alijs præiudicium parat, potest appellari, & pendente appell. ab interlocutoria, iudicis officium conquiescit super principali, & tẽpus in ea non currit. Itẽ si appellans ab interlocutoria succumbat, causa reddit ad primũ iudicẽ. quã l.no. Opp. & uidetꝫ quod ab interlocutoria appellari nõ possit. l. ante sententiã. C. quor. ap. nõ reci. & l.ij. C. d. epiſc. aud. Huius timore hæc l. legitur ſ. modis principaliter, Primò ꝙ hic fuit pronunciatũ diffinitiuè, ſecundò ꝙ hic fuit pronuntiatũ interlocutoriè. Quæro ergo exempla primæ lec. Gl. ponit duobus modis, Primò ꝙ hic petebatur in integrũ reſtitutio, & fuit lata ſententia pro ętate, & conceſſa reſtitutio, à qua ſententia fuit appellatum. Cõtrà iſtam lec. facit tex. q dicit, cætera cognitionis, &c. & ibi, impedirent cognitionẽ. ꝛ. gl. intellige cognitionẽ habẽdã ſuper executione. Nã ſuper principali erat pronũciatum. Iſta lec. nõ placet, nam hæc lex dicit, cognitioni habẽdæ præſcribatur tempore utilis anni, ſed actio iudicati, ſeu executionis nõ præſcribitur, quia perpetua eſt. l. miles. §. iudicati. de re iud. Vnde alij tenẽtes hanc lec. ꝙ hic erat, pronunciatũ diffinitiuè, dicũt aliter, ꝙ hic minor fuit reſtitutꝰ ad rei uendicationẽ amiſſam, unde per renunciationẽ cõſecutus eſt actionẽ utilẽ quæ uocatur, reſciſſoria, quæ durat annũ. l. in honorarijs. uerſ. ſed cũ reſciſſa. ſ. de act. & ob. Quod ergo hic dicit in tex. cætera cognitionis, &c. & ibi, ut impedirẽt cognitionẽ, &c. intellige, cognitionis habendæ ſuper utili reſciſſoria intẽtanda. Iſta eſſet uera in ſe, tamen non cõgruit literæ, quæ dicit ꝙ iſta appellatio impediuit ſolũ ne finẽ acciperet, ſed ſm hoc impediret etiã initiũ, unde legit ſecũdo modo, ſm quẽ poſui uobis caſum, ꝙ hic fuit ſententia interlocutoria, per q̃ fuit pronunciatum, illum
a eſſe maiorem. Ad hanc[a] lec. ob. cont. j. factum ꝙ ab interlocutoria non appellatur. Gl. hic in fi. ſol. ꝙ hoc eſt ſpeciale. Alij dicunt ꝙ hoc eſt ideò, quia interlocutoria ferè permit
b tit totã cauſam. Iſtud ultimum nõ mihi placet,[b] per l. generaliter. §. ij. C. de re. cre. & iureiur. ubi erat interlocutoria, quæ perimebat totã cauſam, ut iuramenti delatio, & tamẽ põt appellari ante diffinitiuam ſententiam. Dicendum eſt ergo, prout gl. dicit ſ. ꝙ hic eſt ſpeciale, ideò quia hæc ſententia lata ſuper ætate, non ſolùm præiudicat in hac cauſa, ſed etiã in omnibus, alijs. ſ. eo. l. de ætate. unde habet uim diffinitiuæ ſentẽtiæ. Iſtã puto ueriorẽ licet hæc lec. cõmuniter al legetur ſm aliam ſol. & ſm illam ſummauí, tamẽ iſta uideꝫ
1 mihi ueriorem. Habes ergo † caſum, in quo ab interlocutoria poteſt appellari, ſ. quãdo eſt talis, quæ facit præiudiciũ in
c illa cauſa & in alijs.[c] Addit gl. Item quãdo eſt talis interlocutoria, quæ mandaretur executioni ſtatim. l. ait prætor. §. permittitur. ſ. eo. Adde quando eſt talis interlocutoria, ꝙ poſt eam nulla ſperatur diffinitiua. l. ab executione. C. quo appel. non reci. & ibi no. de appel. ab executore. Item qñ ꝙ interlocutoriam infertur tale grauamẽ, quod per appellationẽ à diffinitiua non poſſet eſſe conſultum cõtra illud. l. ij. ſ. de appell. reci. & l. arbitro. qui ſatiſd. cog. aliàs ab interlocutoria de iure ciuili nõ poteſt appellari, ut in cont. primò facto. Opp. ad iſtam lect. in integrum reſtit. non debet differri ultra quadriennium. l. petendæ. c. de tem. in integr. reſt. ſed hic differtur, ergo, &c. Sol. hoc contingit fauore actoris, & in odium rei, qui propter ſua ſubterfugia cognitionem impediuit. ſ. de exc. tut. l. ſi is. Item opp. ſuper incidẽ
d ti nõ eſt pronunciandũ[d]. l. j. de ord. iud. Sol. fateor ꝙ nõ eſt pronunciandum de neceſſitate, ſed poteſt ſi uult, de hoc ẽ caſus hic. Opp. quod cùm iſte annus ſit utilis, nõ currit, cũ actor nõ potuerit plus facere. l. j. de diuer. & temp. præſc. Solu. ut in ij. gl. Quæro de aliquibus,[e] extra gl. nos habemus hic à qua interlocutoria poteſt appellari. Item in l. ait prætor. §. permittitur. ſ. eo. qualiter debeat appellari ab ea, & ex quibus actis debet iuſtificari, uel impugnari appellatio
2 & ex primis habemus hic uidere† quale debeat eſſe officium iudicis, à quo appellatur ab interrogatoria. Et uidetur ꝙ debeat ſuperſedere, nõ ꝓcedere ulterius in cauſa, ut hic in tex. ibi præſes in euẽtum, &c. Sed ſi bene aduertatis, hic dicitur ꝙ præſes ipſe diſtulit, non ꝙ lex faciat ipſum differre, & ideò aduertẽdum eſt, ꝙ qñ appellatur ab interlocutoria, appellatur propter iniuriã iudicis, ut dixi in §. permittitur. Si ergo iudex appellationis uult differre appellationẽ, debet ſuperſedere, ut hic, & ext. de appel. c. cum appellationibus. Sed ſi nolet differre, uidẽs ipſum calumnioſè appellare, poteſt in cauſa procedere illo appellante amplius non requiſito, quaſi ſit uerè contumax, ut ext. dedolo & cõtu. c. eum qui. lib. ſexto & eo. tit. c. j. in Cle. tunc ſi pronunciabitur bene iudicatũ per iudicem appellationis, remanebit prima ſententia firma, & totus proceſſus poſteà factus. Sed
f ſi pronunciaretur malè iudicatũ, f irritaretur quicquid factũ eſt poſt appellationẽ. Ita eſt declaratum hodie, ext. de appell. c. non ſolũ. lib. ſexto. Quod poteſt probari hic, nam quãdo quis appellat propter iniuriam factam, non eximitur à iuriſdictione illius iudicis. C. ſi quacũꝙ præd. po. l. j. §. j. meritò cũ, pnunciatur bene appellatũ, & ſic iudicẽ feciſſe iniuriam, reuocatur quicquid factũ eſt, & tota cauſa de cætero agitabitur corã iudice appellationis. Sed ſi ſentẽtia cõfirmatur, cauſa redit ad primũ iudicẽ, ut habes hic, qđ eſt uerum, niſi appellatus uellet coram iudice appellationis litigare, ut ex. de appel. c. cordi. lib. vj.

ADDITIO.

a And. Barb. Hanc. Tamen fallit in caſu hic fing. quãdo præiudicat omnibus alijs. Secundo quando meretur executionem. l. ait prætor. §. permittitur. ſ. eo. tertiò quando præiudicat in executione futura. l. arbitro. ſ. qui ſatiſd. cog. uel quãdo ſuper executione lata ſentẽtia fertur, ab executione. C. quo. ap. non reci. Itẽ quãdo nõ põt reparari. l. ſi quis procuratione. C. de app. ui de alias no. limi. per Bal. l. arbitro. ſ. qui ſatiſd. cog. Abb. conſ. xxxix.
b Placet. Bar. l. ij. ſ. de ap. circa prin. Sed cont. Bar. l. ante ſentent. C. quo app. non recip.
c POMA. Alijs. Pan. conſ. xxxviij. uol. j. & cõſ. xxx. eo. uol. Fel. rub. de re iu.
d Pronunciandum, Adde tex. & ibi Bar. in l. uiro. ſ. ſol. ma.
e And. Barb. Aliquibus. Abb. c. ſuper eo. el. j. de appel.
f POMA. Iudicatum. Frid. conſ. clxxiij. aliàs, clxiij.

a §. VENDENTIBVS.[a] Si minor omittit auxilium ordinarium contra curatores, ſeu adminiſtratores, & intentat extraordinarium contra poſſeſſores, teneturre ſtituere omnes expenſas poſſeſſoribus.

ADDITIO.

a Vendentibus. Bal. l. ij. xix. q. C. de reſc. uen.

LEX XLI.

1 *Sententia diffinitiua habet executionem paratam.*
2 *Stipulatio nouans ſententiam, non habet executionem.*

a MINOR.[a] Stipulatio per quam nouatur actio iudicati, non habet paratam executionem, & ad hoc
1 minor poteſt reſtitui. † No. ꝙ ſententia diffinitiua
b habet executionem[b] paratam † No. ꝙ ſtipulatio nouans
2 ſententiam, nõ habet paratam executionem. l. ij. C. de exercei iud. & ſ. de re iu. l. iiij. §. ſi ex conuentione.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Minor. Io. de An. cõſ. xv j. in ij. dub. Ang. l. ait prætor. §. ſi iudex. per illum tex. ff. de re iud. 1mo. l. j. in v. no. C. de edic. diui Adr. toll. Item ꝙ inſtrumenta de iure communi non habeant executionem paratam, ſecus tamen ſit in inſtrumento guarentigato, Anna. conſl. & Alex. l. ait prætor. j. de re iud. Item ꝙ ſtatuta aliter diſponentia, ſint ſtrictè intelligenda, Ang. conſ. cclxij. Alex. l. ſi cùm dotem. §. eo. autem tempore. ff. ſol. ma. Bar. l. per diuerſas. C. mand. Alex. l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. uerſ. item no. quòd in actione. ff. ſol. mat. & Barb. conſ. lij. uol. j.
b Executionem. Cont. l. item ueniunt. §. idem rectè. ſ. de pe. hær.

§. PRAEDIA. Vſuræ ab uno debitæ cũ fructib⁹ ꝙ ceptis ab alio compẽſantur. No. quod fructus compenſatur cum pecunia. l. nec ꝙ. C. de compen.

LEX XLII.

1 *Actor dilatione data reo, an poſſit uti, reo inuito.*
2 *Minor non poteſt renunciare beneficio reſtitutionis in integrum.*
3 *Militis uel doctoris uxor, non poteſt dicere marito, ut uocet eã dominam.*

Si iudex

a SI IVDEX.[a] Beneficia mihi cõpetẽte ex perſona tua,
1 non utor te inuito. Facit ad q.† Reo eſt data noua dilatio, qua prætendit uti actor ſm formam l. pe. de temp. in integ. reſt. dicit reus nolo uti. Certè poteſt, ar. huius l. fa-
b cit l. amiciſſimos. de exc. tut. doc. l. ſi poſt mortẽ.[b] ff. de con-
2 tratab. Vide gl. hic, quæ facit† ad q. an minor poteſt renunciare beneficio reſtitutionis? Et dicit ꝙ non, ut habes in gl. Facit cõtra id ꝙ no. per Cy. l. omnem honorẽ. C. qñ prouo. non eſt neceſ. & l. per hanc. C. de tem. app. Opp. ꝙ beneficiũ ꝙ habeo à te, poſſum uti de inuito. l. ſi. poſt mortẽ. ſ. de contra tab. Sol. bene poſſum uti contra aliũ te inuito, nõ con-
3 tra te. l. amiciſſimos. in ſi. de excu. tut. † Quæro, utrùm uxor poteſt dicere marito militi, uel doctori, ꝙ eam uocet domi nam? Breuiter cũ uxor habeat iſtud bene à marito. l. fœminæ. ſ. de ſenat. nõ poteſt uti cõtra cum eo inuito, ꝑ alios ſic.

ADDITIO.

4 P. PAV. P. Si iudex. c. ſacramentum. §. in quibuſdam. de conſue. rect. ſeu.
b Mortem. Cont. Bar. d. l. ſi poſt mortem. Sed utrùm beneficio reſtitutionis poſſint renũciari, uide gl. hic, & Arch. c. ij. de reſt. in integ. in vj. per gl. & doc. l. ſi intra. C. de in integ. reſt. Et an in alia ſententia, quàm in ſentẽtia reſti. in integ. poſſit reus uti beneficio ſententiæ, inuito actore, renũciante ſententiæ, dic quod non. Bal. l. ſi prædium. C. de edi. act. Adde an poſſet prælatus renunciare beneficio reſtitutionis in integrum. Ang. conſ. cccl xxij.

LEX XLIII.

PRAESES PROVINCIAE. Iudex poteſt reſtituere contra ſententiam ſuam, & prædeceſſoris ſui.

LEX XLIIII.

1 *Aetatis quæſtio duobus modis in iudicium deducitur, principaliter & incidenter.*
2 *Legitimari ubicunq; quis petit ſuam perſonam, hoc expeditur iudicis officio mercenario deſeruiente actioni proponendæ.*
3 *Teſtes ad perpetuam rei memoriam ex parte rei poſſunt examinari, & publicari ante lit. conteſt.*
Ex parte actoris non examinatur, niſi timeatur, uel dubitetur de morte, uel abſentia diuturna, uel ubi non audiretur ante litem cõteſtatam, niſi illa probatione facta.
4 *Libellus uel litis conteſtatio non requiritur in quæſtione ætatis.*
5 *Citatur aduerſarius, ſi eſt certus, ſi non eſt certus, ſit proclama.*
6 *Reſpuiſſe, uel ſententiam excõmunicationis non tenuiſſe, uel ſe nõ infamatum ex ſententia quis poteſt petere principaliter pronunciari.*
Et quomodo probetur per teſtes.
7 *Vicini & conſanguinei in probãda ætate alicuius admittũtur, & probãt, ſi reddendo rationem dicant, ſcio quia uicinus.*
Cautela in probãda ætate quãdo teſtis non recordatur de natiuitate.
8 *Aetatis probatio per aſpectum quomodo fiat.*
Teſtis debet deponere per alterum ex ſenſibus corporeis, & cum iudicio intellectus.
Subſtantia rei uel perſonæ nunquã percipitur per ſenſum corporeum.
9 *Teſtem reddere rationem per aſpectum ſufficit, licet cõſiſtat in iudicio intellectus, in cognoſcibilibus per aſpectum ſecundũ communem hominum notitiam, ſecus ſi ex arte, quia tunc per iudicem uel peritos.*
10 *Aetatis ſit probatio ex aſpectu.*
11 *Teſtis deponens ſuper ætate ex aſpectu quomodo deponere debet.*
Teſtis interrogatus quid eſt album, & quid eſt poſidere, non tenetur reſpondere.
12 *Aetatem probandi onus cui incumbat.*
Præteriti in futurum præſumptio ſit.
13 *In his, quæ curſu tpis mutantur, non præſumitur de præterito in futurum.*
14 *Aetatis probatio ſola ſine pronunciatione facit præiudicium.*
15 *Aetatis probatio facta in una cauſa, præiudicat in alia penitus extranea, & quomodo.*
16 *Sententia lata ſuper ætate quando faciat ius.*
Confeſſio ſuper ætate alicuius, quando præiudicet alijs cauſis & alijs perſonis.
17 *Sententia lata quod quis ſit minor, quomodo faciat fidem in alijs cauſis.*
18 *Iudex in his quibus aſpectus ex curſu temporis mutatur, debet ex aſpectu pronunciare, ut in futurum fidem faciat.*
19 *Sententia lata ſuper aliquo impedimento, puta ꝙ aliquis non ſit infamis, uel excõmunicatus, quando præiudicet in alijs cauſis.*
20 *Appellatur à ſententia interlocutoria lata ſuper ætate.*

Bart. ſuper ff. uet.

DE AETATE.[a] Ea quę pariunt magnũ prę iudiciũ, ſunt cũ plena cauſæ cognitione tractãda. Primò ponit dictũ, ſecũdò illud probat per rationẽ. Secunda ibi, quia. Caſus in terminis facilis eſt. Aduerte tamen, quia ad declarandũ materiam noſtræ l. intendo procedere per quæſtiones tantùm. Et primò quæro qualiter quæſtio de ætate in iudiciũ deducatur, & per hoc apparebit, qualiter in hac l. debeat poni caſus. Secũdò quæram qualiter ætas probatur. Tertiò per quem probari debeat, ſeu cui onus probandi incumbit. Quartò, de probationis effectu, & ſic erit expedita noſtra materia.

1 VENIO ad primũ & quæro † qualiter quæſtio de ętate in iudicium deducatur. Nam hic dicitur, ꝙ quis dicebat ſe maiorem, non dicitur qualiter. Ad hoc eſt uerbis dicendum, ꝙ quæſtio de ætate poteſt deduci in iudiciũ duobus modis, uno modo incidenter, alio modo principaliter. Et iſtis duob. modis omnia exempla quæ ponũtur in gl. poſſunt intelligi, excepto quarto exẽplo, quod poteſt ſolũ intelligi quando principaliter proponebatur. Ponit ergo gl. primum exemplũ, quod aliquis uolebat ad honores admitti, ad quos nõ admittitur minor. l. ad Remp. ſ. de mu. & hon. Iſta q. poteſt duobus modis agitari, uel ꝙ minor ideò erat iam, electus, & petebat cõfirmari, ego opponebã, & dicebam eũ eſſe minorẽ, & ſm hoc qđ de ætate ueniebat incidẽter. Secũdo modo poteſt intelligi, ꝙ aliquis affectãs uocari ad honores coram iudice petijt examinari, & recipi teſtes ſuper ætate ad perpetuã rei memoriam, ut ſic poſſet ad honores admitti. Et ita Ol. ponebat hic caſum. Secundum exemplum eſt, ꝙ quis uolebat exigere à debitore, & hoc etiam poteſt eſſe duobus modis, uel quod debitorẽ ad iudicium prouocet, & ipſe obijcit ei ꝙ eſt minor, & ſic de ætate quæritur incidenter. Vel ꝙ ipſe minor antequã petat debitum, petat ſe pronũciari maiorem, ut ſic debitorẽ poſſit cõuenire. Tertiũ exẽplũ eſt de eo, qui uolebat ſolus in iudicio ſiſtere. Et ſecundũ hoc ipſe minor adibat prætorem principaliter, ut ipſe reciperet probationes de ætate, & eũ pronũciaret maiorem, & ſic poſſit in iudicio ſiſtere. Vel cum ipſe minor cõueniretur ab alio in iudicio, & ſic compareret ſolus, petebat aduerſarius ſibi dari curatorẽ, ipſe uerò dicebat ſe maiorẽ, iſto caſu quæſtio uenit in iudicio iſto de ætate incidenter. Quartum exẽplum eſt in eo qui uult alienare rem ſuam ſine decreto. Iſto caſu de neceſſitate debet intelligi, ꝙ minor in iudicio principaliter ſe petebat pronunciari maiorem. Nam hic nulla lis proponitur præſens, uel futura, cui quæſtio ætatis incidat. Quintũ exemplum eſt in eo qui uult rerum ſuarum adminiſtrationẽ, quam habere nõ debet, niſi ſit maior. Et hoc poteſt intelligi duobus modis, primò ꝙ cõtentio erat inter minorẽ, & quendam eius curatorem. Et hoc poteſt eſſe uel curatore inferẽte, & petente ſibi adminiſtrationẽ decerni, uel minore petẽte eum ab adminiſtratione remoueri. Et ſm hoc quæſtio de ætate ueniret incidenter. Poteſt etiam intelligi ꝙ minor principaliter petebat ſe pronũciari maiorem, ad hoc ut rerũ ſuarum adminiſtrationẽ habeat, prout hæc l. intelligit, ꝙ quæſtio ætatis uenit incidenter, tunc iſta l. eſt clara, quia quæſtio ætatis expedietur iudicis officio mercenario deſeruiente illi actioni, ſeu officio, quod principaliter eſt propoſitũ, ſicut in alijs quæſtionibus emergẽtibus, uel incidẽtibus, ſ. de iud. l. de qua re. & C. de ord. iud. l. j. Prout uerò hæc lex intelligi-
2 tur, quãdo petitur principaliter cognitio de ętate. † Ex iſtis gl. habes notare duo, primò ꝙ iſtud petitur qñ ꝙ reſpectu certæ cauſæ. Verbi gratia, quia ego uolo exigere. Titiũ debitorem meum, ante omnia peto legitimari perſonam meã, ut hic in ſecũdo exẽplo, & iſtud expedietur iudicis officio mercenario deſeruiente actioni proponẽdæ, ſicut dicimus in omnibus interrogationib⁹ quæ fiũt ante litis cõteſt. uel etiã ante porrectũ libellũ ad præparatoria litis, ut ſ. de interrog. act. l. j. & quod ibi no. ſup rub. Et ita uidemus obſeruari de facto in oĩbus legitimationib⁹ perſonarũ, quia uel primò datꝫ libellus ex parte opponẽte, examinat de legitimatiõe perſonarũ uel ipſemet actor ante omnia producit inſtrumentũ authenticũ ſuæ ꝓcurationis, uel curæ, & facit

F ſe legi

se legitimari. Secũdo modo quæstio, de ætate proponitur principaliter ad legitimationẽ personæ, non respectu certi actus, sed respectu omniũ, scilicet, ut possit liberè administrare, ut maior, & istud expediet iudicis officio nobili; ut hic. Et fm aliam lect. tex. est no. ff. de ferijs. l. ij. & ibi, & ætates probẽtur, &c. Vbi est expressum q̃ iudex principaliter aditur, ut ætas principaliter probetur. Et hoc modo potest intelligi hęc lec. Sed dicetis uos quõ recipiunt testes ante litẽ cõtestrũ regulariter fieri non possit, ut in auth. de testib. §. pe. & C. de testib. auth. sed & si qs. ℟. & hic aduerte, ex parte rei examinantur testes ante litẽ cõtestatam, ut publicent ad æternã rei memoriã, cum non sit in eius potestate quando agat, ut C. de usur. pub. l. fi. & ibi gl. d. auth. exẽ. de testib. c. significaui. & c. Albericus. Ex parte uero actoris qñ potest agere incontinenti, nõ possunt examinari testes ante litem contestatam, nisi cũ timetur, uel dubitatur de morte testiũ, & absentia diuturna, ut exẽ. ut lit. nõ cõtest. c. qm̃. & j. ad leg. Aquil. l. in lege Aquilia si deletũ. & tunc fit examinatio nõ publicatio, d. c. qm̃. Quod intelligendum est, qñ est in potestate actoris agere ante illam probationẽ factam, sed ubi non audiretur, nisi illa probatione facta, tunc ante litẽ contestat. permittitur examinatio, & publicatio, ut hic, & d. l. ij. de ferijs. & C. de bo. poss. fm tab. l. ij. & quod ibi no. & C. de testa. l. publicati. Nam ex testamento nõ potest aditi hæreditas, nec quæstio testamẽti moueri, nisi quis sit certus de uiribus testamenti. j. de acq. hær. l. sed & si de ſua, ideò permittitur ei, qui uult agere ex testamento, facere examinari, & publicari testes ad æternã rei memoriam, quia aliàs nõ posset adire hæreditatem, & per cõsequens non agere petitione hæreditatis. Dixi plenè in auth. sed & si quis. C. de testib. & dic ut ibi. † Quęro an ista causa dabit libellus, uel lis cõtestabitur ℟. q̃ qñ hoc petitur principaliter, tamen ad præparationẽ litis futuræ, nõ datur libellus. j. de interrog. act.

b super rub. Qñ uerò hoc principaliter, nõ respectu certæ litis, tũcidem. Cũ enim nihil petat ab aliquo aduersario, sed solũ à iudice, nõ uidetur necessarius libellus. uel lit. cõtest. no. doc. & ibi gl. l. nec quicquã. §. ubi decretũ. ſ. de off. procon. & Spec. tit. de off. iud. §. j. Nam auth. offeratur. C. de lit. contest. dicit, ei qui ad iudiciũ uocatur, offerat libellus, sed

5 hic nullus ad iudiciũ principaliter uocat, ergo, &c. † Item quæro, cum in causæ cognitione requirat citatio aduersarij. l. in causæ. §. causa cognita. ſ. e. quõ fiet citatio c aduersarij. ℟. qñ nullus est aduersarius certus, fiet proclama generale. C. si ut ſe ab hær. abst. auth. si omnes. & C. de remiſ. pig.

6 l. si eo tẽpore. † Item quæro, hac l. loquitur de ætate, ex qua oritur impedimentũ uolenti administrare negotia ſua, uel agere, quid de aliįs impedimẽtis, puta, alicui est datus curator, ut prodigo, uel furioſo, ipſe uult petere principaliter pronũciari ſe ad bonos mores rediſſe, uel ad ſanam mentem, ut ſic administratio ſuarũ rerum ei cõcedatur, an poſſet ℟. ſic, ut hic, & l. j. j. de cur. fur. & ibi lac. de Are. & dicã ſtatim j. prox. q. Idem dico ſi aliquis fuit excõmunicatus, uel per ſententiam pronũciatur infamis, potest principaliter iudicis officiũ implorare, ut pronũcietur ſententiam excõmunicationis nõ tenuiſſe, uel ſe per ſentẽtiam infamatum non eſſe, ut exẽ. de off. deleg. c. cùm cõtingat. facit ſ. de fer. l. j. §. j. in eo quod dicit, ſententia circa appellationem infirmabitur, q. d. per officium iudicis nulla declarabitur.

d VENIO ad ſecundũ, d Qualiter ætas probetur, e Circa

e quod ſciendũ eſt, q̃ probatio ætatis ſit duobus modis. Vno modo per teſtes, de ueritate, alio modo per aſpectũ. De

7 quolibet uideamus, Et circa primũ, † ſcilicet in probatione ætatis per teſtes, ſciẽdũ eſt q̃ maior ætas poteſt probari de facili per teſtes, qui dicũt ſe uidiſſe talem uiuentẽ, iam ſunt xxv. anni cõpleti, & modo uiuit. Nam ſequit de neceſſitate, q̃ ipſe eſt maior xxv. ann. Sed in probanda minori ætate eſt minor difficultas, nam primus terminus à quo incipit ætas, eſt punctus natiuitatis, qui modicus eſt, non clarus, qm̃ actus parturiẽdi, ut ſcitis, fit in occulto, & ideò uidetur q̃ iſta ętas debeat probari per obſtetrices, quę interfuerũt tpe partus, & uiderũt puerũ exeuntem de uentre. l. iij. §. duæ. j. ad Carb. & no. in d. l. ij. ſ. de ferijs. ſuper uerb. ætate, &

ideò iſta probatio eſſet indubitata, ſi haberi poſſet. Sed ſi haberi nõ poſſet, tunc iſta probatio poſſet fieri per conſan-

f guineos f & uicinos, qui dicẽt, q̃ tali tpe fuit natus talis. Interrogati quõ ſciunt, dicũt, quia ſunt ſui uicini, & cõſanguinei, & etiam ante illum diem publicũ, & notoriũ erat inter uicinos & cõſanguineos, q̃ talis nõ habebat talem filiũ, & illo tpe inceperit eſſe notoriũ, q̃ talis filius ſibi natus erat, & hoc ſufficit. Præſumit enim q̃ uicini, & cõſanguinei hoc ſciunt. l. filiũ. ſ. de his qui ſunt ſui. & l. de tutela. de in integ. reſt. adeò q̃ ſufficeret dicere, quòd ſum uicinus & cõſangui-

g neus, ut dixi in d. l. j. j. ſi cer. pet. g Sed iuxta hoc h quæro de

h q. quam habui de facto, pone q̃ obſtetrices examinatæ & interrogatę dixerunt puerũ eſſe minorẽ xiiij. ann. Interro-

i gatæ quõ ſciant, dixerũt, quia uiderũt eum naſci, i & ab eo tẽpore, quo natus eſt, uſq̃ ad præſentẽ diem non cucurrerunt perfectè xiiij. anni. Interrogatæ quo anno natus fuit,

k & dixerunt ſe neſcire, k quęritur utrũ minor l ætas ſit probata? Et uidetur quod nõ, quia qui ignorat principiũ, à quo debet fieri numeratio, ignorat dinumerationẽ, l. non faci-

m le. j. de grad. Sed cõt. puto uerũ. m Nam dicta teſtiũ debent intelligi, ne ſint ſibi cõtraria, exẽ. de testib. c. cũ tu. & in j. cõſt. C. §. quibus. Modò cùm teſtis dixerit, ſcio quod ab illo anno natiuitatis uſq̃ ad præſentẽ diem facta cõputatione nõ ſunt xiiij. anni elapſi, apparet q̃ intellexit quantitatẽ dinumerandi à dicto tẽpore, de eo uerò quod poſteà fuit interrogatus, ſi quo anno natus eſt, & dixit, neſcio, debet intelligi, neſcio, ſ. dinumerare quotitatẽ dicti anni ab illa dinumeratione, quã ſibi feci, q. d. neſcio quot anni ſunt à natiuitate Dñi, uel ab urbe cõdita & ſimilia, ſcio tñ quotus quæritur. Et iſte eſt uerus intellectus & fm cõmunem uſum intelligitur, cũ quis interrogatur, quo anno aliquid factũ fuit, id eſt, quoto anno à natiuitate Dñi, à quo facim̃ dinumeratione annorũ, auth. ut præpo. no. Imp. in princ. & q̃ no. C. de accu. l. in cauſis. Aduocatus aũt debet eſſe multũ cautus, quia qñq̃ teſtis recordatur de natiuitate, nec tamẽ recordatur de annorũ numero, tũc debet aduertere utrũ ille annus natiuitatis, uel menſis fuit, in quo fuit aliqua nouitas. Verbi gratia, ſcio quod fuit natus talis eo tẽpore, quo Imperator fuit in ciuitate illa interfectus, uel à quo Peruſini cœperũt ciuitatẽ caſtelli, uel q̃ fuit natus eo tẽpore, quo facta fuit talis militia. Tunc unus teſtis, uel duo poſſunt ꝑ

n bare de natiuitate, alij probabunt de numero annorũ de facili. Secũdò n eſt uidendũ † de probatiõe ætatis per aſpe-

8 ctum. Dic q̃ fieri debet per iudicẽ. ſ. co. l. minor xxv. ann. ex aſpectu. Quod hoc autẽ non poſſit fieri per teſtes, apparet, quia minor ætas non uidetur, unde ſi teſtis deponeret per aſpectũ, eſſet magis iudex q̃ teſtis, cum deponere debeat de his quę percipiũtur per ſenſum corporeũ, Inn. exẽ. de testib. c. cũ cauſam. Si hoc eſſet uerum, inſurgeret magna iniquitas. Quid enim ſi in ciuitate iſta decederet quidã puer forenſis ætatis xij. ann. & expediret q̃ eius ętas probaretur tẽ per iudicẽ nõ poteſt inſpici, quia mortuus eſt. Teſtes qui eum cognouerũt, nõ poſſunt deponere de aſpectu, fm præ dicta, ergo eius ętas non poteſt probari, quod eſt abſurdũ ideò dico q̃ teſtis poteſt deponere de ætate alicuius per aſ-

o pectũ, & faciet plenam fidem, nõ tamen ſimpliciter, ſed fm determinationẽ, quam dicam. Ad cuius euidentiam, & primò illud quod ſeꝑ p eſt dictũ, q̃ teſtis debet deponere per ſenſum corporeũ, Inn. exẽ. de testib. c. cùm cauſam. & C. de testib. l. teſtiũ. & j. de testa. l. qui teſtamẽto. in fi. & j. de his quæ in testa. delen. l. j. in prin. Item præmitto q̃ percipere per ſenſum corporeũ ſine iudicio intellectus, non ſufficit, & ideò impuberes, licet ſenſu percipiant, tamen qa intellectus nõ iudicaret, propter ętatis defectum, nõ ſunt idonei. l. iij. §. lege Iul. j. de testib. & l. j. C. de falſ. mo. Itẽ aduerte q̃ ſubſtãtia rei, uel perſonæ nunquã percipitur per ſenſum corporeũ immediatè. Vnde ſi tu diceres q̃ hæc cathedra eſt de ligno, quare quia uides lignũ, impropria eſt locutio. Nam tu uides colorem, qui in obiectu uiſus ex colore indicat q̃ eſt lignum. Vnde iſtud percipis iudicio intellectus per colorẽ, repręſentatũ in intellectu der uiſum. Idem de ſimilibus, ſi tu diceres q̃ uidiſti me numerare decẽ florenos aureos, nõ

uidiſti

uidiſti aurũ, nec ſubſtantiã auri, ſed uidiſti colorẽ qui reſultat ex ſubſtãtia auri, ex quo iudicas aurũ, & tamen hoc non percipitur immediatè per ſenſum, uidelicet eius teſtimonium. auth. de testib. §. & licet. C. de testib. l. testium. & au

9 thent. ibi poſita. Hoc præmiſſo pono, † Primò in eo quod eſt cognoſcibile per aſpectũ fm cõmunem hominem notiãm, in eo eſt ſufficiens redditio rationis in teſte per aſpectum, licet iſtud conſiſtat in iudicio intellectus. l. pediculis. j. de aur. & arg. leg. & l. ſi quãdo. eo. tit. & G. ca. fru. urb. Ro. l. j.

o lib. xj. Secundò pono q̃ eſt cognoſcibile per aſpectũ, o non fm hominum peritiã, ſed ex arte eius, non eſt ſufficiens rationis redditio per aſpectũ, ſed debet tunc aſpici per iudicem, ſeu peritos, quibus iudex cõmiſit. l. comparatiões. C. de fid. inſt. & l. j. §. j. de uen. inſp. & C. de re mil. l. ſemel. lib. xij. Nunc ad propoſitũ, in probanda ætate poteſt eſſe, q̃ inter illud, quod aſpectus iudicat, & illud de quo quæritur, eſt modicus exceſſus, & tunc aut illud ex aſpectu nõ cognoſcitur fm communem hominũ peritiam, & tũc debet fieri per iudicẽ, uel per illos, quibus cõmitteret iudex, d. l. minor xxv. annorum. & d. l. comparationes. cum ſi. Poteſt etiam eſſe q̃

p eſt tantus exceſſus, p q̃ per aſpectũ eſt cognoſcibile, fm cõmunem hominum peritiam, tunc in hoc reddit teſtis ſufficientem rationẽ per aſpectum, & facit plenam fidem. j. de prob. l. cùm de ætate. in fi. rectè intelligendo, ut ibi dicã. Ad

10 cuius † declarationẽ eſt uidendum, quis ſit iſte exceſſus, ſic cõmuniter cognoſcibilis, & per conſequens cognoſcemus quãdo non eſt cognoſcibilis cõmuniter. Ad quod ſciendũ eſt, q̃ quantò quis eſt minor, tantò facilius ex modico exceſſu cognoſcitur ætas, & quantò eſt antiquior, tãtò requiritur maior exceſſus, j. de uent. inſp. l. j. §. de inſpiciendo. Iſte autem exceſſus non poteſt probari per legem, ſed fm motum animi mei, & habito colloquio cũ pluribus doctoribus iuris Canon. & ciuilis nec non etiam medicinæ, ſuper his quæ j. dicam, poſſumus tempora ſic limitare, quia ad probandam ætatem ſex menſiũ deſcenſiuè, ſufficiũt tres menſes, aſcenſiuè quatuor, ut hic. Modò uolo probare q̃ talis tali tempore erat minor ſex menſiũ, teſtis dicit uera eſſe. Interrogatus quõ ſcit, reſpondet, quia ex aſpectu corporis ui debatur trium menſiũ aſcenſiuè. Si uolo probare quod erat minor ſex menſiũ, teſtis dicit uera eſſe. Interrogat q quomodo ſcit, reſpõdet, quia eo tempore uidebatur maior decem menſiũ. Et hoc eſt quod dicitur in d. l. cùm de ætate. in fi. j. de prob. ibi, ex quo præcipuã fidem in ea re cõſtare, &c. & uerba quæ præcedũt ibi, annos cõputari. & ſequitur ibi, ex quo, &c. Debet igitur incipi à cõputatione annorum ex eo tẽpore, quo certum eſt ipſum eſſe tantæ ætatis, ſed quando ipſe uidebatur minor trium menſiũ communi aſpectu, abſq̃ dubio erat minor ſex mẽſium. Ad probandum ætatem anni ſufficiũt deſcenſiuè quinq̃ menſes, aſcenſiuè ſex modo prædicto. Ad ętatem triennij deſcẽſiuè annus, aſcenſiuè xviij. menſes. Ad ætatem Vtij. annorũ deſcenſiuè biennium, aſcenſiuè trienniũ. Ad ætatẽ xij. annorũ in muliere, & xiiij. in maſculo, deſcẽſiuè trienniũ aſcenſiuè quadriennium. Ad ætatẽ xxv. ann. deſcenſiuè & aſcẽſiuè quinquennium. Ad ætatẽ xl. ann. deſcẽſiuè, & etiã aſcenſiuè viij. ann. Ad ætatem lxx. ann. deſcenſiuè, & aſcenſiuè x. ann. ab inde, ſ. uſq̃ ad ętatem centũ annorum deſcenſiuè, & aſcenſiuè xv. ann. & idem quod dictum eſt ſ. in dictis tẽporibus, intelligas in tẽporibus mediis. Similem limitationẽ temporum facit iuriſconſ. j. ad leg. Falc. l. hereditatem. lo. an. viij. c. circa fi. ubi dicit q̃ Iudæi dixerũt Chriſto, qnquaginta annos nondũ habes, & Abrahã uidiſti. Certũ eſt quod Chriſtus illo tempore erat xxxiij. annorũ, uel circa & ſic errabatur in aſpectu maiori tempore x. ann. contra ea quæ dicta ſunt. ℟. Ego uolui habere expoſitionẽ Theologorum d. c. & inter alios reperi ſanctũ Tho. de Aquino, qui dicit, Mirãdum eſt quare non dixerũt, xl. ann. nondũ habes, &c. cùm Chriſtus erat xxxiij. ann. uel circa, & allegat alios doc. antiquos, qui de hoc mirabãtur. Ecce ergo q̃ habes illos doc. pro me, quod exceſſus x. an. uidetur cognoſcibilis manifeſtè, & ideò mirabãtur illi doc. cur Iudæi dicebãt Chriſto, de quinquaginta annis. Vnde reſpõdet ipſi, q̃ ſic occurrit eis,

non quod tantæ ætatis uideretur. Alij dixerunt, q̃ ideò dixerunt, quinquaginta annos nondũ habes &c. quaſi nondum perueniſti ad annũ Iubileum, in quo fit remiſsio peccatorum. Quomodo ergo te dicis tantam poteſtatẽ habere? Et ſic cõcludunt, q̃ uidebatur tot annorũ. Alij dicunt q̃ eſt ſpeciale in Chriſto propter ieiunia multa & labores. Et breuiter qcquid ſit, ille tex. nõ facit cõtra me, imò facit pro me, Dicit enim l. an nondum habes, quaſi dicat, non uideris tantę ætatis ex aſpectu, non autẽ dicitur ibi quod tantę ætatis uideretur. & ſic nõ facit cõtra. Sis ergo cautus in modo articulandi, quia ſi referas te ad aſpectum ætatis iuueni lis, modicus exceſſus requiritur. Si uerò referas te ad aſpe-

11 ctum maioris ætatis, tunc requiritur maior exceſſus. † Sed iuxta hoc quæro, pone q̃ teſtis interrogatus depoſuit de aſpectu, fm ea quæ dixi ſ. quia ex aſpectu diceretur homo xxx. ann. quid habet teſtis dicere? & idem in ſimilibus qõnibus? ℟. debetis ſcire, q̃ ideò hic dicitur, q̃ manifeſtũ eſt, nõ indiget probatione. l. ciues. C. de appel. quia nulla probatio poteſt fieri de manifeſto, quin ſit magis obſcura, q̃ manifeſtum, & ideò dicit lex, q̃ illud q̃ eſt demonſtratum, nũ indiget alia demõſtratione, j. de do. præ. l. j. circa fi. Nũc

q ad propoſitũ, q pono unũ aliud exemplũ, Teſtis interrogatus ſi talis res erãt alba, dixit quod ſic, quia uidit. Interrogatus quid albũ? dico q̃ de hoc non debet interrogari, & teſtis poteſt dicere ſi interrogaret, quid ſit albũ, neſcio tibi aliter demõſtrare, quia eſt ita clarum de ſe, q̃ nõ indiget alia demõſtratione. d. l. j. in fi. de do. præl. Nunc ad prępoſitum, iſte aſpectus tẽporis, & ætatis nõ eſt bene declarabilis per notas & ſigna, quando nõ ſunt in forma, quia quidã ſunt barbati, quidam non, quidã rubei, quidam nõ, & quidam parui, quidam magni, & ſic de ſi. Sufficit ergo ſi teſtis dicat interrogatus, quid eſt aſpectus tanti tẽporis, neſcio tibi dicere, niſi quod eſt aſpectus tanti temporis. Sed quid ſi ſim-

r pliciter r dicat, neſcio? ſ ℟. idem, Nam intelligitur, neſcio, ſ ſubaudi aliter declarare. quod ſ. dixi. Simile no. j. de uerb. ob. l. ſtipulatio iſta. Item interrogatus qui dixit aliquam poſſidere, quõ ſcit, ſi dicat ſe ſcire eum poſſidere, quia eum uidit arare, ſeminare, fructus colligere, & ſimilia facere. Si poſteà interrogat, quid eſt poſſidere? non cogitur rñdere

t nam ſufficit ſi dicat, neſcio aliter quã ſ. dixerim. t d. l. ſtipulatio. §. hi quoq̃. Sumus expediti de ſecunda q. principali.

12 VENI † ad tertiam q. cui incũbit onus probandi? Gl. hic dicit, q̃ iudex ex aſpectu corporis transfert onus probandi de uno ad alium, ſed in dubio ei qui dicit, incumbit onus probãdi. Et ſi utroq̃ negante, poſteà unus dicat, nego te minorẽ, alius dicat, nego te maiorem, tũc dicit gl. forte præſumit minor, quia ſemel fuit minor. C. de prob. l. ſiue poſſidetis. Cy. hoc examinat C. de prob. l. cùm te. Tu dicas q̃ illud dictum an ponatur affirmatiuè, uel negatiuè, nihil eſt dicere, fm lac. de Are. duabus ratiõibus, Prima quia tũc eſt uerum, q̃ ei qui negat, nõ incũbit onus probandi, quoniam negatiua nõ eſt probabilis l. actor. C. de prob. Secunda quia ut ſæpè dixi uobis, illa oratio eſt negatiua, quæ ſi-

u gnificat priuationẽ. Illa eſt affirmatiua, u quæ ſignificat poſitionẽ. Non curo quibus x uerbis ponat, j. de doli excep.

x l. ſi. in fi. & ff. de uerb. ob. l. inter ſtipulantem. in princ. & j. de itin. actuq̃ priua. l. j. §. j. Vnde in propoſito, ſiue quis dicat, nego me maiorẽ, ſiue dicat, dico me minorẽ, ſemper iſta negatiua eſt, quia illud uerbũ, minor, habet negationẽ in ſe, unde ſæpè ponitur in iure minus, id eſt, non idem. Eſt ergo idem dicere, minor xxv. an. id eſt, q̃ nõ habeo xxv. annos, & eodem modo ſi dicam te maiorẽ, ſiue nego te minorem, eſt affirmatiua, quia nego negatiuã, & ſic affirmo. Et ideò in iſta materia cui incumbit onus probandi, dicas ſic. Aut iudex ex aſpectu transfert onus probandi in aliquam partem, & illa debet probare. Aut non, & tũc aut unus allegat ætatem maiorem ad fundandam intentionẽ ſuam, & ipſe debet eam probare. Aut allegatur ætas minor ad fundandam intentionẽ minoris, & idem ut ipſe qui allegat, debet hoc probare. C. de in integ. reſt. l. ſi minorẽ. ubi ſi minor petit reſcindi contractum, tunc quia minor ætas eſt ſuæ intentionis cauſa, ipſe debet probare, ut ibi patet, nec ob. quòd

13 gl.hic dicat,q̃ semel fuit minor,& ideò † hodie præsumitur
y minor,quia illa regula y nõ procedit in his q̃ cursu temporis mutantur,ut in ætate.ĩ.de exc.tut. l.spadonem.§. qui absolutus.Et ita intelligitur C.de prob.l.cùm te.unde cum tu agis,& alius opponit tibi,q̃ tu es minor,ille debet probare.no.in d.l.cùm te.Quandoq̃ ætas non est causa intentionis alicuius,ut puta,si nihil aliud intẽdo principaliter, nisi probare ætatem.tunc ei qui dicit ætatem, incumbit onus probandi.De hoc est casus hic.

EXPEDITVS de tertia q.principali,uenio ad quartã. Et super quarto & ult.dubio quæro de probatiõis effectu:
14 † Et uidendũ est primò,utrũ probatio sola sine pronunciatione pariat præiudicium:Et uidetur q̃ non,ĩ.de iureiur.l. sed & si possessori.§.fi.in gl.super uer.probatũ esset.In cont. est ueritas,per tex.hic,ibi,per eam probationem.&c. Nihil autem dicit de pronũciatiõe.Et sic no.q̃ probatio sola sufficit,& hoc puto uerum.Non ob.lex cont.& quod ibi dixi, quia ibi nõ sufficit probatio sola ad actionẽ producendã, sed ad actionem productam adiuuandam sufficit,ut hic.
15 † Secundò est uidendũ,utrùm probatio facta in una cau-
z sa,præiudicet in alia z prorsus extranea,separata, & distincta.Et in gl.sunt opi.Finaliter determinat omnib' fieri præiudicium,ut in ea habebitis.Et tamẽ est intelligẽdum cum
16 distinctione,quam dicam.ĩ.† Tertiò est uidendum, utrùm
A sententia lata super ætate,[a] facit ius:Gl.hic dicit,q̃ sic, quod non est uerum,quia potest admitti probatio in contrariũ. s̃.eo.l.minor xxv.annis ex aspectu. quod nõ esset, si faceret ius.Et ideò est aduertendum,Nam quandoq̃ probatur ex confessione personæ,de cuius ætate agitur, & tunc aut ista probatio est facta cum iuramento corporaliter præstito,& tunc dicta confessio nõ porriget effectum suũ ad alias causas,uel personas,quam ad eas,in quas est facta dicta confessio.no.in auth.sacramẽta. C.si aduer. uẽd. x.q.quod dic
b ut ibi.Quandoq̃ ætas [b] probatur per alios modos legitimos, utputa testibus,instrumẽtis natalium,& simi.ut s̃.dixi,& C.si mi.se ma.dixe.l.in prin.& l.si alterius.& ĩ.de excus. tut.l.excusin prin.Et in istis est aduertendum, aut ætas est, probanda inter duos litigantes, non interueniente eo de cuius ætate agitur,& tũc illa probatio in alia causa nõ præiudicat,per reg.generalem ĩ.de excep.rei iud. i.cùm quæritur.Ista enim lex loquitur solùm quando maior factus est in iudicio,dicit enim,de ætate eius qui se maiorem, &c. Ex eo enim q̃ dicit se maiorem,&c.patet q̃ ille,de cuius ætate agitur,fuit in iudicio.tunc,aut probatio seu pronunciatio fuit facta aduersario contradicente,& indistincte habetur pro ueritate,quo ad eum,siue sciuerit contrarium esse uerum,siue ignorauerit,s̃. eod.l. ait prætor.§. permittitur.sed quò ad alios,nõ est idem,ut ĩ.dicam.Si uerò fuit facta aduersario non contradicente,tunc aut dolus, uel fallacia eius de cuius ætate agitur,interuenit,& indistincte præiudicat quo ad eum,aduersus quem dolus,seu fallacia fuit adhibita.l.ij.& l.si alter'.C.si mi.se maior.dix. aduersus alios puto q̃ ipsi minori nõ præiudicet,nisi eo modo quo infrà dicam,quando dolus non interuenit,ut ĩ.quib. ex caus.in poss.eat.l.Fulcinius.§.q̃ si aduersus.Aut non interuenit dolus,uel fallacia eius,de cuius ætate agitur, & tũc si quidem aduersarius sciebat cum esse minorẽ,& sic sententiam non continere ueritatem,& tunc sententia & pronũciatio ei non opitulatur.d.l.si alterius.ij.respon.& l.minor xx.ann.ex aspectu.s̃.eo.siue sciuerit uerè, siue præsumptiuè d.l.de tutela.C. de in integ.rest.mi.Aut neuter eorũ sciuit, uel in dolo fuit,& tũc aut minor uult uenire ꝺ dictã probationẽ seu ꝓnunciationẽ,certans de damno uitãdo, aduersarius uerò certat de lucro captando,& minor audit.In hoc tamen minori præiudicat,quia ipse habet necessitatẽ probãdi cõtrarium,d.l.alterius.fm lec.Azo.Aut minor certat de lucro capiendo,& aduersarius de damno uitando,ut puta,si debita minori soluit,& minor perdidit,tũc minori omnino præiudicatur,ut hic,& l.minor xxv.ann.s̃.eo.Aut minor certat de damno uitando in futurũ,hoc est,licet per aliam probationem seu pronunciationẽ sit damnificatus in primo iudicio,tamẽ ne damnificet de cætero,auditur uolens probare contrarium,& deducere cõtrarium in notitiam cuiuslibet,quod patet ex his quæ dicta sunt, quia scienti contrarium talis sententia nõ opitulatur.Et prædicta uera,quando probata est ætas maior,quæ cursu tẽporis nõ decrescit.
17 Sed † quæro, [c] quid si uno iudicio probatur quod est mi-
c nor,utrùm illa sententia faciat fidem in omnibus alijs causis:Videtur quod non,nam ista lex loquitur de ætate eius qui se maio.dicit,&c.non de eo qui se minorẽ. Prætereà ex his quę solo cursu tẽporis mutantur,probationes factę in uno iudicio,nõ faciunt fidem in alio,ĩ. de exc.tut.l. spadonem.§.qui absolutus,& ibi Dy.sed minor ætas est huiusmodi,quia solo cursu temporis mutatur, ergo,&c. Sol.Aut ex illis actis uolo probare me esse minorem modò,& nõ possum,per ea quę dicta sunt.Aut uolo probare me fuisse minorem,tunc etiam puto q̃ dictæ probationes sufficiãt,per hanc l.Eadẽ enim ratio est in l.ij.s̃.de fer.ibi,ut ætates pro-
d bentur,&c.Et ideò puto sanum esse cõsilium,[d] quando aliquis est paruulus, q̃ faciet, causa cognita, pronunciari ex aspectu,uel alijs probationibus se esse certæ ætatis,tunc enim ex cursu tẽporis sequẽtis probabitur, cuius ætatis sit,
18 & iudex debet hoc facere.Nam in his,† in quibus aspectus mutatur, iudex debet pronũciare ex aspectu,ut in futurũ fidem faciat.l.ij.s̃.de fer.ibi,aut ut ex aspectu atrox iniuria,
19 &c.dixi in l.ij.ĩ.iud.sol.† Vlt.quæro quid de alijs impedimẽ
e tis,puta,iudex pronunciauit me non esse infamem [e] ex tali sententia.uel nõ esse excõmunicatum, uel simile, utrũ hoc faciat præiudicium in alijs causis:Et uidetur q̃ sic, quia in modo probandi, siue pronũciandi prædicta æquiparantur,ut dixi s̃.circa primam partem.Cont.tamẽ dico,q̃ hæc lex singulariter & specialiter loquitur in probatione ætatis.Et ideò dicendũ est,aut dicta sententia lata est cum legitimo contradictore, cuius specialiter seu principaliter interest,& facit fidem quo ad omnes,sicut dicimus in quærela inofficiosi testamenti,& si secus si non fuisset lata, cum legitimo contradictore. ĩ.de collu. deteg. l.cum non iusto,& C.qui. res iud.non noc.l.ij.& illud est in simili.&c.Est etiam speciale in causa ætatis,quia sententia lata in una causa speciali inter minorem,& alium,facit præiudiciũ in omnibus alijs causis,etiam nõ habentibus dependentiam ab illa,ut hic.& l.minor xxv.an.ex aspectu.s̃. eo. etiam si fuerit interlocutoria.Et ex hoc sequitur etiam alia specialitas, q̃ ab in
20 terlocutoria † lata super ætate licet appellare. s̃.eod.l.intra utile.& ibi de hoc dixi.

ADDITIO.

a *Aetate.Bar.consil.cx.Cast.consil.cxl.& cxlj.ubi ponit,quid si statutum tradat modum probandi ætatem,an intelligatur reprobare alios modos, & quædam alia in materia.Item quis debeat probare ætatem.Fel.c.in præsentia.eẽ.de prob.Item si alicui sit datus tutor, uel curator, an probatur per hoc ipsum,eo tempore fuisse minorem, Alex.q̃ non,consil.xxj.j.uo. Item q̃ non probat saltim eum esse minorem nunc,licet anno uno,uel duobus præteritis,fuerit sibi datus curator,ut minori.Imo.consil.xxiij.Item q̃ scriptura patris, probet ætatem filiorum, quando est facta super natiuitate,Paul.l. neq; natales.C.de prob.ubi But.& Sal.Vide tamen circa istam materiam probationis ætatis,Soc.consil.lxxxix.j.uo.ubi dicitur,q̃ substitutus pupillo,dicendo quòd filius decesserit pupillus,habet intẽtionem suam fundatam, quo in dubio quis præsumitur mori in pupillari ætate.In cont.tamen uide eundem Soc.l.qui duos.§.cùm in bello.ff.de reb.dub.& ibi scripsi ad eum.*

b *Principaliter.No.q̃ sententia nulla,potest peti declarari nulla, quid autem si petatur cassari,quid importet,Bal.l.hi qui ad ciuilia.C.de appell.*

c *Citatio.Aliter dixi secundum Bal.d.l.in causę.§.causa cognita.*

d *POMA.Secundam.Fel.c.in præsentia.de prob.*

e *Probetur.Bal.l.si minorem.& ibi Sal.C.de in integ.restit.dixi in l.non solùm.§.sed ut probari.de oper.no.nunc.& Gul. de Suza.l.j.C.si min.se maior.q̃ ætas minor potest probari per instrumentum dotale, factum in die nuptiarum,ar.l.optimam.C.de cont.stip.Bal.l.neq;.C.de prob.*

f *Consanguineos.l.de tutela.& ibi Bar.& Bal.de in integ.rest.C.& si testis deponit causam dicti sui,quia est uicinus & coniunctus, adde Bart.per illum tex.in l.de tutela.C.de in integ. rest.min. & Bal.ad idem in l.testium. in fi.col.C.de test.Sal.l.si minorem.C.de in integ.restit.*

g *P.PAV.P.Pe.Fel.c.literas.col.j.eẽ.de excep.*

h *POMA.Hoc.Alex.l.non hoc.j.col.C.de legi.Fel.c.lite.de præsum.*

i *Nasci.Quid si testis super ætate,in causa scientiæ dicit, quia recordatur, quòd tali die natus est,probat,secundũ Bal.l.ij.C.de temp.app.*

k *POMA.Nescire.Alex.cõs.xlij.co.fi.uo.iij.Fel.c.quoties.de testib.& c.cùm causam.eo.tit.*

l *P.PAV.P.Minor.Alex.l.j.in prin.ff.de ope.no.nunc.*

m *Verum . Ang.& Imo.l.ij. §. idem Labeo. de aqua plu. arcen. Salic.d.l.si minorem.*

n *POMA.Secundò.Ant.de But.consil.xlvj.*

o *Aspectum.Bal.d.l.Deo nobis.C.de epis.& cle.in l.solam.ult. col.C.de test. ubi dicit,q̃ si testis deponit super ætate,& interrogatus in causa scientiæ, dicit,scio per aspectum corporis, quòd non probat.Bar. consil. incip.in q. uertente inter d.Simonem.Sal.l.si minorem.post Bald.C.de in integ.restit. & Sal.l. cùm te.C.de prob.& Io.And.in add.Spe.ti.de teste.§.j.super uer. sed nunquid.incip.ad declarationem.Cum quo transit Im.l.ad testium. §.fi. de testibus.*

p *Excessus.Bal.l.solam. C.de testib.& in rub. C.de prob.in fi. & de probatione ætatis,uide Bal.l.cùm te.C.de prob.& Io.And.reg.infamis. in merc. adde Bal.rub.de prob.in fi.q̃ aspectus posset esse talis & tantus, q̃ inferret ex necessitate naturæ,& dicit Bal.d.l.cùm te.in ult.col.q̃ sufficit probare ætatem per uero similia,licet non certitudinarie. & quid de scriptura, quam facit pater tempore natiuitatis filij,an probet ætatem.Bal.l.neq; natales.C.prob. & de instrumento matrimonij contracti,dixi s̃. & de scriptura facta de natiuitate ab alio etiam, quàm a patre.Bal.rub. C.de fid.instru.l.latè.Sal.l.si minorem.C.de in integ.rest.& Bar.consil.incip.in q.uertente inter do.Simonem,&c.*

q *Barb.Propositum.l.j.ff.si cer.pet.*

r *P. PAV. P. Simpliciter . Ias.l. j.ff.si cer.pet.& in l. iij.§. j.ff.de iureiuran. in ult.col.*

s *Nescio.Bal.l.data opera.C.qui accu.& Imo.l.iij.§.duæ.ĩ.de Carb.edic.ubi dicit quoq;,cui incumbit onus probandi ætatem,& gl.lxxxj.dist. presbyter.& Spec.tit.de actore.uer.si ergo.& Bal. d.l.cùm te. dixi post Bar.l.si Titius.de fideiuss. Bald.l.j.C.si quis rem mi.ergo,&c.doc.c.in præsentia.de prob.unde dixit Bal.l.j.s̃.de his qui sunt sui.et ibi Pet.de Anch. q̃ testis interrogatus quid est notorium,si dicit se nescire,non ualet eius testimoniũ, si dixerit factum esse de die,& si dixerit aliquem esse malæ famæ,& nescit quid sit bona fama ,quia contraria contrarijs probantur,& qui cognoscit unum contrarium , cognoscit & reliquum.d.l.j.& ad Bar. hic facit,q̃ ipse no.in l.j.ĩ.si cer.pe.Secus tamen dicas,si testis deponeret super fama, quia si posteà interrogatus quid sit fama,dicat,nescio,ualet secundum Bal. l.j.si cer.pet.Quod ipse no.l.data opera.Et illis adde no.Cy.& Bald.l.ij.in fi.C.de don.ante nup.ubi sufficit, q̃ dicat testis,recordor q̃ in tali donatione non fuit causa expressa,licet posteà dicat se non recordari,quis contractus ibi fuerit celebratus,& quæ uerba ibi interuenerint,sed sufficit de substantia contractus recordari . Adde cui incũbat onus probandi ætatem Bal. consil.cxxxiij.lib.iij.Cast. consil.cxl. & qualiter testes debeant deponere in probatione ætatis,Bal.cõs.cxliij.lib.iiij.& cõs.cclxxiij.lib.iiij.Pro isto dicto facit dictũ Io.And. in addi.Spec.in ti.de teste.§.nũc uidendũ.in ult.add. dũ loquitur de teste,qui debet examinari super duobus capitulis, & Bart.in trac.de test.in gl.uer.rem aliquã.Et idem Bar.l.Labeo.uer.sed quæro quid si testis.ĩ.de supp.leg.Et Ang.consil.clxxiiij.Alex. cõs.cvij.alias,xvij. in iij. uo.Fel.c.cùm tu.de test.& Fel.c.fraternitatis.uer.sed ultra. de testib.& c. cùm tu.eo.tit.*

t *POMA.Dixerim.Alb.l.non erit.§.dato.de iureiur.*

u *Affirmatiua.Bal.l.cùm te.de prob.in ult.q̃.Bar.& Sal.d.l.si minorem.*

x *P.PAV.P.Quibus.Are.l.ille.ff.de uer.ob.*

y *Regula.c.præsentia.de prob.Et an fundans intentionem suam super ualiditate actus,cogatur probatur habilitatem personæ,dic quòd nõ.d.c. in præsentia.& sic probato actu,præsumitur habilitas personæ ad ipsum actum, ideò si producitur testamentum factum à minore, producens non tenetur probare q̃ erat maior xiiij.ann.Io.de Imo.d.c.in præsentia.Imo. cõs.cxiiij. Et Bar.consxiiij.ubi tangit eui incumbat onus probãdi,in qua ætate decesserit filius.Bar.consc.dicit q̃ ille tenetur probare ætatem,qui super illa se fundat,& dicit de modo probandi,& non sufficit dicere q̃ tot anni,nisi deponat per sensum corporis.uide ibi Barb.Et an ille qui se fundat in ætate,debeat illam probare,Alex.consclix.in v.uo.& Fran.de Are.& Mod. c.in præsentia,de prob.*

z *Alia.Sal.d.l.si minorem.*

A *Aetate.Inn.c.causam.el.ij.qui fil.sint legit. in gl.magna, per Sal.l.si minorem.C.de in integ.restit.*

b *POMA.Aetas.Bar.consl.xxxviij.j.col.& Imo.consc.cxiiij.*

c *P.PAV.P.Quæro.Io.de Imo.consl.xxiij.Bal.l.ij.C.qui.res iu.non no. Bart. l.ij.ff.iud.sol.Imo. consl.xxiij.Alex.consl.xxj.uo.j.*

d *Cõsilium.Bal.d.l.cùm te.in ult.col.C.de prob.qui tenere uidetur,q̃ ista de Bart.super ff.uet.*

claratio hoc modo facta ad æternam rei memoriam,prosit ad excipiendũ, non ad agendum.

f *Infamem.Si iudex pronunciauit me non esse infamẽ,utrùm hoc faciat præiudicium in alijs causis?Bal.l.ingenuum.in prin.de stat.ho.*

LEX XLV.

NON OMNIA. Minores restituuntur cum lędun tur,aliàs secus.

LEX XLVI.

1 *Vsucapto cœpta cũ maiore,perficitur contra pupillum licet restituatur.*
2 *Præscriptio legalis quæ & quomodo currat contra minorem.*
3 *Præscriptio quæ inducitur ex testamento,currit contra minorem.*
4 *Præscriptio inducta per statutum, non currit contra minorem, ut damnum patiatur.*

ETIAM. Aduersus præscriptionem cõpletam dum quis erat in utero,restituitur.Opp.res pupilli nõ potest usucapi.ĩ.de acq.rer.do.l.bonæfidei. Sol.Verũ est
1 q̃ non potest incipi usucapio cõtra pupillũ,sed cœpta † cõtra maiorem,bene perficitur cõtra pupillum.ĩ.de fun. dot. l.si fundũ.Opp.q̃ hodie non currat præscriptio contra minorem.C.in quib.caus.in integ.restit.nõ est necess.l.ult.Sol. Gl.nostri ubiq̃ tenent,q̃ illa lex loquit in usucapionibus, quæ contra ipsum minorem incipiũt.In his uerò quæ cœperunt cõtra maiorem,iura antiqua nihil mutant,& sic remanet incorrecta hęc lex,& l.ij.si aduersus usuc.Alij dicunt, q̃ præscriptio nõ currit ipso iure in minoribus,etiam incœpta contra maiorẽ,dormit enim tempore minoris ætatis,l.
a sicut.in prin.de præsc.xxx.ann.Sed hoc tenent. [a] Vltramõt. per rationẽ d.l.ult.cùm dicit, melius etenim est intacta eorum iura seruari,&c.Sed certè q̃ usucapio dormiat, nõ reperimus,nisi in præscriptiõe xxx.ann.d.l.sicut.ideò doctores nostri cõmuniter tenent gl.q̃ qñ usucapio incipit contra maiorem,currit contra minorem,sed restituitur,ut hic, & l.j.C.si aduer.usucep.Opp.l.Æmilius.s̃.eod.ubi si cœpit contra maiorẽ,currit sine spe restitutionis. Sol. dicit gl. ibi loquitur in præscriptione cõuentionali,hic in præscriptio
b ne legali.Vide eam,& no.Ista est bona sol.ut ĩ.dicã.Alij uo- [b] lentes fugere omnia prædicta dicunt q̃ hic usucapio fuit cõpleta contra illum,quia iste erat adhuc in utero,nec pronato habetur,quia esset in odiũ sui,Curreret enim præscriptio contra eum,& nõ restitueretur,Istud non placet, quia sic intelligendo non restitueretur iste ex edicto de minoribus,sed edicto,ex quib.cau.ma.ex clausula illa, si qua mihi iusta causa esse uidebitur.Sed hic restituitur ex tit.de minoribus.Quod apparet,quia hic situata est hæc lex,ergo, &c. Dico ergo q̃ habetur pro nato,& præscriptio currit contra ei,& restituit ac si natus esset,& hoc præscri-
ptiõe legali,secus in cõuentionali, ut dixit.** Ratio, quia restitutio quæ conceditur ex hoc titulo,cõceditur ex eò quod cum minore gestum est.l.ait prætor.in princ.s̃.eo.Sed si usucapio cõpletur contra minorẽ,ipse minor uidetur transtulisse dominiũ in usucapientẽ.l. alienationis.ĵ.de uer.sig.meritò cũ eo est gestum,ideò restituit.l.fi intra. C.de nõ nu.pec.
c Nam ante biennĩũ non est nata naturalis [c] obligatio.Si igitur biennĩũ perficitur in persona minoris,& ipse minor obligatur naturaliter, meritò cum eo geritur,& restituit. Ita intelligit illam l.gl.l. auxiliũ.s̃. eo. & in l.ult. C.in quib.caus.in integ.restit.non est necess.Sed in præscriptione cõuentionali,si uenditor exercet pactum legis commissoriæ,uendidit pignus conuentionale,hoc facit ex potestate sibi data per defunctum,& illa est proxima causa,& sic cum minore nihil dicitur geri. Secus si cum eo aliquid
2 gereretur,d.l.Æmilius,uer.dicebam,& ideò in præscriptione cõuentionali dic, ut d. l.Æmilius. † In præscriptione legati dic, aut loquimur in præscriptione xxx. uel xl.ann. & illa curret excepta pupillari ætate,sed minor restituitur. C.in quib.caus.in integ.restit.nõ est necess.l.ult. & de præsc.

Dixit.Nos niamiam istã Bar. subtilitatẽ mittamus, ac teneamus præscriptionẽ cœptã in testatore,in ipsam quoque cõtinuari,l.ij. cùm seq. ff. ex quib. caus. in pos.ea.I.C.B.

xxx.an.l.sicut.Aut loquimur in alijs, & tunc quædam sunt præscriptiones,quæ de iure antiquo currebant sine spe restitutionis, & tunc idem esset hodie, ſ. eo.l.auxilium. l. interdum.ſ.eo.& C.de statu.defun.l.si mater. Quædam sunt præscriptiones quæ de iure antiquo, nullo modo currebant contra minorem.l.bonæ fidei.de acq.rer.dom. & istæ hodie etiam non currunt, Quædam sunt præscriptiones, quæ olim currebant, sed restituebant minores, & tunc aut istæ sunt præscriptiones iudiciales constitutæ à lege, uel à iudice,& nihil est hodie immutatum, l.properādum. in fi. de iud.& auth.de appel.& intrà quæ tempora. §.j.& ſ.eod. l.& si sine.§.pe.& fin.& ibi no. in l.ult. C.si aduer. rem iud.& l.ult.C.in quib.caus. in integ.restit. non est necess. & l.auxi-
d lium.ſ.eo.Idem in tempore conficiendi inuentarium,[d] ut in auth.de hær.& falc.§.pe.Aut loquitur in alijs præscriptionibus,& tunc aut incipiunt contra minorem,& hodie ipso iure non currunt,ut d.l.fi.in quib. caus. in integ.restit. non est ne.Aut contra maiorem incipiunt,& terminantur cum minore iam nato,uel existente in uentre, & tunc currit, sed
3 restituitur,ut hic,& l.j.si aduer.usuc. † Quæro quid in præscriptione quæ inducitur ex testamento, an currat contra maiorem? Sic,ſ.eo.l.iij.§.& si hæres.Solùm ergo illa l.fi. cor-
4 rigitur in præscriptionibus legabilibus.† Quæro quid[e] in
e præscriptionibus,quæ introducuntur per statuta,[f] an currant contra minores. Inn. cx.co.c. constitutus. tenet q; sic.
f Et assignat rationē,quia d.l.ult. non potuit cogitare de statutis,quæ adhuc non erant,& ita dicit ipse,q; est casus in d. c.constitutus.Breuiter hæc quæstio stat in hoc,utrūm statuta quæ dicunt præscriptionē currere simpliciter,restringantur solum contra maiores? Breuiter ego dico q; statuta recipiunt interpretationem restrictiuam,quando aliàs quis damnum pateretur indebitè.l.ij.de nox.dixi plenè in l.omnes.ſ.de iust. & iur. Sed in proposito, minor damnificaretur indebitè,ergo nec præscriptio currit,non autem recipiunt statuta interpretationē,ut aliquis lucretur.l.prospexit.in prin.j.qui & à quib.ideò cum præscriptio statutaria, de qua fit mentio in d.c.constitutus.erat ad lucrum, & currit minoribus,quia illo casu statutum non restringitur,sed si per præscriptionem minor damnum pateretur, tunc statutum restringeretur,ut dixi.Nec ob.quod dicit,q; lex ultima non cogitauit de statutis,quæ adhuc nō erant, quia facit quod non cogitauit in specie, sed in genere de omnibus præscriptionibus,quæ introducerentur.l. si miles.j.de testa.mil.Quod apparet, quia ista lex extenditur ad præscriptiones,quæ inductæ fuerunt per ius auth. q; tunc temporis non erat.De hac materia dixi plenè in d.l.omnes.dū tractaui de statutis in interpretatione restrictiua.

ADDITIO.

a POMA.Tenent.Fel.c.placuit.de præsc.uer.quæro quid in præsc. in uer.uidetur hic quæstio.Ro.cons.xxxviij.in ij.dub.

b Fugere.Bal.l.fi.ult.co.j.in quib.caus.in integ.restit. non est necess. & no.l. ea quæ.C.de temp.in integ.rest.& ibi Bal.Quid si datus est curator hæreditati,ad hoc,quia ea iacente, uel sede uacante non currit præscriptio.c.j. & ij.de præsc.Bar.l.naturaliter.ff.de usuc.& Bar.l.si is qui pro emptore. de usuc.Bal.l.si intra.C.de non num.pe.

c Naturalis.Bar.l.fi.C.in quib.cau.in integ.rest.Bar.l.j.ff.de cond.ind.& in l.cùm quis.C.de iur.& fac.ign.tenet cont.uidelicet,q; etiam post biennium non nascitur naturalis.

d Inuentarium.Nam currit minori.Gl.l.auxilium.ſ.e. Sed Iac.de Bel. ut refert Bal.c.j.§.prætorem.de probi.seu.ali.per Frid.opp.ad d.§.pupillus. de hæred.& falc.de tex.in d.§.si unum.de præd.in auth.ut cùm de app. cog. ubi ad hoc,ut pœnā legis patiatur cum effectu,debet esse minor xviij. an. Et respondet dicens, quòd aut adultus legem spreuit in iure naturali, uel communi, & tunc maior xviij.ann.non restituitur in integrum,aut iure ciuili,& tunc restituitur.

e And.Barb.Quid.Bar.cons.incip.quæritur an statutum.ubi tenet q; si statuto cauetur,quòd causæ compromittantur,non intelliguntur pupilli,secus si cogerentur compromittere in arbitratorem. Ang.l.tutor.de iureiur. & Bar.l.omnes.de iust.& iur.& in j.const.C.& l.ambitiosa.de decre. ab ord.fa.Et an tut.poterit petere tantùm compromitti,quando arbitratur à statuto,Bar.cons.nunquid tutor.

f Statuta.An præscriptio statutaria,currat minori,Bal.l.fi.C.in quib.cau.in integ.rest.non est necesſ.

LEX XLVII.

IMPERATORES. Potest minor priùs agere cum tutore,quàm cum contrahente, & econtrà. Opp.l.properandum.§.fi.C.de iud.Sol.speciale est ibi,fm uerā op.in instantia iudicij,licet alij dicant aliter, ut Vltramont. quorum opi. est contra l.si minoris.j. de admin.tut.si bene inspiciatur.

LEX XLVIII.

EVM QVI. In integrum restitutio nō transit ad defensorem,sine mandato.

LEX XLIX.

TVTOR. Denunciatio eius,qui non habet ius denūciandi,nōn cōstituit aliquem malæ fidei. Item etiam contra bonæ fidei contractum,minor restituitur.

§. CVRATOR. Si per restitutionem, à parte contractus receditur, potest ille contra quem agitur,à toto recedere.

LEX L.

MINOR. Restituto fideiussore,non uidetur restitutus principalis.

§. MINOR. Per restitutionem non reuocatur libertas concessa per emptorem.

§. MVLIER. Aduersus pactū circa dotem appositum minor restituitur.

LEX LI.

SI RES. Aduersus uenditionē ualidam, minor restituit. Quærit gl.de quibus loquit? R.quod potest intelligi de iure antiquo,& de iure nouo,tene illam quę loquitur de his quæ seruando seruari nō possunt,in quibus minor restituitur demum,si patitur grande damnum.

LEX LII.

IVNIVS. Minore restituto,restituitur actio in pristinū debitorem, in eo statu,in quo erat tēpore nouationis. Opp.j.de fideiuss.l.si Titius. Sol. Istud propter fraudem creditoris. Opp. q; prior debitor non fuit liberatus.l.j.in fi.de noua.Sol.gl.dic ut in ea.Opp. j.ad Velle.l.debitrix.§. fi.Sol.ut in gl.

De capitis diminutione. *Tit. V.*

DICTVM est de restitutione in integrum, quæ fit à prætore concedente actiones ad hoc,ut ſ.de dolo. in tit. quod metus causa.Item de restitutione quæ conceditur per officium iudicis, ut tit. præceden. Est quædam alia restitutio, quæ fit à prætore restituente actionem ipso iure, ut quādo prima actio parit capitis diminutionem,de qua loquitur iste tit.& j.declarabo.

LEX I.

APITIS. Opp.j.ad Maced.l.iiij.§.fi.Sol.Intellige hic, immutatum statum facto hominis interueniente,ut in gl.

LEX II.

PERTINET. Hoc edictum habet locum in capitis diminutione,quæ salua ciuitate contingit,non in alijs. Vel breuius.Hoc edictum habet locum in minima capitis diminutione tantūm. No.tex. qui dicit, neq; possint hi penitus conuenirī,quod illi qui amittunt ciuitatem,cōuenirī non possunt. Facit ad id quod dicam in l.amissio-
rie.& in l.tutelas.in fi.j.eo.

§.AIT

a §. AIT PRAETOR.[a] Primò quæro quam restitutionem continet iste tit. Respon. gl.no. debes scire, quòd secundùm rigorem iuris, quando aliquis capite minuitur,uidetur alius homo,& ideò à prima obligatione,& actione liberatur,ut j.l.prox.§.fi.sed quia naturaliter & uerè est idem homo,prætor qui æquitatem naturalem sequitur,per hoc edictum restituit contra eum actionē primam utilem,uel in factum.Quæro secundò in quo differt hoc edictum,ab edicto,quod cum eo.respon.per hoc restituitur actio in capite minuto,ut dixi: per illud,hæc actio limitatur,ut in casibus ibi expressis,ne detur,nisi quatenus facere poterit,uide gl.

§. HI QVI. Capitis diminutio non liberat quem à naturali obligatione, nec eum impedit post ciuiliter obligari.

§. NEMO. Capitis diminutio nō tollit actiones ex delicto descendentes.Gl.uacillat in intellectu huius §.tamen debet intelligi de actu, seu obligatione naturali, & etiam ciuili.l.tutelas.§.iniuriarum.

§. EI QVI. Arroganti non restituitur actio per hoc edictum.

LEX III.

LIBEROS. Arrogatione patris, filij capite minuuntur.

§. EMANCIPATO. Emācipatione capitis diminutio contingit.Item qui caput non habet, illud non mutat.

LEX V.

1 *Bannitus nostri temporis æquiparatur deportato,si est bannitus imperij, quia perdit ea quæ sunt iuris ciuilis.*

2 *Bannitus alicuius ciuitatis non perdit nisi iura illius ciuitatis, & duo requiruntur,ut illa amittat.*

3 *Bannitus quando possit facere testamentum, hæres instituj, & succedere ab intestato.*

a AMISSIONE.[a]

§. QVI DEFICIVNT. Qui ciuitatem Romanā perdunt, capite minuūtur.In hac l.in uer.qui deficiunt, ui
1 detur casus,† q; exbanniti æquiparantur deportatis, nam deportati amittūt oīa quæ iuris ciuilis sunt, ut hic in prin. & in uer. uel relegati. Ita exbāniti, hoc est, q; deficiūt ab his sub quorū imperio & iurisdictione sunt,perdunt ea quæ iuris ciuilis sunt,ut hic,in uer. qui deficiūt.Et sic uidet
b q;bari gl.quę est in §.relegati.Inst.q;mo.ius pa.pot.sol.Ego tamen de hoc disputaui[b] unam q.Pisis,quæ incipit,Lucane, ciuitatis &c. Et determinaui sic, q; ille qui est bannitus imperij,æquiparatur deportato,& perdit ea quę sunt iuris ciuilis,ut hic.Et ita intelliguntur iura noua,quæ dicunt,banno imperiali subiacent, hoc est, iura ciuilia perdant, ut in auth.item nulla cōmunitas. de episc.& cler.& in multis a-
2 lijs.Sed ille† qui est exbānitus alicuius ciuitatis,uel regni, non perdit ea quæ sunt iuris ciuium Romanorum,sed ea quæ sunt propria iura illius ciuitatis,uel regni,sicut hic nō perdit ea quæ sunt iuris gent.cōmunia omnibus gētibus. l.quidam sunt.j.de pœn.sed ea quæ sunt propria ciuiū Romanorū,illa perdit.Ita exbānitus ciuitatis alicuius perdit ea,quæ sunt propria ciuitatis illius,nō ea quæ sunt cōmunia omnibus,qui sunt sub Romano imperio. Iac. de Are.l. ex facto.j.ad Treb.Aduertendū tamen est,q; ad hoc ut talis exbannitus perdat ea quæ sunt ciuitatis illius,duo requiruntur,scilicet quòd iste fuerit inobediens,& aufugerit ab
c illius imperio cui subest,& sic est exbannitus. Item quòd[c]
d in hostium numero se cōferat.Ista duo ponūtur[d] hic.Conferre autem se in numero hostium intelligo. ubicūq; est talis bannitus,qui per formam statuti potest impunè offendi.Nam cùm statutum permittit eum offendi impunè,indicit ei bellum.& habet eum pro hoste.l.hostes.j.de capt.&
l.iij.in fi.j.ad leg.Corn.de sic.Sed si esset exbānitus, non tamen haberetur ut hostis,nec posset offendi ex forma statuti,tunc non dicerem eum perdidisse ea,quæ sunt ciuitatis
3 suæ.† Ex prædictis sequitur decisio multarū quæstionum, de quibus cōsueuit dubitari,an bannitus possit facere te-
c stamentū,[c] an possit instituj,an succedat ab intestato, & similia.Nam si loquimur de bannito,qui nō potest offendi impunè,non est dubium q; nihil perdit. Si de alio, & tunc si quidē uellet facere testamentū,uel instituere in testamento ualido tantùm fm statutum illius ciuitatis suæ, cuius iura perdidit,non ualeret. Sed si fieret de iure cōmuni ualeret,quia iura cōmunia non perdit.Eodem modo, si hære-
f ditas ab intestato delata sit,[f] secundū formam illorum statutorum non capit.Secus,si de iure communi, licet tamen ea retineat quę sunt iuris commnnis, tamen uolens petere, coram iudice non audiretur,ut j. tit.j.l. sed & si per prætorem.§.sed & si cū decreto.Et idem dico per omnia in his, qui sunt effecti hostes ex uigore alicuius reformatiōis, uel ipsa lege lata, ut hac lege dicitur. Quæro licet isti perdant ciuitatem,& ipsi non possint petere, neq; acquirere, an alij teneantur,ut ipsi possint conueniri,dicam statim j.eod. l.tutelas.in fi.

ADDITIO.

a *Amissione.Bar.in extrau.qui sint rebelles.uer.ex tenore.*

b *Disputaui.Bal.l.j.in ix.q.C.de hær.inst.& in l.j.C.de sac.ecc.& in l. Gallus.§.& quid si tantùm.de lib.& posth.& Ang.l.si cùm dotem. §.si pater. j.sol.mat.& in l.ex facto.§.ex facto.j.ad Treb.& in disp.quæ incipit, Bononiæ bannitus.Bal.l.iij.C.si pen.appell.mors interue. & Sal.l.j.C.de hæred.inst.& Bal.l.ut uim.ff.de iust.& iur.dixi in l.ij.de requir.Post Bar.& quod no. Bart.l.cùm mulier. sol.mat. & Imo.l.si cùm dotem. §.si pater. in prin.& Bal.c.domino guerram.hic finit l.Corra.de ind.inci.cōsue.re.Al. gl.hic,q; lex potest pro furto quem bannire,uel ad mortē damnare, quando impunitas delicti,pendet extrinsecus.*

c *POMA.Quod.Dec.l.ueluti.ff.de iust.& iur.*

d *Ponuntur.Sed utrùm stante tali statuto, possit bannitus occidi? Bald.tenet quòd non,per ibi no.in gl.l.j.C.de ser.fug.quia non est in banno suijpsius. l.liber.ad leg.Aquil.q; bene no.ibi,sed si esset bannitus,non tamen haberetur,&c.Vide quod no.Bal.auth.& omnino.C.ne ux.pro ma.*

e *Testamentum. An bannitus possit facere testamentum, Bar. l.j.C.de hær. inst. Dixi post Bart.l.si uictum. de re iud. & Bar.l.si qua. de his qui sunt sui.& Ang.& Im.l.Gallus.§.ille casus.de lib.& posth.& Bal.l.j.C.de hæred.inst.& ibi Bart. & an eis succedatur.Bald.ibi.in fi.Sed an deportatus præscribat,Bal.tit.de pa.Constan.in prin.uer.cùm semper. ubi dicit quòd nullo tempore præscribit,quia à iure ciuili est penitus alienus.l.j.§.hi quibus.de leg.iij.& quia pro mortuis habentur.l.j.C.de hær. inst.& in l. Gallus.§.& quid si tantum. de lib. & posth.& forte ciuiliter possidere non potest,& sic tali exilio etiam cœpta usucapio interrumpitur,& an statutum comprehendat bannitos, Bal.l.cùm mulier. ff.sol.mat.Et an definant esse ciues, Bar.l.fin.j.de lega.cum si.Adde an bannitus possit facere testamentum, Bal. cons.ccxij. lib.iij.& cccxxx.eo.lib. & quid de damnatis ad perpetuum carcerem, per eundem, cons.ccxij.lib.ij. Cæp. cons.lxxvj.incip.circa.j.dub.uo.j.*

f *P.PAV.P.Sit.Alex.cons.xxvj.col.j.& cons.lxxvj.uo.j.*

§. NVNC RESPICIENDVM. Capitis diminutio,quæ iuris publici sunt,nō limit. h.d. cū l.seq.

LEX VII.

1 *Agnatio est nomē iuris,& capitis diminutio tollitur.mater, & filius sunt nomina appellatiua naturæ,& capitis diminutione non pereunt.*

3 *Bastardus natus de nobili patrimonio, an dicatur nobilis de patrimonio.*

4 *Bastardus quando contineatur appell.illorum de domo.*
Qui ueniant appell.illorum de domo.

5 *Domus app.qui ueniant.*

a TVTELAS.[a] Quod alicui sub nomine appellatiuo conceditur,illo perempto perit cōcessio; aliàs secus. Item capitis diminutiōe nomina iuris pereunt, non nomina naturalia. Primò ponitur dictum, secundò quædam illatio, tertiò ponitur ratio, quartò ratio dicti & illationis,Secunda ibi legitur.Tertia ibi, licet legitimè. Quar-
1 ta ibi, ex nouis. No. quod dixi in summario. † No.quòd

agnatio est nomẽ iuris,& capitis diminutione quis desinit esse agnatus,ideò perimit ea quæ sub agnatorum nomine
2 deferuntur.†No.tertiò q̃ mater & filius sunt nomina appellatiua natura,& capitis diminutione nõ pereũt, sic nec
b alia iura naturalia.l.ij.§.hi qui.ff.eo.Et per hoc dicebã b†se-
3 mel, Statutũ dicebat q̃ nobilis de patrimonio puniat in plus q̃ popularis delinquens, quærebatur utrum bastar-
c dus c diceretur nobilis de patrimonio,& allegabantur illa iura, quæ dicũt,q̃ bastardus non inducitur de illa familia, l.pronũciatio.ff.de uer.sig.& inst.de leg.ag.success.§. uulgo. Ego dixi q̃ d.ll.nihil faciũt,quia disponunt per nomen iu-
d ris,d ut est agnatio,& si.Sed statutũ prædictũ disponit per noia naturalia,quę ita cadũt in bastardũ,sicut i legitimũ.
e Nomina uero familiæ sunt noia ciuilia,e quæ non cadunt in bastardũ,ut hic,Et intelligitur nobilis de patrimonio, i-
dem de nobili patre natus,in quo nõ attenditur patria po-
4 testas,ut hic aperte probat hæc distinctio.†Sed quid si statutum dicit, omnes de tali domo,an cõtineatur bastardus? Hanc q. tetigi in l. pronũciatio. de uerb.sig. Dicam hic aliquantulum latius, & primo est aduertendum, utrùm hæc
f appellatio de domo, f sit iuris ciuilis,uel naturalis? r. quãtum ad propositum,est iuris ciuilis,quia appellatio naturalis apud omnes est uniformis,ut pater,mater &c.Appellatio uerò ciuilis est difformis,sm diuersitatẽ gentium,& ci-
5 uitatũ,l.omnes.de iust.& iur.Sed hæc appell. de domo assumitur diuersimodè. Nam † q̃ñq̃ domus assumit pro agnatione,l.cùm unus.in prin.de ali.& cib.leg. & §. ad Syl.l. §.in prin.& ibi Iac.de Are.Quandoq̃ assumitur pro omnibus habitantib.in eadem domo.C.ne li.po.l.j. &C. si quacũq̃ præ.po.l.j.in fi.Itẽ hoc uidemus hodie cõsuetudine inductum in quibusdã locis,q̃ dicant de eadẽ domo omnes qui portant eadẽ insignia,seu arma,& qui uolũt diuidere domũ,diuidũt insignia,seu arma,est ergo hæc appellatio ciuilis. Videndũ est secundò an hęc appellatio cadat in bastardum,r.sm diuersos modos intrlligendi potest cadere & nõ cadere. Aut enim accipis eandem domũ, pro eadem agnatiõe,& in eo nõ cadit, ut s. Aut accipitis eandẽ domũ, pro omnibus descendentibus ex eodem sanguine, & tunc in bastardum caderet. d.l. pronunciatio. in fi. Aut accipis eandem domum,pro omnibus habitãtibus & tunc sit,uel non sit bastardus,nõ attenditur,sed solum habitatio. Aut accipis eandem domum,pro omnibus qui portãt eadem insignia,& sm hoc posset cõprehendi,& no. per d.ll. Itẽ aduerte, hæc lex uidetur intelligi de hæreditate nondum acquisita, quæ capitis diminutione perditur, & postquã est acquisita, definit esse hæreditas,& non perijt capitis diminutione.Secus in tutela,quia hæreditas tota quęritur uno momento,sed tutela habet causam succesiuã.Quærò ultrius,& respondeo ut habes gl.

ADDITIO.

a *Tutelas.Bal.l.generaliter.de epis.& cle.*
b *POMA.Dicebam.Alex.cons.ij.aliàs iij.j.uol.Fel.in proœ. Decret.& in c. in præsentia.de prob.Bar.cons.xxvij.uol.j. & cons.xviij.uol.j. Ant.cons. liiij.aliàs lv.*
c *Bastardus.Bar.l.fi.C.de uer.sig.& l.hac parte.& l.ff spurius.ff. unde cog. De istis omnibus plenè per Imo.l.ex facto.§.si quis rogatus. ad Treb. Qui non solùm sunt ignobiles,sed etiam filij eorum legitimè nati, etiam ex matre nobili.*
d *P.PAV.P.Iuris.But.cons.liiij. Alex. de quo scripsi ad Bar.in l.pronunciatio.§.familiæ.ff.de uerb.sig.*
e *Ciuilia.Bar.l.item. de his qui sunt sui.*
f *Domo.Bal.l.libertinus.C.de interd.mat.*

§. INIVRIARVM. Actiones ex delicto, cũ capitis diminutione ambulant.

§. SI LIBERTATE. In eum qui maximam, uel magnam, aliàs mediam capitis diminutionẽ patitur, ex hoc edicto nulla actio restituitur.

1 *Bannitus licet perdat iura suæ ciuitatis,tamen ea non perdit ad sui incommodum,quin obligetur ex his quæ postea fecit.*
2 *Bannitus an capitur pro repræsaliis.*

a §. ITEM CVM CIVITAS.a No. diligenter hunc §. q̃ eo ipso,q̃ quis amittit ciuitatẽ,perdit omnia bona sua,sine aliqua publicatione. Casus autem in quibus perditur ciuitas indistinctè,uide in l.amissione.ff.eo.Olim autẽ bona ueniebãt in fiscũ,hodie ueniũt in personas enumeratas in auth.bona damnatorũ.C.de bo.dam.Ille ergo
b ex post facto b poterit obligari? Gl.hic tenet q̃ sic, uide eã.
1 Videtur ergo,†q̃ licet bannitus perdat iura ciuitatis suæ,
2 cõmodum,quin obligetur ex his quæ posteà facit, † & sic facit ad q.an exbannitus possit capi pro repræsaliis,& de hoc dixi plenè in tract.repræsaliarum. Sed hic quæro,quõ
c conueniuntur c isti, cùm tex.ff.eo.l.ij.dicat q̃ hic non possunt penitus cõueniri? r. debet intelligi,q̃ non possunt cõueniri pro gestis anteà,secus pro his quæ geruntur posteà. Quæro,quid in eo q̃ dedit se in arrogationẽ? l. in arrogatorem.ff.de pec.Sed cur secus in illo magis,cũ in eo qui redigitur in seruitutem? Dic ut in gl.

ADDITIO.

a *Ciuitas.Bal.tamen.l.j.C.de contrahen.emp.in iij.q.quærit,an bannitus possit uendere bona,quæ habet in ciuitate? Adde Ang.cons.xxx.*
b *Facto.Bar.l.damnum.§.damni.de dam.infec. Et de istis exilijs uide aliqua quæ dixi in l.creditor.de so.& ibi Bal.in auth.habita.C.ne fil.pro pa.q̃ bãniti & rebelles non possint agere.Cy.l.j.C.de na.lib. Sed an deportato in insulam,possunt reseruari bona? Bal.l.iij.C.si pen.app.mors inter.Et quòd banniti nostri temporis,non teneantur ad debita,firmat Bal.l.ij.C. ad l.iul. & an eo casu quo banniti,uel relegati possint conueniri, conueniantur in loco unde sunt banniti? Bar.l.adulter.in princ.ff.de adult.Adde an banniti teneantur ad collectas,& an teneantur ad debita? Ro.cons.lxxiij.*
c *Conueniuntur.Aduerte tamen,q̃ isti qui ciuitatem amittunt,& per consequens bona,licet non possint esse in iudicio,possunt tamen se defendere, Bar.l.sed si hac.§.liberos.de in ius uoc.in l.si fideiussor.§.si necessaria.qui satisf.cog.Ro.l.recusare.§.si quis ab alio.ad Treb.Alex.l.si Stichii,aut Paulus.§.j.ff.de uer.ob.& Alex.l.huiusmodi.§.legatum.de leg.j.*

LEX VIII.

1 *Contractus dotis est iuris gentium.*

EAS OBLIGATIONES. Obligatiões quæ cau-
sam naturalem respiciunt, capitis diminutione non
pereunt.Et loquitur ista lex de obligationibus acti-
1 uè cõpetentibus his,qui capite minuuntur.†No.q̃ cõtra-
a ctus dotis a est iuris gentiũ. Quæritergo gl.quare secus in ista actione,cũ in actione ex empto,quæ similis est iuris gẽtium? r. ut in gl.& ff.l.& quandoq̃.&c.

ADDITIO.

a *Dotis.Bar.rub.ff.sol.mat.in fi.*

LEX X.

1 *Fratres minores licet non possint aliquid habere in communi uel particulari,tamen legatum pro alimentis capiunt.*
2 *Legatum annũ,seu in annos singulos habere nõ possunt fratres minores.*

LEGATVM. Summaui cum præcedenti.Per hanc l.
cum similibus allegatis in gl. uidetur q̃ licet fratres
1 † minores a non possint aliquid habere in proprio,
a uel communi,tamen legata eis relicta pro alimentis pos-
b sunt capere, b quia potius in facto,cũ in iure cõsistunt. Sed cum isti pro nulla re temporali in iudicio esse possint,quis petitistud legatum? Dixi in libello minoritarum,& peristam l. fuit defensa regula fratrum mino-
2 rum.*Legatum † tamen in annos singulos, seu legatum annũ habere non possunt,quia aliquid proprietatis non habent.

Minorum.Sed neq; Modest. unquam cogitauit de illa regula,neiq; ad eam.arg.aliquod elici potest.Sed si uelis habere stirpem illius feminis,legito apud Alcoranũ S.Francisci,ubi mirabilia brodia inuenies.

ADDITIO.

a *POMA.Fratres minores.Vide ad hoc Alex.in l.si Stichum. §.j.in fi.ff.de uerb.ob.*
b *Capere.Bar.l.seruos.ff.de ali.& cib.leg. & Bald.auth.ingressi.& in l.j.de his qui ad lib.perue.non pos.Ang.Imo.& Lu.l.Stichum. §. stipulatio.in prin.de uer.ob.Abb.cons.xl.q̃ frater minor sit capax annui redditus,pro expensis studij.*

LEX

LEX XI.

CAPITIS. Iurisconsultus ponit hic tria genera capitis diminut.quæ no.

Ex quibus causis maiores xxv.annis in integrum restituantur. Tit. VI.

LEX I.

a IVIVS EDICTI.a Primò commendat edictum, & ponit eius summarium. Secundò ponit uerba edicti ad literam. Secunda ibi,uerba.

ADDITIO.

a *Edicti.No.de clausula generali,si qua tamẽ iusta causa.& Bar.l.seruo inuito.§.cùm prætor.ad Trebel.& l.diuus.de re iud. & in l.si is ad quem.ff.de acq.hær.& in l.j.C.de sent.aduer.fisc.li.x.cum concor. tenet q̃ non conceditur restitutio propter lesionem ex negligentia,uel supina ignorantia. Sed Cy.& Bal.in l.j.C.de cond.indeb.tenent cont. dũmodò sit illata extorsio per l.illicitas.in prin.de off.præsid.Bal.l.j.ad fi.C.de req.reis.*

a §. VERBA AVTEM.a Istud edictum diuidit in quatuor partes,Primò prouidet absentibus,uel iusta causa impeditis,secundò prouidet contra eos, tertiò prouidet cõtra negligentiã magistratuum,quartò ponit clausulam generalem concedendæ restitutionis. Secunda ibi, item si quis. Tertia ibi, cum de magistratus. Quarta ibi, item si qua.

ADDITIO.

a *POMA.Autem.Alex.l.cùm quidam.ff.de acq.hær.*

LEX II.

HOC EDICTVM. Iurisconsultus tractat hic de ultima parte edicti.

LEX III.

1 *Minæ illatæ à persona uerisimiliter timendæ,inducunt iustum metum.*
2 *Citatus ad locum suspectum ei,non cogitur ire.*

1 METVS. Quærit gl.† an minæ faciant iustum metum? Gl.tenet hic,q̃ sic,per l.interpositus.C.de trãs. Et intellige quando minæ sunt illatæ à persona uerisimiliter timenda, ut à quodam tyranno, l.Fulcinius.§.j. quibus ex causis in pos.ea.uel ab alio homine pestilentioso.l.j.C.si quis Imp.ma.Ita debet intelligi,C.quod met.cau.
2 l.metum.†Vlt.a gl.allegat istum tex. q̃ citatus ad locum ei
a suspectum,non eogitur ire.ff.ad Treb.l.de ætate.& exẽ. de rescrip.c.statutũ.lib.vj.Ad hoc ff.de lega.l.sciendum.

ADDITIO.

a *Barb.Vlt.Bar.l.de ætate.Bal.l.ex quacunq̃.ff.si quis in ius uoc.non ierit.*

LEX XV.

a AB HOSTIBVS.a No.q̃ bonis absentis cõstituitur procurator.l.j.ff.de priui.cre. No.gl.quæ incipit, si,id est,quanuis &c.

ADDITIO.

a *Hostibus.Dixi in l.muto.§.fi.ff.de tut.& Bar.l.ignorare.in fi.C.de test.mi. Imo.l.qui bona.§.si alienas.ff.de d.am.infec.Bar.l.j.in prin.ff.de bo. aut.iu. pos.Ang.cons.cxiiij.Imo.l.si quis instituatur hæres,in diem.in ult.col.post Bal.& Ang.ff.de hær.inst.& ibi Cast.*

§. NON AVTEM MINVS. Gl. ponit hic bonam materiam,utrùm ille qui est natus apud hostes, sit spurius,uel habet ius postliminij,Dic ut in ea.

1 *Dictio,posteà,denotat modicum tempus.*
3 *Statutum de absentibus, uel aliter impeditis, intelligitur ex adiectione,posteáue.*
Abesse etiam dicitur quis in illo modico tempore, quo se præparat abesse.& nu.4.
Et sic potest petere restitutionem.
4 *Negligens quis non dicitur in illo modico tẽpore dato ad se præparãdum, ad petendam restitutionem in integrum.*
5 *Restitutio ad quid impetretur.*
Restitutio est in pristinum statum repositio.
6 *Vsucapio si est cõpleta in præsentia per modicum tempus, & sic domino negligente,an ei dabitur restitutio,ut tempus absentiæ subducatur.*
7 *Indefinita nõ æquipollet uniuersali,quãdo resultat prauus intellectus.*
8 *Negligens hodie quando præsumatur retro fuisse negligens.*
9 *Iudicium rescindens,est officium iudicis.*
10 *Libellus an requiratur in officio iudicis rescindente,& litis contestatio.*
11 *Officium iudicis rescindens quando incipiat competere.*
12 *Restitutio in integrum, intra quantum tempus petatur, & terminari debeat.*
13 *Officium iudicis rescindens,ad quid detur.*
14 *Libellus in officio rescindente,quomodò formetur.*

a §. SED QVOD SIMPLICITER.a Breuiter hoc intendit,secundũ lect.quam intendo tenere,Quod disponitur de tempore absentiæ, intelligitur de modico tempore,quod excurrit posteà,si in eo quis non fuit negligens,quod arbitrio iudicis determinabitur.h.d.cum l.seq. & diuiditur in quatuor partes. Primò ponit dictum, secundò illud declarat, tertiò illud probat per rationem, quartò illud deducit in practicã.secunda ibi,ut simi. secundum lect.quam teneo.Sed secũdum lect. glos.secũda incipit ibi, non quãdocunq̃. Tertia ibi,in l.non enim. Quarta ibi, totum q̃.In tex.ibi,accipiẽdum est,id est, accipiẽdum est cum ista adiectione,posteáue,sm Pet.sed sm gl. illa uerba erant in edicto, quod non habemus. Iste §.legitur in prima parte,tribus modis.Duobus modis sm gl.Tertio modo secundum Pet.& melius,& no.in secunda parte legitur duobus modis in glos.In tertia & quarta parte non est uariatio,aliqua legemus ergo per partes,posteà examinabimus materiam.Opp.ad principiũ,quia ista uerba,posteáue,nõ reperiuntur in edicto.Sol. dicit gl. fateor,sed erant in quodam edicto,quod non habemus,& erant quædam uerba,ut ponuntur in glos.super uer. prætor edixit.quam uide,& illud quod gl.dicit,quod si fuit absens per xx.annos, nõ tamen restituit totum illud tẽpus,intellige quãdo quis fuit læsus usucapione triẽnij.Licet enim per xx.annos fuisset absens, tamen solùm triennio eum læsit,& sic solùm istud tempus restituitur,Secus si fuisset læsus in præscriptione xx.ann.
quia totum illud tempus restituet eadem ratione, secun-
1 dum hãc lect.no.uide gl.quæ no.est.† q̃ hæc dictio, posteà, denotat modicum tempus, & sic inducitur quæstio de teste,qui dixit aliquẽ posse dissse tanto tempore& plus. Quã q.hic examinat Gul. Ego examinaui in l.cùm furti.ff.de inlit.iur.Cy.ponit in l.si quis in suo.C.de inoff.test. tetigi.in l.
2 & si post tres.si quis cau.† Secũdò not.gl.hic,q̃ ubi lex non distinguit,nos tamẽ distinguemus, quod dic ut in l.de precio.de publica. Secundo modo legitur in gl.ut ista uerba, posteáue,essent posita in edicto posito in l.j.s. eo.Et ad illa uerba continuabantur,quod totum diuinare est,Dicas ergo sm Pet. quòd ista uerba posteáue, non sunt uerba edicti,sed Iurisconsulti dicentis,q̃ edictum,s.simpliciter positum,de absentibus,uel alio modo impeditis,debet intelligi cum hac adiectiõe, posteáue,quę adiecto ad modicum
3 tempus refert,& hæc lect.magis placet. Ex quo no.† quòd ubicunq̃ statuitur aliquid de absentibus, uel aliter impeditis,intelligitur cum adiectione,posteáue,quod est ualde no.Et eadem ratione putarem esse dicẽdum, q̃ leges quæ dicunt absentẽ intelligi ab eo die, quo incipit abesse.l.abesse.cùm l.seq.ff.eo.debẽt intelligi anteà,uel intra illud modicum tempus,quo se præparat ad eundũ,per istum tex.& ar.l.si pecuniam.in prin.ff.de cond.ob cau.Et hoc etiam debet dici,q̃ illud quod dicitur in l.diuus.s.de in integ.restit. q̃ ille qui est læsus in uno die,intra unum diem debeat petere restitutionẽ,intelligi potest illud modicũ tempus, qd sibi datur ad præparandum se,ante enim dicitur nõ negligẽs,casus est hic.Sum expeditus de prima parte, uenio ad
4 secundam particulam.Ex quo no.† q̃ modicũ tempus,b in
b quo quis debet se præparare, habetur pro absentia, ut sic possit petere restitutionem,& in hoc omnes concordant.
5 † Sed ad quid fit petitur ista restitutio? In hoc sunt lect. diuersæ, quia Bu. & Io. dicebant restitutionem competere,ut

re,ut subducatur de medio tẽpus usucapionis,ex quo cœpit abesse,siue sit primũ,siue secũdum, sit e ultimum. Mar. Pla.& alij dicebant restitutionẽ geri ad rem ipsam. & sic gl. subaudit ibi super uerb.restitutionis. Pro Mart.& sequentibus facit ff.eo.l.Iulian.§.eum quoq;.& ff.de cond.ob cau.& l.si mulier. & l.licet.ff. de iur. co.Pro eis uidet casus ff.eo. l.ait prætor.§.item ei. In cont. uidetur casus pro Bul. & Iac. ss. de procur.l.qui proptio.§.item quæritur.ubi uidet q debeãt esse duo iudicia.Primũ rescindẽs,quo tollitur obstaculum usucapionis.Secundum rescissorium,s.quo repetitur res.ff. eo.l.si quis stipulatus,ubi restituitur actio,non res.Veritas est ista,restitutio est in pristinum statum repositio.l.quod si minor.§.restitutio.ss.tit.ij.Aut ergo per absentiã quis fuit. læsus in perdenda possessione & dominio,& tunc per restitutionem cõsequitur utrũq;,& erit unũ iudicium, ut ff.eo.l. ait prætor.§.item ei.Aut per absentiã non fuit læsus in possessione, quia ante eam perdiderat,sed fuit læsus in perditione dominij per usucapionẽ, & tũc restitutio reponet eũ in pristinum statum,ut habeat rei uendicationẽ, sicut primò,Non autem restitueret res,quia eam non habebat.l.si quis stipulatus.ff.eo.Nunc ad propositum. in tex. ponitur q ante absentiam quis perdiderat possessionẽ, sed usucapio fuit cõpleta in absentia,uel intra modicũ tempus,meritò non restitueretur ad rem,sed ut subducatur obstaculũ usucapionis de medio.Et sic est uera opi.Io. & Bul. per istũ tex. hic in l.nostra.Ex prædictis habes modũ formandi libellum,quod infrà clarius dicam.Venio ad tertiam partẽ, hic dicitur q ille qui differt & est negligens,nõ debet audiri,quæro quõ hoc intelligiturꝰ Ponetꝰ usucapionẽ completam esse in præsentia per modicũ tempus,& sic domino negligente,an ei dabitur restitutio,ut tẽpus absentiæ subducaturꝰ In hoc sunt opin.inter gl. nostros prædictos. Dicebãtᶜ Mar. Pla.& Aldric. nullo modo restituendũ, & hoc probãt ex isto tex. qui dicit simpliciter eũ qui differt restitutionẽ, non esse audiendum.Io.& Bul.dicebant eum esse restituendum,ut subducaꝰ tempus absentiæ de medio,& tantũ minus quantũ fuit illud quod cucurrit in negligẽtia & sic intelligunt hic, dum dicitur eũ,qui differt restitutionem,non restituendũ,s.ad totum tempus.Gl.nostræ tenent opin. Io. & Bul.hic,& in l.q tẽpore. C.de rest. mil.& Inst. de act.§.rursus.& Dy.ibi.idem tenet Pe.in d.l.quod tẽpore. tenet opin. aliorũ,& Cy.sequitur eum,& Gul.hic,& etiam.Iac.But.tenebat gl. nostras. Videamus ergo rationes pro utraq; parte. Et ad examinandũ istam quæstionẽ primò ponam rationes quæ faciũt pro Mar.& ad eas etiam singulariter respõdeo.Secundò ponam rationes Ioannis,& ad eas etiam singulariter respõdeo.Tertiò ponam ratiões & solutiones doctorum,& eas damnabo.Quartò & ultimò dicam,& ponã quid mihi uidebitur.Et primò iste §.facit pro opi. Mar.qui dicit non restituendũ simpliciter.Et gl.respondet non restituendum,scilicet,ad totum tempus,sed ad tantũm minus, quantùm in præsentia fluxit.Cont.quia tex. dicit simpliciter,non audiendũ,quod † equipollet uniuersali.l.si pluribus.ff.de leg.ij.Sol.hoc uerũ, nisi resultaret prauus intellectus,quod esset,ut patebit ex rationibus contrarij.Secũdò negligentia circa unum,nocet circa aliud,ut in quærela,in qua adhibita negligentia,priuat hæreditatem.Idem in negligentia adhibita circa petendam bo.poss.l. scimus.in fi. C.de inoff.test.Sol.Ibi loquitur in uolẽtibus acquirere,secus autem in perdentibus.l.item si res.in prin. & quod ibi no.de alie.iud.Tertiò uidetur casus ss.prox.§.si damni. ubi negligentia adhibita in secũdo decreto dato in præsentia, priuat restitutionem, quæ cõpetebat contra primũ decretum datum in absentia.ibi fuerunt duo,scilicet,negligẽtia partis, & factũ iudicis,quod factum iudicis, partis esse uidetur.l.j.C.si in cau.iud.pig.& C.de euic.l.si ob causam.& ff.de euic.l. si plus.§.j. Hic uerò fuit unum tantũ, scilicet,negligentia partis.Quartò tẽpus computatur à die reuersionis.C.de temp.in integ.restit.l.fin.Sed cõputando tempus isto modo nõ posset petere restitutionem in integrum, ergo &c.Sol.gl.q ibi dicit,& à die reuersionis, subaudi, & læsionis cõpletæ fm gl.ibi positam,& etiam hic tẽpus restitutionis adhuc restat.Quintò postquã fuit præsens potuit agere per se,& sic erat tutus iure cõmuni,& sic non datur ei restitutio.l.in causæ.ss.de minor. rr.illud uerum, nisi in perdendo illo iure fuerit læsus,l.j.& l.ff. in prin. ss.de dolo. Læsus autẽ fuit propter tẽpus primæ absentiæ, quæ si nõ fuisset,non esset cõpleta usucapio.Sextò ille nõ debet restitui, qui eodẽ modo fuisset damnificatus, si præsens fuisset negligẽs.l.pe.ff.eo.sed iste est huiusmodi, quia præsumitur q olim fuerit negligens,cũ hodie sit negligẽs.l.si hi qui. C.de adult.& arg. l.cùm quis. C.de nat.lib. & l.moueor. C.ff ser. expor.ult.& l.j.§.si magistratus.ff.de magistra.conue. Et ista fuit ratio Gul.Sed respondeo quod in l.si his qui.& l.cùm
8 quis.sunt casus speciales.Ad illud uerò† generale, q retro præsumitur tale fuisse,respondeo q non producit, quãdo præsens status habet retro per aliquod tẽpus contrarium necessariam cõsequentiam,seu uoluntatem.Exemplum,licet res hodie sit serua,non tamen præsumit retro fuisse serua,quia retro, est dare de necessitate aliquod tẽpus,q retro fuit libera.l.sicuti.§.sed si quæratur.ff ser.uen.gl. & doct. l.si prius.ff.de no.oper.nunc.Idẽ in seruo, licet sit fugitiuus, hodie non præsumit q retro fuerit fugitiuus.l.iiij.ff.de probat.quia de necessitate est dare aliquod tempus retro, saltem infantiæ,in quo nõ fuit fugitiuus.Ita dicebat Oldra.l. §.si magistratus.ff.de mag.conue.Ita in proposito,licet fuerit hodie in negligentia, nõ præsumitur retro fuisse negligens,quia est dare aliquod tempus,in quo nulla negligẽtia possit imputari, saltem tẽpus infantiæ. Septimò quia qui est negligens in maiori,præsumit in minori.l.j.C.ne fideiuss.do.den.Qui enim uult dare uiginti, uult dare decẽ. l.j.§.si stipulanti.in fi.de uerb.ob. Sed istæ fuit negligens in ultimo tempore,quod est plus, ergo &c.rr.quod prædicta sunt uera circa idem tempus,sed hic est diuersitas tẽporis, quæ tollit cont.Octauò finis firmior debet inspici, ut ex eo colligatur utrum restitutio debeat dari,uel denegari.l.iij.§. Scio.ss.de minor.rr.ex his quæ ibi dixi, apparet sol. Nonò restitutio debet concedi,ita quòd per hoc non præiudicetur alicui actui,aduersus quem non debet dari restitutio.l. iij.§.sed utrùm.ss.de minor.Sed si daretur restitutio, ut subducatur tempus quod curreret in absentia, destrueret prescriptio, quæ est completa in præsentia,ergo fieri nõ debet. Sol.Illud quod dicitur in §.sed utrùm.loquitur in his quæ separabilia sunt,secus si sunt connexa,& inseparabilia.C.si in comm.eademq; causa.l.j.sed hic est huiusmodi,ergo &c. Prætereà non præiudicatur illi tempori,q cucurrit in præsentia,quia tanto minus de tempore restituitur. Venio ad secundũ,scilicet,pro Bul.& Io.& pro eis uidetur casus C.de restit.mil.l.quo tempore.in eo quod dicit,medij tẽporis.rr. fm Mar.aliter,ibi ponitur casus,ut ibi no.& sic nõ facit pro eis.Secũdò uidetur casus in l.cùm miles. in princ.ff. eo. qui uidetur hoc expressè dicere,& est fortè arg. ad hoc. Sed respondent illi qui tenent opinionẽ Mar.q ibi non posit imputari negligentia domino,quia erat absens hæres,uel nõ apprehenderat possessionẽ,uel dominus ignorabat. Tertiò probatur per l.nec non.§.si quis sæpius.ff.eod.ubi uidetur casus.Sed respõdeo q ille §.est dubius,& aliter intelligi potest,ut ibi no. Quartò,quia pœna non debet egredi delictum.l.rescriptum.ff.de his quib.ut indig.Sed si fuit negligens in parte temporis,ergo non debet in toto puniri.Sed potest responderi, q in toto uidetur negligens, quia illud tempus quod præcesserat,nullam læsionẽ fecerat,& sic perinde esset,ac si amisisset actionem,quæ ab initio tanti temporis fuisset.Venio ad tertiũ, & pono determinationẽ doctorum.Dy.dicit opi.Io.& Bul.esse ueram,ꝰ per l.ff.in fi.C. de tempor.in integ.restit.ubi dicit quòd est casus.Sed Pet.respon. quòd illa debet intelligi, quando præscriptio completa est in absentia, quod est diuinare. Tu respondeas aliter, quòd ibi loquitur in tempore petendæ restitutionis, quod est utile quò ad hoc,ut in absentia non currat,ut ibi patet.Vnde in absentia ipso iure non currit, nec ibi loquitur de restitutione, sed si curreret,& finis præscriptionis caderet in tempus præsentiæ, tunc non restitueretur tenendo opinionem Martia.quia cessat æquitas,ut hac l.dicitur.

Alij

Alij,ut Gul. de Cug.tenent idem, scilicet, opin. Bulg. & Io. per auth.q ff.C.de præsc.long.tẽp.& in corpore unde sumitur.ubi licet præscriptio compleatur in præsentia, non tamen perdit priuilegiũ,quod habebat propter absentiam, scilicet,quod tẽpus duplicetur,& sic uidetur casus. Sed rñdeo q ibi ipso iure nõ currit,& ideò nõ quæritur de restitutione.Si enim cucurrisset,nõ daretur restitutio, quia cessat æquitas,fm Mart.Alij,ut Iac.But. tenent idem,scilicet,opi. Io.& Bul.ff.q omne tẽpus absentiæ subducatur.l. nec nõ.§. si quis sæpius.ff.eo.& probat per rationẽ, nam solum tempus præsentię nõ potuisset perficere usucapionẽ, sed cum alio,scilicet,immisto tẽpore absentiæ,sicut in legatis. Nam prima legata sine ultimis,non excedunt Falc.& propter ultima,omnia defalcãtur,ut ff.ad leg.Falc.l. pœnales.§. annua.& l.in quantitate.§.sed & si legata.& quod ibi no. & C. de inoff.do.l.j.Sed potest rñderi,quia hoc non uidetur generaliter uerum,nam eo ipso q cucurrit aliqua pars tẽporis,illa operatur effectũ suum, quia actio est effecta minoris uitæ,ut statim dicam.Alij ut Pet.& Cy.sequẽdo eum tenent opi.Mart.per hãc l.in fi.& probãt per rationẽ quã modò tetigi.Tẽpus uerò quod currit in absentia,facit actionẽ minoris uitæ,& in hoc læsus est absens,sed aduersus istam lesionẽ non potest restitui.l.pater qui castrẽse.ff.de castr.pec. & l.qui bis.ff.de uer.ob.Si ergo cõpleta est usucapio in præsentia,perinde est ac si ab initio habuisset actionẽ tantę uitæ,quantæ in presentia perdidisset.Nõ ergo debet restitui, quasi tota prescriptio in pũtia cucurrisset,Sed certè licet istud dictũ Pet.si uerũ in aliquo casu, tamẽ non est uerũ generaliter,ut statim dicam,ponẽdo sol.quã teneo.Odof.uoluit concordare istas opin.dicẽs,Aut reuersus ignorat rem suã usucapi, & habet locũ opi.Bul.& Io. aut sciuit,& habet locum opi.Mar.& sequacium.Hoc tenent Iac.de Are.& Cy.
d Sed hoc mihi nõ placet,ꝰ quia si tota præscriptio cucurrisset in præsentia,propter iustam ignorantiã restitueretur, l. cùm filius.§.in hac.ff.de uer.ob. & Dy.l.ad diem. eo.tit.& in
e in c.si quis in ius.exẽ.de reg.iu.lib.vj.Venio ad quartum,s.ᵉ quam teneo,Pro cuius euidentia debetis scire,q quædam sunt præscriptiones,in quibus quælibet pars tẽporis operatur effectũ suum,ut præscriptio quæ currit cõtra actionẽ personalem, per quã principaliter reo nihil quæritur, sed actor perdit actionẽ suam per suam negligentiã.l.sicut. & l. cum notissimi.C.de præsc.xxx.an.& in his procedit determinatio Pet.quam ss.tetigi,quia ad illud tẽpus q in absentia cucurrit,restitui nõ potest,& illud q cucurrit in præsentia,nõ restituitur,quasi actionẽ tantæ uitę perdiderit,ut dictum est.Pro quo uidetur casus ss.de min.l.fi.& in his procederet opi. Mar. & sequacium. Quædam sunt præscriptiones quę non operantur effectũ suũ in qualibet parte tẽporis, imò nullo modo operantur,nisi toto tẽpore cõpleto, ut in præscriptiõe dominij alterius,nõ enim quęritur mihi præscribẽdi aliquid de dominio,nisi toto tẽpore decurso.l. usucapio.ff. de usuc. & C.de præsc.long.temp.l. super longi. Nec exceptio quęritur cõtra dominũ, nisi toto tẽpore decurso.l.si quis emptionis.C.de præsc.xxx.an.Et ex his apparet,q in omni die usucapiõis fuit lęsus.Debet ergo subduci tempus absentię.Et hoc probat tex.optimè,d.l.cũ miles. ff.eo.& l.q tẽpore.C.de rest.mil.nõ cauillando literam.& l. nec non.§.si quis sępius.ff.eo.Nunc ad propositum,in §.nostro est uerior lect.Io.& Bul.quia loquitur in præscriptione rerum, quod apparet cùm dicit,si inchoata sit bonę fidei possessionis detentio. Quod intelligo uerum, nisi tantum tempus cucurrisset in præsentia,q absorbuisset tempus petendę restitutionis,ut statim dicam,cùm quęram quando istud ius incipiat competere.

HIS expeditis quę pertinent ad lect.§. uenio ad materiam quę hic tractat in gl.Et debetis scire,quòd est duplex ius,scilicet,officium rescindẽs,& istud est in integ. rest.quæ postulatur.Est & aliud quod dicitur, iudicium rescissoriũ, & istud uocatur actio rescissoria,quę intentatur post habitam restitutionẽ in integ.de qua in l.nec non.§. exemplo.ff. eo.l.fi.C.eo.& l.ab hostib.de ca.& postl. reuer.& Inst. de act. §.rursus.De primo uidemus,scilicet,de officio rescindendi. Circa quod quęro primò, quid sit,secundò quando com-
9 petat,tertiò ad quid,quartò intra quę tempora. † Ad pri-
f mum f dicunt quidam, q istud iudiciũ rescindẽs, est actio rescissoria,& hoc tangitur paulò ante fi.gl.super uer.restitutionis.ibi,sed quidam dicunt maioribus iure actionis subueniri,asserentes rescissoriam statim eis reuersis dari, &c.& fundant se per legem fi.C.eo.ubi innuitur,q statim istæ rescissorię prescribatur,ergo est nata.Sed dic,q ibi prescribitur,hoc est, eius natiuitas impeditur, sed currit tẽpus officio rescindendi,hoc est,beneficio petẽdi restitutionẽ in integrũ.Dicit ergo gl.hic q hoc est officium iudicis, quod impetratur à prętore uiuo,qui dat restitutionẽ autoritate edicti prętoris mortui ad instar minoris.ss. de min.l. quod si minor.in fi.qua restitutione habita, intentabitur rescissoria.Istud est uerum,q est officiũ, fm omnes doc. ut probatur per l.si quis stipulatus.ff.eo. Et ego probo per rationẽ, nam quandoq; uerba edicti referuntur ad iudicem, tũc ex illo edicto inducitur officiũ iudicis,& ad ipsum iudicis officium recurritur,ut patet in edicto de minoribus;ubi dicitur,uti qua ea res erit, animaduertã. Ex quo oritur officiũ iudicis.d.l.quod si minor.ss.de min.in fi.l.si soror.C.de coll. l.j.in prin.ff.de coll.bo.Dixi plenè in l.j.ff. de cond. ex lege.& l.iij.de ali.leg.uer.quęro quo iure.ubi uidetur casus. Sed i-
10 stud edictum est huiusmodi, dicit enim, si qua mihi iusta causa uidebitur,&c.† Sed quęro quale sit istud officiũ iudi-
g cis,utrum requiratur s libellus,lit.cõtest.& similiaꝰ Inn.exẽ. de in integ.restit.c.tum ex literis.uidetur dicere q aut istud officiũ,s.restitutio imploratur,circa illud quod factũ est exẽ. iudiciũ,& tũc requiritur libellus,lit. cõtest. & sim. c.fi.exẽ.de off.iud.Et hoc est quod dicitꝰ,restitutio debet dari causa cognita.l.in causæ.§.causa cognita.ss.de min. Aut petitur aduersus sententiã,& tũc potest expediri summariè, ut in officio iudicis. Primũ placet, sed in hoc ultimo ego dicerẽ sic, Aut restitutio petitur aduersus aliquod factum in iudicio, prętereaquã aduersus diffinitiuã sententiã,& tunc sine libello & lit.contest.fiat summariè.d.c.fi.Sic intelligo l. diuus.ss. de in integ.rest.& quod no.in l.fi.C.ubi & apud quẽ. Si uerò petitur aduersus diffinitiuã sententiã,tunc puto q debeat dari libellus,& lis cõtestari. Quod apparet,qa in integrum restitutio & appellatio equiparantur. l.prędes. ss.de min.sed in causa appellationis,quę agitatur utraq; parte pręsente, debet lis cõtestari.l.j.C.ne lice.in una eadẽq; cau. tertiò prouo.ergo & in ista restitutione. Prętereà hoc probatur in l.minor autẽ magistratus.§.j.ss. de min. ubi apparet,q quãdo petiꝰ restitutio aduersus senten
tiam,debẽt causę inseri,*& non obscurè,& in * *Inseri, Bar.est sibi cõtrarius, ss. de minor.l. xvij. §.j.*
coloratè peti, ergo apparet q debet fieri solenniter.Prętereà cum restitutio in integrum posit peti coram alio iudice superiori, quis dicet hoc fieri per officium mercenariũ actio
ni deseruiens,cũ de prima causa cognouerit? Certè nõ uideo,quia illud quod dixi de lite cõte. intellige qñ hęc causa agitatur qualibet parte pręsente. Si uerò agitatur parte absente,tũc posset peruenirι ad diffinitiuam, etiam lite nõ conteſt.quod tangitur hic in gl.ibi, & quia tantùm in primum statum restituitur,uidetur q etiam absente parte altera posit dari,&c.Quod intellige,ut plenè no.per doc.C. si ut se ab hęr.absț.auth.si omnes.in ult.q.

11 VENIO ad secundum,scilicet,quãdo incipiat† competere istud officium iudicis? Gl. hic,& in l.fin.C.de tẽp.in integ.rest.respõ.q à tempore reuersionis,subaudi & lęsionis completę. Et ex hoc sequitur una talis cõsequentia, Pone quòd incepta est pręscriptio xxx.an.me absente per annũ, posteà reuertor,& sum pręsens xxix.annis.Certè finita pręscriptione potero petere restitutionẽ ad illum annum, qui occurrit in absentia.Ita tenet hic gl.circa fi.& ibi,item si fuit absens primo anno,&c.uide gl.Item ex hoc uidetur, quòd si contra minorem xxv.annis ult. anno inciperet currere pręscriptio xxx.an.quòd finitis xxx.annis posset petere restitutionem,in integ.& sic cum esset lv.an.uel lxv.si poneremus in pręscriptione xl.an.l.fin.C.de temp.in integ.restit. peten.& l.fin.C.de præscrip. xxx.uel xl.an.Iac.de Are.& Pet.

l.fi.

l.fi.C.de tẽp.in integ.rest.in v.q.Nec mirũ,cum,enim ipsi teneant opi.Mar.s.q̃ qñ præscriptio cõpletur,& currit in præsentia nõ restituitur aliquo modo,ut s.dixi,meritò ista qõ nõ procedit,sed procedit ista quæstio tenẽdo op.Io.& Bul. Iac.But.Inst.de act.§.rursus tenet gl.simpliciter,& plus non examinat,Gul.de Cug.qui tenet opi.Bulg.& Io. ut uidistis dicit,q̃ aut tempus q̃ cucurrit in præsentia,est minus quadriennio,& põt dari restitutio.Aut est plus quadriẽnio,& tunc secus,ne sit melioris cõditionis ille qui plus est negligens,quàm ille qui minus est negligẽs:Ille enim cõtra quẽ tota præscriptio cucurrit in absentia,habet quadrienniũ, & nõ plus,ille uerò cõtra quem modica currit in absentia uel præsentia,posset habere xxix.annos,quod esset inconueniens,sm istam opi.Tẽpus quod currit in præsentia,operatur duos effectus,s.q̃ cõplet præscriptionẽ,& q̃ absorbet tẽpus petẽdæ restitutionis in integ.Hoc uidetur contra casum l.necnon.§.si quis sæpius.ĩ.eo.ubi dicit q̃ si quis sæpius causa rei pub.abfuit,ex nouissimo reditu tẽpus restitutionis esse cõputandum.Prout enim ibi loquitur in tẽpore petendæ restitutionis,ut ibi dixi,sm Iac.de Are.non debent cõputari ex nouissimo reditu,imò tẽpus primi reditus minueret de tẽpore petẽdæ restitutiõis in integ.sm præ dictam opin.& sic opinio Gul.uidetur cõtra casum d.§. Mihi uidetur sic dicendũ,quãdoq̃ præscriptio habet duo tẽpora,quia cœpit in præsentia,& finitur in absentia,& tunc fateor q̃ currit tempus à die reuersionis,seu restitutionis.l. fi.C.de tẽp.rest.in integ.sm omnes. Qñq̃ incipit in absente,& finita est in præsentia,& tunc sm Mar.& seq.ista qõ nõ habet dubium,quia nõ datur restitutio,sm nos, qui tenemus restitutionẽ dari,aliquo casu procedit dubiũ.Quo casu dic,aut erat in potestate mei,qui sum reuersus,ne finiret læsio incepta,quia poterã agere,litem contestari,& similia, tunc puto uerã opi.Gul.s.q̃ si currit in præsentia tantũ tempus quantum est quadriennĩũ,hodie nõ restituatur.Si cucurrit minus in eo tẽpore q̃ restat,potest petere restitutionem.Hoc patet per rationẽ suam,hoc etiam probo qñ negligẽtia adhibita in uno,tollit id q̃ est causa alterius beneficij,tũc negligẽtia nocet in illo beneficio.l.fi.C. de his qui â nõ do.ma.& l.item si res. in prin.ĩ. de ali.iud. mu.cau.fac. Sed hic,causa restitutionis cõcedendæ cõtra cõcedentem scriptionem quæ cucurrit in absentia,est æquitas,quia ille non potuit se iuuare.Causa quare nõ datur restitutio contra præscriptionẽ quæ cucurrit in præsentia, est quia uidet cõsentire & alienare.l.alienationis.ĩ.de uer.sig.Et ideò per istam patientiã præiudicat etiam in tẽpore petẽdæ restitutionis.s.prox.§.si dãni.Præterea uideo in filio instituto sub cõditionis potestatiua,si negligit implere cõditionem,& si repetit se læsum & præteritũ,nõ potest cõqueri,quia in potestate sua erat ne læderetur.l. suus quoq̃.§.ĩ,& tĩ.ĩ. de hær. inst.Ita cũ hic in potestate sua erat,ne lædere t,læsus nõ debet audiri.Pro hoc facit,quia sequerent̃ incõuenientia illa, quia peioris cõditionis esset minus negligẽs, q̃ plus,& q̃ plus de tpe habet ille qui plus negligeret, q̃ ille q̃ minus, quæ absurditas debet euitari.l.scire oportet. §. aliud. s.de exc.tut.Si uerò nõ erat in sua potestate impedire ne lædere
h tur,htũc procederet gl.& tẽpus inciperet currere à die læsionis cõplete,licet per mille annos differret.l.ĩ.§. annus.ĩ. qñ. actio de pecul.est ann.& l.bouẽ.§.pe.de edil.edic.Exemplũ, pone q̃ testator me substituit filio suo post mortẽ suã sub cõditione,si intra annũ,à die mortis testatoris darẽ decẽ Titio,modò intra annũ, quia erã absens cã reip. nõ dedi,adhuc nõ sum læsus,quia nõ extitit cõditio substitutiõis.Certũ est, q̃ cõditione pẽdẽte debeo restitui.ĩ.l.Iul.§.eũ quoq̃. etiam si multũ differatur conditionis reuentus ultra quadriennĩũ.d.§.annus.& d.l.bouem.§.pen.Prædicta uera,nisi læsio cõtingeret ex sniа iudicis,tũc enim receptum est propter utilitatẽ,ut à die latæ sentẽtiæ currat tẽpus,nõ expecta to cõditionis euentu.ĩ.qñ app.fit.l.ĩ.§.biduũ.Qñq̃ præscriptio habet plura tpa,qui fuerũt plures absentiæ, una præsentia,& tũc tẽpus cõputatur ex die ultimi reditus. d.l.nec non.l.si quis sępius.ĩ.eo.Tẽpus enim alterius presentię nõ absorbet tempus petẽdæ restitutionis.Ratio quia non potest dici uerè negligẽs,licet aliquo tẽpore steterit q̃ nõ fuerit conquestus,fortè cogitabat,uel præparabat se ad litigãdum,sed propter nouam absentiam fuit impeditus. Vnde tempus primæ absentiæ non attenditur propter nouũ casum absentiæ.l.& in tantùm.ĩ.de impẽd.in reb.do. fa. Et ista potest esse ratio d.§.si quis sæpius.

12 †VENIO ad tertiũ,& quæro intra quæ tpa? Et dicolim intra annũ utilem,hodie intra quadriennĩũ continuũ. l.fi.C. de temp.in integ.rest. quod est uerum,sm gl.nostros, qñ restitutio petitur aduersus contractũ, uel aduersus læsionem cõtingentem ex tẽpore maiori quadriennio.Sed si peteretur aduersus læsionẽ minoris tẽporis,tunc illud,s.restitutio,deberet peti intra tantũ tẽporis, quãtum est illud. Terminari autem debet intra quadriennĩũ.gl.hic,& examinat latius ĩ.eo.l.sed & si per prætorẽ.§.quoties.& s. de min. l.interdum.& s.de in integ.rest.l.diuus.& l.fi.Alij dicunt, q̃ semper intra quadriennium. Et ista est opin.Iac.But. Pet.& Cy.quam referunt multùm latè.C.de temp.in integ.restit.l. fi.in vj.q.Io.And.dicit q̃ de ipsa opin.est casus exẽ. de in integ.restit.c.ĩ.in clemẽ.ubi potest peti intra quadriennium, etiam aduersus læsionem minoris tẽporis. Ego teneo opi. gl.nostræ,per rationes & leges allegatas per eam in l.sed & si prętorẽ.§.quoties.ĩ.eo.quæ rationes urgent. Ad dictum c.j.respõdeo,q̃ est casus ibi pro ista opin.Debes enim scire, q̃ minori nõ currit tẽpus petendæ restitutionis in integrũ. l.fi.C.de temp.in integ.restit. pe.sed ecclesia semper est minor,Ergò uidebatur q̃ nunquã curreret sibi quadriennĩũ, propter q̃ statutum fuit,q̃ ecclesię curreret quadriennium à die læsionis.c.j. de in integ.restit.in vj.& sic in tẽpore quadriennij tractat ut maior.Ideò insurgebat dubiũ, ut quando minus tempus datur ad petendũ restitutionem,ut puta,aduersus læsionẽ minoris temporis,an ecclesia similiter debeat habere minus tempus,sicut maior.Et respondetur ut in c.j.exẽ.de in integ.rest.lib.vj.non q̃ ecclesia semper habet quadriennium cõtinuum,siue aduersus tempus maius,siue minus.q.d.licet in alio maiore sic distinguatur,uo lumus illam distinctionem non habere locum in ecclesia. Ad aliud inconueniens quod datur,pone,q̃ quis est læsus in una die, ergo in una die habebit necesse petere restitutionem.Istud uidetur incõueniens. ℟. quòd debet proponere una die,subducto quodã modico tẽpore, ante quod datur ad præparandũ se,ut dixi s. circa prin.& subintelligi
13 tur,anteáue,sicut posteáue.†Quartò quæro,ad quid competat istud officiũ iudicis? ℟. hic in gl. circa lect.§.sunt opi. tam in prima q̃ in secũda magna gl.Nam quidam dicunt q̃ datur ut restituatur possessio.Quidam dicũt q̃ datur ad hoc ut tempus usucapionis subducatur de medio,ut s.uidistis,q̃ tangitur in l.qui proprio.§.itẽ quæritur.s.de proc. & Cyn.l.quod tẽpore.C.de rest.mi.in iiij.q.& Dy.& Iac.But. §.rursus.inst.de act.Tu dicas latius, & ad euidentiam præmitte,q̃ illud restaurat restitutio,q̃ abstulit læsio.l.quod si minor.§.restitutio. s.de min. Qñq̃ ergo propter absentiã, ætatem,uel aliam iustam causam quis lęditur, quia perdit possessionem tantũ,& tunc ad illud debet peti restitutio.l. ait prętor.§.item ei.ĩ.eo.& tunc non habebit aliud necesse probare,nisi propter absentiã se perdidisse possessionem, ut ibi.Qñq̃ quis priuatur dñio,uel actione sibi cõpetente, & tunc restituitur,ut illa prescriptio,uel aliud obstaculum de medio subducat̃,ut hic,& l.quo tẽpore.de restit.mil.sm opi.Io.& Bulg.Qñq̃ quis lęditur propter absentiã,uel aliã causam in possessione & proprietate,& tunc restituitur ad possessionem & proprietatem.Et ita potest intelligi alia opinio posita super hac l.Et ita intelligitur glos.d.l.qui prohprio.§.item quæritur.Quãdoq̃ quis lædit̃ur,quia non acquirit,& tunc restituitur ut acquirat,ita q̃ actio instituitur per prætorem,l.si quis stipulatus.s. eod. Et sic competit̃re
14 stitutio ad illud in quo lædit̃ur.Et ex his † habes qualiter libellus fiat,nam debet fieri ut ponantur causę explicitè.l. minor autem magistratus.s.de min.Nunc haberemus uidere de secũdo,s.de actione rescissoria,seu de iudicio rescissorio,quod per se esset una alia repetitio,de quo fortè dicã x.in l.nec non.§.exemplo.ĩ.eo.

ADDI

ADDITIO.

a *Simpliciter.Pro cõcord. aduerte,q̃ Bar.in hoc §.scilicet quòd simpliciter. uult,q̃ remedium rescindens,quod datur ad rescindendum obstaculũ prescriptionis,debeat peti de necessitate,antequã intentetur rescissoria,nec ante cõpetit rescissoria,Cont.tamẽ uoluisse allegatur in l. in honoratis.§.xiij cũ rescissa.ff.de act.& ob.Sed pro concordia in ueritate Bar.d.§.sed cũ re scissa.non tenet cont.indistinctè,sed distinguit,aut loquitur quando præscriptum fuit in actione reali,& tunc uera sit opi.communis, & quod dixit in hoc §.sed q̃ simpliciter.Et ratio est,quia dominus tunc perdidit omne ius suum,ergo non adest aliquod fundamentum, ubi radicetur iudiciũ: Aut loquimur in actiõe personali præscripta,quo casu remanet adhuc fundamentum, ex quo potest fundari iudicium. Ideò si potest agi sine illa rescissione,non contradicit.*

b *Tempus.l.quod tempore.C.de restit.milit.& ibi per Cy.& Bal.quæ probatio requiritur in primo iudicio,an sufficit summaria.*

c *Dicebant.Ca.l.diuortio.§.non solum.ff.sol.mat.*

d *Placet.Bar.l.Aemilius.s.de min.*

e *Scilicet.Bar.d.l.quod tempore.tenet opi.Bal.*

f *POMA.Primum.laf.§.rursus.j.col.Inst.de act.*

g *Requiratur.Ant.post Imo.c.quoniam.§.sint & alij.ut lit.non contest. & Bar.l.j.§.si.de ua.& extra.cog.Facit q̃ in inquisitione dicimus,an lis contestetur.Et uide etiam in d.l.diuus.& Bal.l.fi.C.de temp.in integ. resti.& q̃ no.in rub.de interro.act.Bal.l.j.ff.de iur.om.iud.& ibi per Cy. in ult.q.*

h *Lædereтur. Mod.post Bar.l.j.§.bidiuum.ĩ.quan.appel.sit.*

LEX XVII.

1 *Error iustus licet habeatur pro titulo,quo ad præscriptionem, non tamen quò ad excludendam petitionem hæreditatis.*

2 quelex dicit,de hac exceptione paratus ſum defendere, ac ſi poſsiderẽ,intelligiꝛ, ꝙ promittat reſtitutionẽ rei ſub magna pœna, nõ intereſſe, ut hic & ſic debet intelligi l.ſed & ſi lege.§.itẽ ſi res.ꝛ.de pet. hær. cũ ſit mẽtio de hac exceptione.
b l.de illo.ꝛ.de nox.& dixi in l.ſi actor.ſ.de proc. Secũdò no.[b]
3 † ꝙ licet regulariter in prætorijs ſtipulationibus non cogatur quis inſerere pœnã. ꝛ. de præt.ſtip.l.ſi. & ſ.qui ſatiſ.cog. l.ij.& ibi no. tñ illud eſt uerũ,qñ quis promittit iudi.ſol. uel
c de defendendo in actione propoſita.Secus in eo [c] qui uult actionẽ ,ppoſitã excludere,& defendere ſe ſub alia,tunc eñ cogiꝛ cauere ſub certa pœna,ut hic ſm iſtam gl.Quòd autẽ iſta gl.ſit uera,probatur ex neceſſitate, quia aliàs per hanc obligationẽ non ceſſaret intereſſe actoris , qđ' tene menti.
4 † Vlt.no.ꝙ parcitur offerenti ſe ſponte.

ADDITIO.

a *Diligenter. No. ad intellectum l. ſed & ſi lege.§.q, tamen.de pet.hær.& l. de illo de nox.& de hac gl.uide Ang.& Imo.l.ſi inſulam in viij.fallen.regula affir.de uer.ob.*
b *POMA.No.Alex.d.§.ſi duobus.l.ſin autem.in poſt.ad Bar.*
c *Eo.Limitatio ad no.in l.ſi.de præt.ſtip.& in l.ij.in fi.ff.qui ſatiſf.cog.*

LEX IIII.

1 *Edictum,de alienatione iud.habet locum etiam in re mobili.*
2 *Poſſeſſor bonæ fidei ab initio,ſi poſtea contrectat,non cõmittit furtum.*
3 *Iudex qui per imperitiam iudicauit,tempore ſyndicatus non poteſt partem repellere ex eo,quia non appellauit.*

ITEM SI RES. Licet alienatione non extinguatur actio,ſed præſcriptione, propter alienationem alienator hac actione tenetur. Opp. res furtiua non poteſt uſucapi.ut inſt.de uſuc.§. furtiuæ.ſed alienando & tradendo alteri,tunc res efficitur furtiua,ergo,&c.Item hoc fit dolo, ꝙ requirit iſtud edictũ.ꝛ.l.prox.ergo non põt præſcribi,& ſic nõ
1 alienari,& ſic trãſferri dominiũ. Huius † timore dicũt quidam, ꝙ iſte tit.ſeu hoc edictũ nõ habet locũ in rebus mobi
a libus.[a] hoc eſt falſum,ut ſ.eo.l.j.& l.iij.in prĩ.in eo qđ' dicit, de alienatione facta in hominẽ alterius ,puinciæ . Nã ſi ibi intelligeres de re immobili, nõ ,pcederet,nã homo alterius ,puincię poſſet ibi cõueniri,ubi res eſt.l.ſi.C.ubi in rẽ actio. & ſic oportet ꝙ intelligaꝛ de re mobili. Qualiter ergo põt res mobilis uſucapi, cũ efficiaꝛ furtiua per contrectationẽ. Gl.hic mirabiliter reſpõdet,& ponit oẽs modos,quib. hoc
2 põt euenire,quã uide & no. ſpecialiter ultimũ modũ.† No. ꝙ qñ poſſeſſor ab initio fuit bonæ fidei,poſt ea contrectan
b do non cõmittit [b] furtũ, licet cæperit habere ſcientiã rei alienæ,& poſſeſsionẽ mala fi. Op. hæc actio durat anno.ꝛ.l.uel poſt annũ. ſed uſucapio non perficitur anno , ſed requirit triennũ,ergo r uſucapta, ceſſat iſta actio. Sol.Tene illam,

q hic ille qui alienauit, usuceperat, ita q modicũ tempus restabat, & illo modico tẽpore usucapionẽ compleuit emptor, unde apud emptorẽ usucapio est completa intra annum. Vel dic q hic incepit annus à die alienationis perfectæ, quia usucapio perfecta est, antè enim nostra non interc erat. Venio ad seq. c gl. & opp. negligentia adhibita aduersus unum tollit actionẽ aduersus alium. ℣. ui bo. rap. l. iij. C. de his qui â non do. ma. l. fi. sed hic fuit negligẽs in agendo contra possessorẽ, â quo poterat uendicare ante usucapionem, ergo non poterat agere ꝫ alienantẽ, post usucapionẽ. Sol. in l. fi. C. de his qui â non do. ma. negligentia adhibita, contra unũ, facit ualere manumissionẽ, & sic tollit id qđ erat causa concedendæ actionis contra alium, ut ibi, hic aũt negligentia ꝫ unum tollit dominiũ, hoc aũt non erat causa concedendæ actionis, ex hoc edicto cõtra alienantẽ, sed quia constituerat duriorẽ aduersarium. Ex hoc uidetur, q si alienatio nõ erat, causa introducendæ ĩstius actionis, ꝙa alienando non constituerat duriorẽ aduersarium, & tunc usucapione secuta, ĩsta actio non cõpetit, cũ usucapio hoc casu non contingit sui culpa, & negligentia, ergo, &c. Vide ĩstam gl. & no. q si aliquando usucapitur per negligentiã3 contra possessorẽ, tollit actionẽ contra alienantẽ. Ista † ego
d induxi ad q.d quam disputaui, de qua feci mentionem ſ. l. prox. §. ex quibus. de iud. qui ma. iudic. per imperitiã. est autem quæstionũ mearum nouẽ incip. iudex per imperit. & pars cum possit appellare nõ appellauit, sed uult agere tẽpore syndicatus cõtra iudicẽ, dicit iudex, tu fuisti negligẽs in appellatiõe, potest ne iudex hoc dicere? Dico quòd nõ, gl. ſ. quod quisq; iur. l. j. §. j. in gl. mag. Nam per talem negligentiam non tollitur id quod erat causa cõcedendæ actionis contra iudicẽ scilicet, quasi maleficiũ. Restat respondere ad l. iij. ui bo. ra. Sol. ibi actio cõpetens contra diuersos erat una, & eadem. hic diuersa, & circa hoc an negligentia cõtra unum tollat actionem cõtra alium, ibi plenissimè dixi.

ADDITIO.

a *Mobilibus. Et de ĩsta gl. no. hic, quõ potest esse, q quis scienter rem immobilem alienam uendit sine uitio furti, Bal. l. alienam. C. de fur.*

b *Cõmittit. Quòd et sic usucapi potest, q. de iure canonico nõ procedit, secundũ gl. l. j. C. de usuc. transfor. hic in gl. alle. pro. j. par. & no. ad auth. malæ fidei. C. de long. temp. præs. Pro cuius intellectu uide Bar. l. Pomp. §. j. de acq. pos. & id quod ſ. dictum est, ponit Bal. in auth. malæfidei.*

c *Seq. Bar. l. si seruus. ui bo. rap.*

d *Ad q. Bar. & post eum Doc. l. j. ĩ. de app. in l. si minoris. ĩ. de adm. tut. Inn. c. sæpè. de app. & Bal. d. l. quod quis. cum concor.*

§. ITEM FIERI. Si alienatur causa mutandi iudiciũ, & cessat dolus, non habet locũ hæc actio, idẽ si dolus adest, non tñ alienatur causa mutandi iudicium. Opp. q alienando possessor incidat in hoc edictum. Sol. ut l. prox. Quæro ad hoc ut actio ex hoc edicto competat, quæ sunt necessaria? ℟. q duo sunt probanda, scilicet quòd alienaa tio sit facta dolo, a & quòd causa mutandi iudicium, unde ex hoc constituat durior aduersarius, ut uidistis ſ. l. prox. Qualiter ista probãtur? ℟. quòd alienatio sit facta, probatur eo ipso, quòd uerba fuerunt circa alienationem concepta, l. ex hoc edicto. §. alienare. ĩ. eo. Et quòd hoc fuerit factũ causa mutandi iudiciũ, probatur si aduersarius sciebat me mouere litem, quia fortè dixerat, l. fulcinius. §. j. ex qui. cau. in poss. ea. & l. quæro. circa fin. ĩ.. de ædil. edic. & ſ. tit. j. l. ante pen. & Dy. c. pro possessore. circa princ. ext. de reg. iur. lib. vj. Hoc autẽ intellige ut in l. ex hoc edicto. §. j. ĩ. eo. Et quòdb hoc fecerit b dolo, probatur eo ipso quòd rẽ alienauit sub aliquo pacto de re non alienanda, uel accepit precium, uel aliam rem pro eadem, ut hic in gl. quæ dicit, quòd hoc dicunt quidam, & colligitur ex ĩsto tex. Quod autem nobis constituerit duriorem aduersarium, probatur ex multis ſ. eo. l. j. in fi. usq; ad ĩstum §.

ADDITIO.

a *Dolo. Qualiter probetur q dolo, &c. & causa mutãdi iudicij alienauerit, uide q, dictum est ſ. eo. l. j. in fi.*

b *An. B. Fecerit. Bar. l. qui petitorio. de rei uend. & Bal. l. quoties. post. Odof. C. de rei uen. Bal. l. ante p. ff. ex quibus cau. maio. Ang. l. ĩn autem. §. j. ff. de rei uend. ex quo remissi ad Bal. d. l. quoties.*

LEX V.

NON SOLVM. Cõtra transferentẽ possessionem hæc actio utilis locũ habet. Opp. ſ. l. prox. Sol. communiter uidetur dici, q nõ habet locũ directa, ut in cont. sed utilis sic, ut hic. Tu dicas, quandoq; uerè res alienatur, quia dominiũ transfertur in aliũ, & tunc sine dubio habet locũ ĩstud edictum, l. iij. per totũ. §. eo. Quandoq; dominiũ non transfertur ab initio, sed translatio est causa acquisitionis, quia præstat causam usucapiendi, & tũc idem §. eo. l. iij. in prin. Quandoq; dominiũ non transfertur, nec posteà acquiritur, & tunc aut series contractus in se de sui natura continet translationẽ dominij, ut puta si uendidi, & tradidi tibi rem alienam, tanq; meam, & habet locũ ĩstud edictum, d. l. ex hoc. §. alienare. ĩ. eo. Istud enim debemus inspicere, quòd contractus series continet, non quantũ, aliàs tanquã iuris effectus. l. pe. in fi. ſ. de iur. om. iud. Quandoq; contractus series non continet translationem dominij, sed possessionis tantũ, tunc tenetur utili, non directa, ut hic, si tamen alia concurrunt, quædã ad hoc edictum requirunt.

§. SI QVIS AVTEM. Hic ponitur exemplũ eius qđ est dictum ſ. l. prox. §. j. & hoc intendit, qui alienauit ex iusta causa, non tenetur ex hac actione. Gl. colligit hic arg. q hoc edictum habeat locum contra actorem alienantem, l. pe. & fi. ĩ. eo. &c.

§. HAEC ACTIO. Hic Iurisconsultus incipit exponere ultimam partem edicti.

LEX IX.

EX HOC EDICTO. Non sufficit rẽ exhibere causa mutata.

§. AIT PRAETOR. Alienatio intelligitur facta causa mutandi iudicij de futuro. Opp. q debeat intelligi, iudicij, scilicet præsentis. l. si ita legatum. ĩ. de au. & ar. leg. Gl. licet nõ clarè. Tu dic q ĩstud ideò, quia si intelligeretur de iudicio de præsenti, hoc edictũ esset superfluũ, quia contra alienationẽ factam pendente iudicio est prouisum, pertit. de litig. & ideò ne ĩstud edictũ superfluat, exponitur iudicij, scilicet, futuri anteq; res sit alienata. Et ideò dicit gl. eo casu quo etiam in iudicio cœpto res non est litigiosa, facta alienatione, haberet locum hoc edictum.

a' §. ALIENARE. a No. ĩstum §. quem in j. parte declarui, in l. non solùm. ſ. eo. Item no. in ij. par. q hæredẽ ĩstituendo, non dicitur quis alienare dolo, uel casu mutandi iudicij. Confertur eñ post mortem, & sic fit ex necef.

ADDITIO.

a *Barb. Alienare. Et alleg. ĩste tex. no. q, in ultima uoluntate non præsumitur fraus. gl. qui testamentum. ĩ. de prob. & Bar. l. is qui. ĩ. de uulg.*

LEX XII.

1 *Cedens in potentiorem, & imploras etiam patrocinium potentioris, actionem perdit.*

2 *Cedens in potentiorem iudicij mutandi causa, cogitur agere & non potest procuratorem constituere.*

CVM MILES. Actor, in quẽ facta est alienatio causa mutandi iudicium, exceptione repellitur, & primus cedens agere cõpellitur. Opp. quod per ĩstam celsio
a nem in potentiorẽ quis amittit ius suũ. a l. ij. C. ne li. po. Sol. dicit gl. hoc fauore militis. Tu dic q ibi loquitur quando celsio facta est in potentiorẽ ratione officij, ut puta, si quis cedat alicui ex prioribus actionem, hic aũt miles, licet erat potentior, non tamen ratione officij, idò ius non perditur.
1 Et no. † quòd quando quis est potentior ratione officij, perditur actio, * non solũ si sibi * Actio. Videtur
cedat, sed etiã si in patrociniũ aduocatur. Vn tamen iure. C.
de puto, q de iure si actor iret ad priores, & hãc fraudulen-
faceret qđ ipsi intercederẽt pro eo ad capita tam cessionem
neũ, uel põtatẽ, ius suũ pderet. l. j. C. ne lic. po. utpote inutilẽ,
quod in prisinum
statum restituendam esse, adeò ut si pro parte uera fuerit, pro ea parte non reuocetur: l. ab Anastasio. in prin. cum. §. sed cũ. usq; ad fi. C. manda. l. C.

quod no. quia sæpissimè occurrit. Opp. ĩj. q primus possit agere, quia iam cesserat ius suũ alteri. Respõdet gl. q miles sibi reconcedit. Vel dicas q intelligit actio reconcessa ipso iure autoritate huius l. Tu dicas q non est necesse, q hoc dicatur, quia actiones ipso iure non transierũt in militem directè. l. quis ergo. in fin. de pec. Cum ergo apud cedentẽ remanẽat, illas poterit exercere de iure cõmuni. Vlt. no. ex ĩsto tex. q iste cedẽs cogitur, ut patet ex tex. dum dicit, expe-
2 riri oportere, quod importat necessitatẽ, & sic uidetur † q alteri cedere non posset, fortè nec procuratorẽ constituere, & hæc est una pœna actoris, qui alienauit causa mutandi iudicium in potentiorẽ, non ratione officij. Aliam pœnam uidebitis ĩ. l. prox. Alij legũt l. ĩstam in alienatione facta ex parte rei, sed non bene congruit huic textui, sed præcedens sect. no. est & magis literæ congruit, ideò tene eam.

ADDITIO.

a *Suum. Quid in dubio, &c. Cy. Bal. & Sal. l. qui stipendia. C. de proc.*

LEX XIII.

a SI QVIS. a Qui partem rei suæ alienat causa uitandi iudicij ciũ diuisoriũ, ipsum iudiciũ nõ poterit intentare pro fructibus, uel pro re, nec ille in quem facta est alienatio. Diuido l. ĩstam in tres partes, primò loquitur qñ alienans uult agere cõmuni diuidun. pro fructibus, uel expẽsis, secundò qñ uult agere pro re ipsa, tertiò qñ uult agere il le in quẽ facta est alienatio. Secunda ibi, sed & ipse. Tertia ibi, is uerò qui emit. Opp. & uidetur. q ult. fuit superflua, cũ facta alienatione nõ possit agi cõmuni diuidun. Sol. ut in gl. q potest agi pro fructibus & expensis. Secundò opp. q uer. sed & ipse, sit superfluus. Sol. quidam dicunt, q repetit ut addat, & hoc dicit gl. parua. Veritas est q alio casu loquitur, uidelicet qñ uolebat agere cõmuni diuidun. pro re ipsa, quia fortè dominiũ recuperauerat, quod ei interdicitur in pœnã, ut hic. Et ita sentit gl. præcedẽs, in fi. quod no. Sed contra hoc op. ſ. l. prox. licet nõ posset agere celsionarius, agit cedens. Sol. si ibi per neminẽ possit agi, reus lucraret, & actor nunquã suum consequeretur: hic uerò habet suũ, quia est in possessione partis suæ pro indiuiso, sed in pœnam hoc sibi negatur, ne possit petere diuisionẽ, nec ipse q alienauit, nec ille in quem facta est alienatio, ĩ. prox. respõ. & idem dicemus arg. huius l. in omnibus actionibus quæ competũt possessoribꝰ, ut si facta est alienatio causa mutãdi iudicium in cõfessoria, & est in possessione ille, cui facta est alienatio, licet posset alias agere, ut l. si fortè. §. sciendum
b si fer. uen. & l. uti frui. in fi. si ususfruct. pet. tamen hoc casu b agere non poterit, secus si nõ esset in possessione, ut ſ. l. px. Vlt. uides hic q ex parte actoris est pœna, q repellitur exceptione. Sed an habeat locũ actio in factum, ex hoc edicto ad interesse? Gl. dicit q sic, per l. non solùm. §. j. ſ. eo.

ADDITIO.

a *Si quis. Singularis tex. quem intelligas, in quantum loquitur q facta erat alienatio in potentiorem, non intelligas ratione officij, ut no. Bar. ſ. l. pen.*

b *POMA. Casu. tac. §. neq; inst. de ac.*

De receptis arbitris, & qui arbitrium recipiunt ut sententiam dicant. Tit. VIII.

LEX I.

DICTVM est ſ. de eden. quia post edictionẽ peruenit ad pacta & ad transactionem, & ad uocatos, & ad similia, & in his petitur restitutio. De his omnibus dictũ est, post præ dicta dicendum erat de iudicijs, sed quia partes quandoq; concordant in arbitros, & componũt antequã uadant ad iudicium, ideò antequã dicat de iud. dicit de arb. quæritur gl. quid sit dictum, de receptis. dic ut in gl.

a OMPROMISSVM. a Quærit gl. in quib⁹ conueniant, in quibus disconueniant iudicium, & compromissum? Dic ut hic in gl. & in c. cum dilectus. ext. eo. Et in eo quod dicit, q à sententia arbitri non appellatur, dic ut dixi in l. arbitros. ſ. qui sat. cog. & dicam ĩ. prox.

ADDITIO.

a *Compromissum. Aduerte quòd quando in priuato confertur arbitrium iudicandi, intelligatur arbitriũ boni uiri, seruato ordine iuris, Bar. in extrau. ad reprimen. uer. uidebitur, per ĩstum tex. cum hic no. Sed si confertur arbitrium in eum qui aliàs habeat potestatem procedendi, puta potestati, uel alteri officiali, tunc intelligitur, de libero arbitrio, ordine iuris non seruato, & poterit facere ea quæ no. Bar. l. filiusfa. de do. quòd no. ad limit. huius l. secundum Ioan. de Imo. d. l. filiusfa. & limita sing. hanc l. & prædicta, ut dixi post Lud. in rub. de arb. & adde quòd sententia arbitri, non est propriè sententia, Bal. l. j. C. ne lice. ter. prouo. Adde quæ posui in d. l. filiusfa. post Alex.*

LEX II.

1 *Statutum quo super executione instrumentorũ confessionatorum non possit peti compromissum, non habet locum quando petitur executio sententiæ arbitri, secus si arbi.*

2 *Arbitri ex sententia quando oriatur actio & exceptio.*
A sententia arbitri quando ex ea oritur actio, potest appellari.

EX COMPROMISSO. Opp. l. litigatores. §. interdum. ĩ. eo. Sol. dicit gl. quòd non oritur exceptio rei iud. sed pacti sic, ut ibi tene menti, & intellige no. l. idẽ
1 Pompon. §. j. ĩ. eo. ĩstud ad q. † hic est statutum, quòd super executione instrumentorũ confessionatorũ non possit peti cõpromissum, super aliịs sic, petebatur executio instrumenti cõpromissi sub pœna in eo inserta, tunc non est dubiũ, quòd est instrumentũ confessionatum. Sic enim partes inuicẽ sunt confessæ, & inuicẽ promiserunt. Si uerò petitur executio sententiæ latæ per arbitrũ, tunc illud nõ est instrumentũ confessionatum. Hoc apparet ex fol. huius l. & ex fol. dicti contrarij. Et hic uidetur procedere in sententia lata ab arbitro, sed in sententia lata ab
a arbitratore secus uidetur, a quia quando agitur ex cõpromisso, uidetur facta quædã transactio pro eo quod talis arbitrator dixerit. l. societatẽ. §. at arbitratorum. ĩ. pro soc. Vnde sententia lata inducitur ad declarationẽ primi instrumen-
2 ti. † Item opp. l. ne in arbitris. C. eo. & t. cum antea. Dicit gl. tu debes aduertere, aut in cõpromisso fuit apposita pœna,
b b & loquitur hic, quia non oritur exceptio, nec etiam actio ex sententia. l. j. C. eo. Aut non fuit apposita pœna, & hodie oritur actio. & exceptio in certis casibus, scilicet si est iuratũ si partes subscripserũt, si decem diebus tacuerunt, d. l. cum anteà. Dices tu, cum igitur hodie in omni compromisso apponatur pœna, ergo nunquã sententia omologabitur tacita turnitate uiginti dierũ. Dicit gl. ĩstud est uerũ, quando pœna apponitur simpliciter, secus si apponatur clausula illa, rato manente pacto, quia tunc pœna potest peti, uel exceptio debiti obijci. Circa hoc uide quædã quæ tanguntur
c per Inn. ext. eo. c. per tuas. Vlt. scias c † quòd ego sum in una
3 opi. uera contra omnes alios doc. nostros, quòd in casib⁹ in quibus oritur actio ex sententia arbitri, hodie possit ap-
d pellari. d Ratio enim quare appellari non poterat, est quia erat nulla, & nõ producebat actionẽ, uel exceptio. l. i. C. eo. Sed cum hodie producat, ergo poterit appellari, licet contrarium no. ſ. l. prox. C. eo. l. j. Ad rationẽ quam fecit glo. l. j. C. eo. respon. ibi dicit quòd ex sententia arbitri non oritur actio ante decem dies, nisi ante omologetur l. cum anteà. & l. ne in arbitris. Dices tu, si omologatur, non poterit appellari, quia iam approbauit. ℟. ego possum approbare sentẽtiam tanquã sic latam, non tanquã bene latam, l. iij. §. fallus. ĩ. rem ra. hab. & l. Pomp. scribit ſ. de neg. gest. Appellando igitur approbo sententiã, & ualet appellatio. Idẽ si sententia ualeret ex forma statutorũ prædicta in arbitris, secus in arbitratoribus, in quibus habet locũ aliud remediũ, de quibus dicam in l. societatem. §. arbitrorum. ĩ. pro soc.

ADDITIO.

a *Videtur. Bar. l. fi. de bo. poss. secundũ tab.*

b *Pœna. Spec. ext. eo, et Bar. l. ait prætor. in prin. de iud. Bar. l. si duo. in prin. ĩ. eo. & l. cùm anteà. C. eo. Bal. l. post sententiam. C. de sen. & Imo. l. non. o potest. de leg. j. & in c. per tuas de arb. adde an quando apposita est pœna in compromisso, & clausula, rato manente pacto, arbiter fungatur duplicè potestate, & an oriatur actio Bal. cons. ccxxij. iij. uo. & an in petitione executionis laudi debeat offerri libellus. per eum. cons. clxxxix. ij. lib.*

c POMA.Scias.Ori.*in tra.de arb.Bal.conſ.cccxxviij. Alex. & Imo.l.nemo poteſt.de leg.j.*
d *Appellari.Bar.l. nemo poteſt.de leg.j.& l.j.C. de arb.& in l.arbitro.in fi. ſ.qui ſatiſf.cog.*

LEX III.

1 *Minor carens curatore,cõpromittens obligatur ex compromiſſo, licet non in effectu.*

a LABEO AIT.[a] Eo caſu quo iudicis ſnia nõ tenet,illo, ſi arbitri ſententiæ nõ paretur,pœna cum effectu non petitur l.aduerſus.ſ.eo.Opp.q minor ipſo iure nõ tenetur in iudicio. C. ſi aduer.rem iud.l.cum & minores.ergo nec in arbitrio,ſ.eo.l.j.Sol.dicit gl.q aliud in arbitrio, q̃ in
1 iudicio.Tu dic,† q hic loquit̃ de minore qui non habebat curatorẽ,qui obligatur ex cõpromiſſo, quia cõpromiſſum eſt quidã p̃ctus. l.ſi minorem. & l.ſi curatorẽ. C. de in integ. reſt.tñ non obligabit̃ in effectu,ut hic,licet alij aliter dicãt.

ADDITIO.

d POMA.*Labeo ait.Cre.ſin.lviij. & quando quis dicatur ſuſcepiſſe compromiſſum,Oria.in tra.de arb.q.vj.& ſeq.*
2 *Sententia arbitri non reducitur ad arbitrium boni uiri, arbitratoris ſic.*
3 *Reductio ad arbitrium boni uiri in ſententia arbitratoris nõ datur,quando in ipſum eſt factum compromiſſum,ut in bonum uirum.*

a TAMETSI.[a] Ab initio nemo cogetur arbitrium ſuſci-
1 §. pere,ſed poſt ſuſceptũ cogit̃ explicare. h. d.q nõ.q † facit an executores ultimarũ uoluntatũ poſſint cogi.gl. l.nulli. C. de epiſ. & cler.& l.j.ẽ.de leg.Opp.l.ſancimus.C.de aduo.diuer.iud.Sol.Aliud in iudice delegato,aliud in arbi-
2 tro.† Item op. dicitur hic q arbiter eligitur ut bonus uir,ergo uidetur poſſe reduci ad arbitriũ boni uiri,cont.l.ſocietatem.ẽ.pro ſoc.& l.diem.§.ſtari.ẽ.eo.So.Non dicit eum bonũ uirum ſimpliciter,non habito reſpectu ad aliũ q.d.arbitrator eligitur, ut bonus uir,hoc eſt, q recurretur ad eum tanquã ad bonum uirũ ſimpliciter,& dicat illud q diceret qui libet bonus uir,q ſi non facit meritò recurritur ad arbitriũ boni uiri.Sed in arbitro eligimus eum ut bonũ uirum præcipuè, hoc eſt, ut ille ſit bonus uir,cuius arbitrio pareatur, ita q non alius, & ideò eius ſententia non reducitur ad ar-
3 bitriũ boni uiri.l.diem.§.ſtari.ẽ.eo.† Sed nũc quæro, [b] quid
b ſi in arbitratore apponeret̃ hoc uerbũ,eligentes eum ut bonum uirũ præcipuè, non habito reſpectu ad alium, an tũc impediatur reduci ad arbitrium boni uiri? Et q impedia-
c tur,[c] hoc uidetur uelle tex.& gl.hic.

ADDITIO.

a *Tametſi.Limita in l.j.§.ẽ.ff.ubi pup.edu.per Bal. Arbitrator etiã non cogitur.gl.& Bal.l. fi. C.de contrahen. emp. arbiter non põt ab initio cogi.nec pars põt cogi compromittere,& ſi cogatur, ſententia eſt ipſo iure nulla,ſecundũ Bal.l.ſi qui ex conſenſu. C. de epiſ.aud. in l.j.uer. ad hic.C.de ſent.exbre.reci.Quid ſi ſtatutum dicit,q quis cogatur aſſumere arbitrium? Dic q intelligitur,niſi ex cauſa appellet,Bal.l.iij.C.ſi pœn.app. Can.c.quinta uallis.de iureiur.& ibi quid in arbitratore,ſi tamen incepit audire,cogitur finire.l.licet autem.ff.de recep.arb.& ibi Bar.& doc.l.j.ff. de leg. ij.adde an iudex poſit cogere aliquem ad compromittendum.Ca.conſ.clxxxij.*
b POMA.*Quæro.Imo.conſ.v.& Ro.ſin.l.inci.an de laudo.*
c *Impediatur.Bal.l.cũ anteà.C.eo.Mod.l.j.ſi quis antè.ẽ.à qui.ap.ſtõn licet. Bar.l.ſocietatem.§.arbitrorum.ẽ.pro ſoc.uer. quæro quæ eſt ratio differentiæ.circa ult.col.Frid.conſ.cxlij.*

§. AIT PRAETOR.Hic Iuriſconſ.ponit patrem edicti,
quod facit prætor in iſta materia. Ex hoc q gl.dicit, coget,apparet q per officium iud. quia uerba referuntur ad iudicẽ, De quo plenè dixi in l.j.ẽ.de cõd.ex l.& ẽ. l.prox.

§. TRACTEMVS. Maior iudex cogit minorẽ,non maiorem,uel parem. Opp. & uidetur q filiuſfa. non poſſit eſſe iudex in cauſa patris.l.qui iuriſdictioni.ſ.de iur. om.iud.Sol.ut in gl.Sed quærit gl.nunquid delegatus à papa,poſſit cogere arbitros cognoſcentes de ſuſpicione? Dic ut in gl.

LEX VII.

PEDIVS.Aliàs incipit, parui.Poteſt compromitti in libertum, & etiam in infamem. Opp.de iud.l,cùm prætor.Sol.non poteſt eſſe iudex,ut ibi,ſed arbiter ſic,& procu-
1 rator.ut inſt.de excep.§. fi.Sed quæro quid in excõmunica-
a tor?[a] Gl.dicit,q non poteſt eſſe arbiter. Dic ut in gl.& Spe.ti. de arb. §. differt. Sed quæro licet iſti non poſsit eſſe arbitri, an poſsint eſſe arbitratores:uidetur q ſic,l.cùm pater. §.hæreditatem.ẽ.de leg.ij.& l.ex facto.§.ſi quis.el ij.ad Treb.

ADDITIO.

d *Excommunicato.Dicit Bal.l.nemo in fi.C.de ſen. q omnia beneficia iuris ciuilis, ſunt interdicta excommunicatis. alleg. Gul. ibi, in uer.ſed quæro non poſſunt,&c.Bar.l.ſi quis arbitratu.de uer.ob.Adde an poſſit couficere inſtrumenta.Frid.conſ.lxxiij.*

1 *Seruus non poteſt eſſe arbiter,nec arbitrator.*

a §. SIN SERVVM.Si compromittatur in duos,quorum
unus non poteſt eſſe arbiter, alter ſententiã dicere non cogetur,nec ſentẽtia ualet,niſi eſſet adiectum,inſolidũ.
1 No.† q ſeruus non poteſt eſſe arbiter,nec etiam arbitrator, ẽ.de uer.ſig.l.illa uerba.Sed quærit gl.quid de monachordi
2 cit gl.idem. No.† ergo monachũ,& ſeruum æquiparari.ln. c.cum olim.ext.de cenſi.Et per hoc totam materiã de ſtipu. ſer.ego reduco ad materiã monachorũ, in l. qd̃ ſeruus.& l. ſeq.ẽ.de ſtip.ſer.Circa hoc tñ, an monachus poſsit eſſe arbi ter, uide Cy. C. de epiſ.aud.l. ſi qui ex conſenſu.ſ.q.& in ſec.
3 de arb.§.fi.uer.ſed quæro diligenter.& uer.ſeq.Item no.† q utile uitiatur.dixi in l. certi cõdictio. §. quoniam.ẽ,ſi cer.pe. & l.Græcè.§.illud.de fideiuſſ.

LEX VIII.

SED SI ITA.No.ex hac l.q compromiſſum poteſt fieri in plures inſolidũm,ut ſic ualeat,quod alter ſolus facit.Aduertendũ eſt tamen,q ſi cæperunt ambo cognoſcere,non poſſet alter ſententiare ſine altero,ſicut uidemus in iudicibus ordinarijs,in quibus in eſt hæc clauſula, tacitè,ut alter ſolus poſſet, tamẽ ſi ambo antè cœperunt ſimul cognoſcere,alter non poſſet ſolus.l.Pompon.ſcribit, ſi uniẽ.de re iud.

LEX IX.

SED ET SI IN SERVVM. Condictio arbitri non inſpicitur tempore compromiſſi.

1 *Compromitti in iudicem ordinarium poteſt,ut in arbitratorem.*

a §. SI QVIS IVDEX.[a] In iudicem ordinariũ illius cauſæ non poteſt cõpromitti,etiam eo iubente.Opp.gl.ad iſtum §.de conſuetudine, quia uidemus contrariũ ſeruari.Dicit gl.q quidam dicunt,q hic lex corrigitur per cõ-
1 ſuetudinẽ.Veritas eſt, † q non poteſt compromitti in eum ut in arbitrum, ſed ut in arbitratorẽ ſic, auth.ſi uerò contib gerit.C.de iu. in corpore unde ſumitur.Secus de iure[c] can. ut ext. eo.c.cum tempore.& c.innotuit.Ia.de Are.dicebat q nec etiam ut arbitrator poteſt aſſumi. Sed hæc gl.cõmuniter approbatur. De quo dic ut no. Cy. l. ſi qui ex conſenſu. Circa prin.C.de epiſ.audien.

ADDITIO.

a *Bar.Iudex.l. ij.§.conuenire. ẽ. de iud. Oria.trac.de arb.& Fel. c.literas.de præſum.Fel.c.nõnne.de præſumpt.uerſic.ij.regul.& Rom.conſilio ducentesimo ſexageſimotertio.*
b *Iure.l.j.§.poſt operis.de ope.no.nun.*

LEX XIII.

a SI DE MEIS.[a] Licet de controuerſijs unius partis ſit compromiſſum, arbiter non cogitur ſententiam dicere,ſi ab una tantùm parte pœna promiſſa eſt, etiam ſi actor fuerit ſtipulatus.h.d.Circa fi.l.noſtræ quæritur, quid ſi arbiter dixerit ſententiam,an ualeat? Mar.dicebat quòd non per iſtum uer.Sed iſtud uerum eſſe non puto.Ioan.dicebat quòd ualebat, ſed non quòd arbiter cogatur dicere ſententiam. Azo tenebat opin.Mar. Tu dic quòd opin.Io. eſt uera ſecundũ illa tempora.l.cùm anteà.in prin.C.eo.hodie ſecus.l.cùm antea.§.altera.

ADDITIO.

a *Meis.Et facit iſte tex.ad q.q.ſi duo compromittant in aliquẽ, & unus promittat*

mittat mille nomine pœnæ, alter uerò centum,Nam ratione iſtius inæqualitatis,nõ uitiatur ſtipulatio,ſed reducitur ad æqualitatẽ,nõ dubitatur an reducetur pœna maioris, an minoris? Dic q, minoris,Spe.tit.de ar.§.ſequitur.uer.ſed qui hoc.Item per iſtum tex.decidit Bal.q.c.j.in prin.qualiter dominus propriè priuetur, quòd ſi emphyteuta promiſit domino nomine cenſus,duos denarios in anno ſub pœna centum librariũ, demum dominus uenit contra pacta,utrum teneatur ad ſolutionẽ pœnæ? Et per iſtum tex.decidit quòd non , quia una ex parte tantum eſt pœnale.In cont.tamen adducebatur d.c.j.etiam.l.j.C.de iud.ui.tol.reſponde ut ibi per eũ. & Bal. qui non decidit hic,per iſtum tex.ſed per l.ſed & interpellatur.§.ſi ab altera.ẽ.e.Sed ſicit etiam iſte tex. Sed utrũ adiectio iſtius pœnæ ualeat? dicit q, ſic & dixi poſt gl.& Bar.l.ij.C.de iur.emp.Ancb.conſ.j.

1 *Arbiter ut quis dicatur duo requiruntur.*
3 *Compromiſſum ſi factum eſt,ut aliquis examinet negotium uſq; ad ſententiam, & alius ſentiet, neuter erit arbiter.*
4 *Arbitrator poteſt auferre de iure unius,& dare alteri modicè.*
Compromiſſo clauſula apponenda,q poſſit auferre de iure unius, & dare alteri in parua.& magna quantitate.
5 *Arbiter & amicabilis compoſitor differunt.*
6 *Arbiter procuret partes cõponere,cautela iudicis eſt,partes componere.*

§. RECEPISSE. Arbiter qui in partes, iudicis aſſumit
officium, non qui amicabiliter cõponit. † Vides ergo
1 quòd ad hoc ut aliquis dicatur arbiter,uidẽtur requiri duo, ſcilicet, q aſſumatur officiũ iud. in procedendo, & etiam in ſentẽtiando, ut hic,ibi, & ſuſcepit, & ibi,finẽ quæ.
2 † Sed quid de eo, qui habet poteſtatẽ cognoſcẽdi de facto & ſententiandi de iure, ut ſit tota die,erit ne arbiter, uel arbitrator. Tex. iſte uidetur uelle,q ſit arbiter. Dicã in l.ſocietatem.§.arbitrorũ. ẽ. pro ſoc.uer.quare quid ſi eſt dictum.Item † quid econuerſo.Et cõpromiſſum in aliquos tali mo
3 do, uidelicet, talis debeat examinare tale negotiũ uſq; ad ſententiã,alius debeat ſentẽtiare,quid erit? Videtur, quòd neuter iſtorum ſit arbiter, nam in neutro concurrunt iſta duo,quę dicunt̃ in arbitro, dicam in §.arbitrorum. Vlt.no.
a uer.q ſi inquit,[a] qui pertractat de natura,ſeu † officio arbi
4 tratoris, & dicit q poteſt auferre de iure unius, & dare alteri,quod eſt uerum,ſm gl.hic,& ſ.eo.l.ſed & ſi in ſeruum.§.ſi quis iudex. Iſtud aũt, q auferat de iure unius & det alteri, intelligit modicè, aliàs reduceretur ad arbitriũ boni uiri, d.§.arbitrorũ.& ideò quidam faciunt apponi in cõpromiſſo,ſeu arbitramento,q poſsit auferre de iure unius,& dare alteri modicè, uel immodicè hoc eſt in parua, uel magna
5 quãtitate,ut dixi in d.§.arbitrorũ.Item † ex iſta gl.põt colligi differentia inter arbitriũ & amicabilem compoſitorem.
Nam arbiter eſt, qui uidet an ſit aliquid alte
* Daturus: Satisfeuter & per tãſeunam hoc attigit Bar.hic. nos igitur ad=b bitrorum genere, uniũ, ut ſiue æquum, ſiue iniquũ fuerit, quod ſtatuerint arbitri, eis ſtandum ſit: aliis boni uiri arbitrium meſt:l.ſocietatem.§. arbitrorum.ff. pro ſoc.Amplius Bar.auth.ſi uerò.C.de iud.l.Con.B.
ri daturus *. Amicabilis compoſitor eſt,[b] qui interuenit, ut eos ad cõcordiã reducat abſq; ſua ſententia,& hoc eſt q ſequitur in gl. in ỹ. recepiſſe.ibi uel poteſt,&c.Et ideò tu qui eris iudex,nunquam te reducas ad compoſitionem,quia ad iudicem non ſpectat.

ADDITIO.

a *Inquit.Bal.l.j.& l.& in maioribus. C. de app.Bal.l.fin.j.op.de cont.emp. conſ.cccl.xxxj.Alex.conſ.xlvij.j.lib.& quid per illa uerba,alte,baſſe.Pau. de ca.conſ.lxxiiij.*
b *Bar.Eris.Notaui.ẽ.de uſuf.l.æquiſſimũ. Barb. conſ.xlj.j.uol.ubi ponit multa ſpecialia. Adde alium caſum,in quo iudex poteſt reducere partes ad concordiam per Ant.c.j.in fi.de loc.*

1 *Arbiter die feriata ſententiare nõ poteſt,arbitrator ſic,etiã in honorẽ Dei.*
2 *Arbiter quando cogatur ſententiam proferre.*
3 *Compromiſſi inſtantia perit triennio.*

§. EX COMPROMISSO. Hic Iuriſconſ.incip. expo
nere uerba ſubaudita per gl.iij.§.tametſi uer. receperit. ſ.eo.quæ dicũt, ſententiã ferre cogam,& hoc intendit.
1 † Arbiter non poteſt cogi ſententiare die feriata,niſi ex cãſa,etiam non cogeẽ ſi ſibi de cauſa no liqueat. h. d.cũ duab. l.ſeq.Opp.l.ſi feriatis.ſ. de fur.Sol.hic loquitur de ferijs ob neceſsitatẽ hominum, non de ferijs ob honorẽ Dei. Et hic
a intellige de arbitrio. In arbitratrore[a] uerò uidetur q poſſit ſententiare die Dominica, quia eſt quædã tranſactio, l. dies.C. de ſer.Secundò op.l.arbiter.& l.ſi cùm dies. ẽ. reſpõ.
2 ẽ.eo.Solut.ut iſta materia liqueat,dic breuiter † tria uerba, Quandoq; de cauſa liquet, & tunc arbiter cogitur ſententiam dicere,ut in iſto §.ex cõpromiſſo.niſi excuſetur aliqua iuſta cauſa.l.licet. & ſeq. ẽ. eo. Aut arbiter iurat ſibi de cauſa non liquere, & tunc aut hoc contingit propter defectũ partium, aut propter defectũ arbitri. Primo caſu ſi quidem fuit ſine iniuria arbitri, nihilominus cogetur dicere ſententiam ẽ.eo.l.item ſi unus §.j.& hoc eſt uerũ, niſi dies compromiſſi ſit exitura, uel dies compromiſſi exierit, tũc ſi hoc propter defectũ partium contingit, nõ cogetur arbiter ſententiam dicere. ẽ.l.prox.& l.ſeq.l.ſi cùm dies.ẽ.eo.Si uerò hoc cõtigerit propter defectum arbitri, tunc ſi iam quidẽ dies poteſt prorogari,,pregetur,ut in hoc §.Si uerò no.poteſt prorogari,debet pati iterum in ſe cõpromitti, l.arbiter in fi. & l. ſi cũ dies.in princ. ẽ. eo. ſm unam lect. Item ſi dies compromiſſi exierit ſui culpa ,ut ibi patet, Sed contra prædicta opp.[b] q non poſsit arbitro non liquere de cauſa, quia aut actor p̃bauit,& debere uincere: Aut non probauit,& debet reus abſolui.l.qui accuſare.C.de eden.Gl.dicit hic nõ. fateor quando cõpromiſſum habet diem,ipſa dies compromiſſi habetur pro peremptorio termino , aſsignato partibus ad probandum. Vnde ſi quidẽ probat actor, reus cõdemnabitur, aliàs non,ſed pote illud eſſe quod arbiter non examinauit dicta teſtiũ, neq; uidit inſtrumentũ, & ſic non eſt liquidum an debeat,uel non,uide iſtam gl.quam totã intellige quando cõpromiſſum habet diem. Si uerò cõpromiſſum nõ habet diem,tunc non dicitur pars nõ probaſſe,niſi ſit ſibi ſtatutus terminus ad probandũ, debet enim terminus ſtatui, de quo plenè dixi in l.admonendi. ẽ.de iureiur.ubi gl.facit ſimilesopp.dicitur in l.ſed ſi compromiſſum,quòd arbiter
3 cogitur omnino ſententiã dicere. † Quæro utrũ etiam poſt
c triennĩũ,[c] hoc eſt,utrùm inſtantia compromiſſi pereat triẽnio, ſicut inſtantia iudicij? Quidam dicũt, quòd etiã ultrà triennium. Fran.Accur. intelligebat illã gl.q lis non fuit in choata coràm arbitro , ſed coràm iudice ordinario , poſteà deuentum eſt arbitriũ.l. properandum. §. ſin autẽ utraq;.uerſin aũt in medio.C.de iud.& ibi no.Cy.ul.q.gl.ẽ.eo.l.itẽ ſi unus.§.j.uidet tenere,q dies compromiſſi pereat triẽnio. De hoc etiã in Spe.eo.tit.§.differt uer.item,ut intra trien.

ADDITIO.

a *Arbitratore.Spe.ti.de arb.§.j.in Bar.ẽ.eo.l.ſi feriatis.& Bal.l.j.ad ſi.C.eo. in d.l.dies.C.de fer.poſt Iac.But.& Bal.l.ſi ut proponis.j.col. C. quomodo & quando iud.& in l.ſi.in ij.q. C.de cont. emp.& l.j.ſ.de fer.& Imo.l.ex facto.§.ſi quis rogatus.ẽ.ad Tre.*
b *Opp.Dixi poſt Bar.l.ſi quis arbitratu.ẽ.de uerb.ob. & hic adde no.per gl. & doc.poſt Bar.l.Pomp.de re iu.Bal.c.j.qui.mo.ſeu.amit.in quadam adm. magna;uer.recepiſſe.in auth.ei qui. ſ. eo.C.de temp.ap.hic non ob.dicit,q certum terminũ deberent dare,nec uidentur partes conſenſum ad hoc accõmodaſſe,quod eſſet iuri contrariũ.c. ultra tertiam.de teſti.et ibi Bal. Bar.l. iiij.in prin.de dam.infe.& l.ſi qua.ẽ.eo.Lu.ro.de arb.et Bal.l.j.C.ut in poſſe.Bal.conſ. cccxcix. cum ſeq. & iij.lib.conſ.cccclxj.Lanf. in tract. de arb. Fel.c.eccleſia.de conſt.*
c *Triennĩũ. Bar.l. ſi quis arbitratu. ẽ.de uer.ob.& Bald. & Iac.l.multa.ff.de cond.& demon.& Bal.tenet q,ſic l.ij.C.de diuer.reſc.& dixi poſt Imo.d.l. ſi quis arbitratu.eo.uer.ibi.& Spec.eo.tit.§.differt.uer. item intra triennĩũ & c.Io.An.ibi tenet,q non periit triennio,Ro.conſ.clxxix.Caſt.l.properandum.§.illo proculdubio.C.de iud.*

LEX XIX.

ITEM SI VNVS.

§. SI MVLTO POST. Quærit gl.quõ intelligat̃ iſtud
multò poſt? Quidam dicũt, arbitrio iudicis. Alij dicũt, q poſt triennium,& ſicut inſtantia iudicis. Si teneas illam opi.quod arbitrio iud.&c.putarem æquũ q iudex de-
a bet arbitrari de triennio,ſicut in iudicio.[a] Item no.uam diſtinctionem,quam gl.hic ponit.

ADDI-

ADDITIO.

a *Iudicio. Abb.c.cùm dilectus.in fi.de arb.& conſ.xx.xiij.iiij.dub.ij.uo.*

1 *Arbitrorum maior pars quando poterit ſententiare alijs requiſitis abſenti bus,& quid in præſentibus,& tacentibus.*

a §. ITEM SI PLVRES.[a] Non poteſt unius arbiter ſine
1 alio ſententiã ferre. Ante omnia † quero, quid ſi maior pars eſt præſens, facit requiri tertiũ, ille non uult uenire, an poterunt præſentes ſententiare? Certè de iure noſtro non, Caſus eſt hic. De iure can. ſecus, ut ext.eo.c.fi.lib.vj. Et hoc eſt uerũ in arbitris, quí aliàs ſumuntur â partibus. In il
b lis uerò quí aſſumuntur[b] de neceſsitate iuris, ſecus eſſet. C. de iud.l.cũ ſpecialis, & ſcripſi in l.ſi duo ex tribus.ff. de re iu. Et ex hoc dico ꝙ ſi arbitri eliguntur ex neceſsitate iuris, po
2 terit ſententiare maior pars, altera requſita & abſente? Quę ro, poſito ꝙ omnes ſunt præſentes, maior pars uult facere ſententiã, alía tacet, & nihil dicit, an maior pars poterit ſen tentiare altera tacẽter? Gl. dicit, ꝙ ſic, ff.eo.l.ſi in tres. & ibi uidebitis. Secus in pluribus iudicib. delegatis, quía omnes debent loqui, ut ff.l. prox. & C. quando prouoc. non eſt neceſſ. l. cum magiſtratus. cum ſimilib.

ADDITIO.

a *An.B.Plures. Secus de iure can. c.fi. de arb. in vj. l. duo ex tribus. ff. de re iud. Bar. conſ. Catharina accuſauit. & conſ. ſeq. quod fuit Cy. Oria. in tract. de arb. car. xvij. & ſeq. q. xiij. & q. xv. Abb. conſil. ſexageſimoquarto, in prin. j. uo. Imo. conſ. cxxx. & ſeq.*

b *Aſſumuntur. Facit quod dixi ff. e. l. §. fi. cum ſeq. & Imol. c. uno delegatorũ. de off. deleg. ubi ſecus in plurib. iudicibus delegatis, per doc. & Bar. l. Pom pon. ff. de re iud. doc. d. c. fi. ext. eo. in vj. Io. And. in add. Spe. tit. de arb. §. fin. in add. incip. quid ſi taceat, &c. Adde an duo laudare poſſint, tertio abſente? Bal. conſ. xxix. ij. li. Et quid ſi tertius non poteſt eſſe arbiter, an alij duo poſſint arbitrari? per eundem, ccccxlix. & quid ſi ſunt concordes in ſumma, & diſcordes in ſolutione, & per eun. conſ. xviij. iiij. li. & quid ſi diſcor dent in ſumma tantum. Caſ. conſ. xxiij. & quid ſi ex forma ſtatuti debet e ligi tertius & partes eligunt quartũ, & quintum uoluntariè non compul ſi, ut ſtatutum requirit, an tale laudum poterit exequi, uigore illius ſtatuti, eo quia ſit omiſſa forma? Anch. conſ. clviij.*

1 *Compromiſſum factum in aliquem ut ferat ſententiam de conſilio alterius, quando ualeat.*

§. IDEM POMP. Si arbiter liberã poteſtatẽ ſententiã di non habet, cõpromiſſum nõ ualet, & ſi de pluribus nominatis aliter eligitur, ille ſententiã cogitur dicere. Opp. de iſto uer. ſed ſi ita. ad præcedentẽ. Sol. dixit gl. ꝙ hic in uer. ſed ſi ita. fuerunt electi ut arbitri, hic, ille quí fuit elec⁹, poterat liberè ſententiare. in prędẽti. §. fuit ſecus, & ſic hic mutat caſum omnino. Old. in quadã ſua diſp. intellige bat iſtum §. aliter ꝙ̃ in iſto uer. ſed ſi ita. nõ mutat caſum, ſed, ꝓſequitur eundẽ caſum, ſed differẽtia eſt, quia in ptin. dixit. ꝙ Seius ferat ſententiã, prout Titio diſceptatorí placeret, & ſic poſuit in eius liberã uoluntatem, hic uerò dixit, arbitratu Titij, & ſic elegit eum in bonũ uirum, meritò ua
1 let. Et ſic uides, ꝙ ipſe colligit differentiã ex eo quod ſ̃. dixit placet, & hic dicitur arbitratu. Et ex hoc concludit ipſe † ꝙ cõpromiſſum, quod quotidie fit. Cõpromittimus in Seí ũ, dum tamen ferat ſententiã de conſilio alicuius Iutiſperiti, ꝙ tale arbitrium ualet. Breuiter prædicta quantũ ad intel lectum huius §. non ſunt uera. quía uer. placet importat ar bitrium boni uiri, & non liberam uoluntatẽ, ſicut uerb. arbitratu, * l. Thais. §. ſorore. ff. de fi deicõ. lib. Tamen quantũ ad q. de eo quí cõ promittit in aliquem, ꝙ ferat ſententiã de cõ ſilio ſapientis, dico quòd illam q. tangit gl. l. illa in inſtitutio. ff. de her. inſt. Spe. etiam eam de arb. §. ſequitur. uer. ſed quid dicatur in com promiſſo. Ego examinaui plenè in l. §. §. ſi plu res. ff. de exer. Et inter alia dico, quòd ſi quidẽ dicatur, ꝙ arbiter debeat ſententiare de con ſilio talis, ꝙ ualet compromiſſum, ideò quía relinquatur, ſi hæres uoluerit. non debetur, ſi hæres nolit. Quòd ſi ita. Si fuerit arbitratus, debebitur l. fideicom. libertas. ff. de fid. lib. l. Con. B.

* *Arbitratu. Mẽs Bar. eſt ſtatue re differẽtiam inter arbitriũ & uolũtatem. Arbitriũ enim neceſſitatẽ im portat, uolun tas non. Vt ſi fi deicommiſſum relinquatur, ſi*

habito conſilio nõ tenetur illud ſequi. l. Titium. & Mæuiũ. de adm. tut. & ſic remanet libera facultas arbitro ferẽdi ſen tentiam, & ſic ceſſat ratio huius §. Siuerò dicatur, ꝙ arbiter debeat ſententiare illud, qd⁹ ille conſuluerit, uel de conſi. & conſenſu, tunc nõ ualeret, quia non haberet facultatem liberam ferendi ſententiã, ut hic. Et hoc quantũ ad q. iſtam.

2 Quantũ autem † ad intellectũ noſtri §. teneo gl. tamẽ eam declaro, ut aliquid notabile hic percipias, in prin. huius §. fuit cõpromiſſum in Scium, ut ipſe debeat ſententiare ſm quod Titio placet, hoc non ualet. In uer. ſed ſi ita fuit com promiſſum arbitriũ in Scium, ſed fuit actum, ꝙ ſententia feratur arbitratu Titij, uel Seij, & ſic in cognoſcendo fuit aſ ſumptus unus ſolus, in pronunciando fuit alternatiuè aſ ſumptus, uel Seius, certè ille cogeť ſententiã dicere, in quẽ partes conſenſerint. Et ſic iſte uer. ſed ſi ita. proſequitur tan dem materiam, quam §. prædens. Sed ad iſtam lect. opp. Nam ſi ex poſtfacto eligatur Titius, uidetur ꝙ ualet com promiſſum, quía non aſſumitur ad cognoſcendum, ſed ar bitrandũ tantùm, cùm iſta duo requirantur. l. Idem Pomp. §. recepiſſe. ſ̃. eo. Reſpon. ſatis aſſumitur ad cognoſcẽdum.

a cum debeat examinare acta facta coră Seio. Differt[a] ergo iſte ſ. â prædenti, quía Seius ipſe ſ̃. debebat pronunciare illud, quod alius uolebat, hic ille alius ſcilicet Titius, aſſu mebatur ad ſententiam ex prioribus actis.

ADDITIO.

a *POMA. Differt. Lanfran. in tract. de arb. q. j. aliàs. ij.*

a §. SI IN DVOS.[a] Si duobus datur poteſtas eligendi tertium, ſi non conſenſerit, compromiſſum non ualet, uel ſic, Si duobus arbitris poteſtas aſſumendi tertium incertum tribuatur, non ualet compromiſſum, ſi certum. Opp. §. idem Pomp. ſ̃. Sol. hic per aſſumptionem tertij non admittunt arbitri poteſtatem pronunciandi, ibi ſecus. De hoc uidebitis ff. prox. §.

ADDITIO.

a *Duos. Bal. l. fin. ult. col. C. de exec. rei iud. & hoc no. q. non poteſt dari arbi tris poteſtas eligendi tertium incertũ. Sed utrum poſſit dari arbitratoribus talis poteſtas? Bal. l. j. C. de his quæ pœ. no. in lect. antiqua. dicit, q, ſic, dleg. Io. Mona. in rub. de arb. in vj. c. cum ù nobis, ſecundam unam lecturam gl. fi. ext. eo. tit.*

1 *Iudex eligit arbitros, & arbitri coguntur eligere tertium.*
2 *Tertius aſſumptus ab arbitris, non eſt arbiter, ſed electus à partibus ſic.*
3 *Pronunciandi, modus, quando tertius eſt electus.*

§. PRINCIPALITER. Si in duos cõpromittať ſimpli citer, ualet cõpromiſſum, & ſi diſſenſerint, coguntur eli gere tertium, cuius autoritati parebitur. Op. §. ſ̃. prox. ubi non ualet cõpromiſſum factũ in duos. gl. ponit hic tres ſol. & approbat ultimã, ſcilicet ꝙ ibi non ualet, ſi diſſentiãt
a in eligendo tertiũ, [a] aliàs ſecus. Iſta ſol. uidetur eſſe cõtra ca ſum, in c. innotuit. ext. eo. Et ideò tene ij. lect. ſeu ſol. hic poſi tam. Aſſignat rationẽ, hic fuit cõpromiſſum ſimpliciter, & per iudicẽ, & cogentur eligere tertiũ, & ſic cogentur in unũ concordare, ſed in præcedenti §. fuit data facultas eligendi,
1 & ſic in totũ receſſerũt ab arbitrio prætoris. † Circa electio nem iſtius tertij eſt aduertendũ, ꝙ non coguntur partes eli gere tertiũ, ſed arbitri coguntr eligere tertiũ, ut hic in tex. & debet prætor cogere arbitros. Vidiſtis de electione *tertij.*
2 Quæro † utrum[b] tertius iſte electus[c] ſit arbiter. Certè uide
b tur ꝙ no. nam non eſt receptus à partibus, & ſic nõ cadit in eum nomen arbitri. Et ita uidetur tenere Spec. tit. de arb. §. fin. uer. ſed nunquid iſte tertius. Vnde eſt magis quidã con ſultor quàm arbiter, habet tamen uim arbitri quo ad quæ dam, ut dicetur incõtinenti. Sed ſi aſſumeretur â partibus, tunc eſſet arbiter, quía ab eis recipitur. Secundò quæro de modo pronunciandi? breuiter modus rectus, & indubita tus eſſet iſte, ꝙ ille tertius exprimat uolũtatem ſuam, & illi arbitri cogantur ferre ſententiam, ſm eius uoluntatẽ, & cõ ſilium. Et hoc eſt quod ult iſte tex. quí dicit, cuius autori tati pareat, ꝙa arbitri debẽt parere autoritati illius in iudi cando. Dicit tamen hic in uer. autoritati. gl. ꝙ iſte uer. intel ligatur alio modo, quòd ſi arbitri omnino diſcordant, ille tertiu s iudicabit, & partes tenentur ſtare conſilio illius ter tij. Et

tij. Et ſic eſt duplex lectura, una cuius autoritati pareatur â partibus, alia, ꝙ iſte tertius iudicet. Præcedens eſt magis tu
4 ta. uide gl. ſuper uer. autoritati. † Quæritur utrũ iſte tertius
d cogatur[d] conſulere, ſeu acceptare, & iudicare. Dic ut in gl. & Inn. ext. eo. c. innotuit.

ADDITIO.

a *Tertium. Sed utrum aſſumendo tertiũ, dicatur cõpromiſſum nouum? Dy. Bar. l. ſi dominũ. ff. de fur. dixi poſt Bar. §. arbitrorum. & an iſte §. habeat locum in arbitratore, ut iſti diſcordantes eligant tertium? Bal. l. hac edicta li. §. is illud. C. de ſecund. nup. & ibi quid ſi ſunt arbitri, & arbitratores? Et de hac materia uide in d. c. innotuit. & quod ibi ſcripſi poſt Imol. tẽ an iſte tex. habeat locum in arbitratoribus, uarie ſententiantibus, dixi poſt Imo. l. inter pares. ff. de re iud.*

b *POMA. Vtrum. Lanf. ff. de arb. q. ij. & conſ. lxxxvj.*

c *Electus. Bar. l. ſi dominium. ff. de fur. Bal. conſ. ſactum ſic proponitur. dicit, quòd ſi data eſt poteſtas duobus arbitris procedendi, & terminandi, & illi duo diſcordant, qui de uoluntate partiũ eligant tertium, & illi datur arbi trium terminandi, ut ſibi uidetur, demum primi duo arbitri ueniunt ad con cordiam, & laudant abſq; tertio, & nõ requiſito, imò ipſo contra dicente, dicit Bal. laudum ualere, quia per electionẽ, d. tertij non ſunt reuocati arbi tri primi à ſua poteſtate, ſed prouiſum ſolum in caſu diſcordiæ. Allegat gl. ſ̃. ea. l. §. fi. in duos. Ergo cùm omnes tres ſint arbitri, duorum ſententia ua let, & præualet. ff. eo. l. ſicuti. Nec ob. quòd partes & arbitri promiſerunt ſtare ſententiæ illius, quia iſta promiſſio debet ſtare ſecundum iuris diſpoſi tionem, niſi primi ſint concordes, uide in d. l. ſi dominũ. Adde an electus ter tius à prætore, uel partibus ſit arbiter, uel arbitrator? Bal. conſ. lxxiij. lib. iij. Et an cogantur alij ferre ſententiam, ſecundũ conſiliũ iſtius tertij, Ang. conſ. clij. Et an ualeat compromiſſum factũ in duos, cum poteſtate eligendi tertium? Bal. conſ. cccxxxix. lib. ij. Et an tertius electus, habeat eandem pote ſtatem, quam alij duo, Bal. conſ. xv. lib. v. Et de eo quod dicitur in apoſtillis. uide Bal. conſ. ccccxc.*

d *Cogatur. Hic ergo habere, quòd tertius electus à partibus, unà cum alijs de bet pronunciare. Sed quid ſi à lege, uel ſtatuto datur tertius arbiter, ut ſi dici ſtatũ, q, ubi duo primi arbitri ſint diſcordes, poſſit tertius eſſe, uel de beat tertius præſens eſſe, iſto caſu dicas, q, iſte ſolus tertius poterit ferre ſen tentiam. Liubenus. C. de appell. & ibi Bal. Bar. l. item ſi unus. §. item ſi plu res. ſ̃. eo. l. in offerendis. C. de appell.*

LEX XX.

1 *Arbitri duo tertio abſente, quando poterunt iudicare.*

SI IN TRES. Duo poſſunt iudicare, cõtradicente ter tio, uel tacente, ſecus eo abſente. Idem in duobus iudi cibus contradicente tertio, dũ tamen omnes indicent.
1 De hoc tetigi. ſ̃. eo. l. prox. §. ſi in duos. † No. quòd Inn. dicit in c. Raynal. ext. de teſta. ꝙ ſi arbitri fuerunt ſimul in allega tis, & unuſquiſq; dixerit alleg. ſuas, & unus non potuit tra here alios ad ſuam ſententiam, ꝙ poſteà duo poterunt ꝓ nunciare abſente tertio. Cuius contrariũ dico, in l. duo ex
2 tribus. ff. de re iud. Vlt. nót. † ꝙ in hoc eſt differentia[a] inter
a ius noſtrum, & ius Can. c. fin. ext. eo. tit. lib. vj.

ADDITIO.

a *Differentia. Bar. l. item ſi. §. item. ſ̃. eo. tit.*

LEX XXII.

a QVALEM.[a] Prætor coget arbitrũ ut ſententiet, nõ au
b tem quid iudicet.[b] Item ſi quis aſſumatur ad iudicã dum certum, non ualet iſtud compromiſſum.

ADDITIO.

a *POMA. Qualem. Ro. conſ. cxlj. & cxlv.*

b *Iudicet. Sed quid in arbitratore, utrum poſſit compromitti in eum cum pa cto, quod tali modo ferat ſententiã? Hic dicitur, q, in arbitrio compromiſ ſum eſt nullũ. Adde q, in arbitratore ualet, Ang. l. ſi conuenerit. ff. de re iud. ſed nihil allegat. Sed dic q, pro eo uidetur caſus. in l. j. §. et poſt operis. de no ui oper. nunciat. intelligendo, q, ibi fuit compromiſſum in iudicẽ, prout in arbitratorem, prout neceſſe eſt intelligi, ſecundum Lud. ibi, & conſ. cxlj.*

LEX XXIII.

1 *Sententia dicitur dicta, quando per eam à lite diſceditur.*
2 *Diſcipulus excuſare debet ſententiam magiſtri ſui.*
Sententia illata poteſt mutari, quæ non finit iudicium.

DICERE AVTEM. Sententia dicta uidetur qñ per eam â tota lite diſceditur. Item interlocutoria poteſt

mutari, diffinitiua uerò nõ poteſt mutari, nec ex cauſa erro
1 ris corrigi. h. d. cum l. ſeq. † No. ꝙ tunc dicitur dicta ſenten
a tia, quãdo per eam lite diſceditur. [a] Et per hoc uidetur eſſe caſus còtra arbitros in ciuitate iſta, quí debẽt diffinire cau ſas intra tres menſes ſub certa pœna, Nam quando ꝙ ipſi pronunciant hoc modo, abſoluimus partes ab inſtantia iudicij, ut qualibet remaneat in ſtatuto ſuo, Nam uidetur dicta ſententia, cum per hoc aliter nõ diſcedatur, ut hic. Se
2 cundò no. † ꝙ diſcipulus debet excuſare ſententã magiſtri
b diſtinguendo eam & approbando. Tertiò no. [b] illud, quod dicitur cõmuniter. Interlocutoria poteſt mutari, diſſinitiua
3 nõ. l. iuſsit. ff. de re iud. ita dicitur cõmuniter. Ego † aliter di co, prout dicit Iuriſcon. hic, illa ſententia põt mutari, quæ nõ finit iudiciũ, ſecus in ea quæ finit. Hoc differt multum â præcedenti dicto. Pone enim ꝙ quædam interlocutoria fi nit iudiciũ, quía iudex pronunciauit ſe non eſſe iudicẽ cõ petentem, uel pronunciauit non eſſe procedendũ obſtan te except. rei iud. & ſimilia, poterit ne iudex reuocare iſtam
c interlocutoriã? [c] Certè non, quía iudiciũ finit hic, eſt caſus hic. uide tex. Non enim facio differentiã, an ſit diffinitiua, uel nõ, ſed an debeat abſorbere totũ iudicium, uel non. Et dic ut in d. l. quod iuſſit. ff. de re iud.

ADDITIO.

a *Diſceditur. Cont. Bar. l. inter pares. de re iud. & Bar. per illum tex. l. genera li. C. de dec. lib. x. & Lu. l. j. de re iud. in fi. & dixi in l. ſi quis arbitratu. & hic uide quæ dixit Bar. & ibi dixi poſt Bar. l. fideicom. §. ſi quis decem. de leg. iij. & Bal. l. j. in iij. opp. C. ſi à non comp. iu. Bal. l. in ſiurandum. §. fi. ff. de iureiur. Pan. conſ. xliij. j. col. uol. j. Fel. rub. de re iud.*

b *No. Bal. rub. C. ne liceat tertio prouoc.*

c *Interlocutoriã. Bar. l. poſt ſiñam. C. de ſent. dixi de hac l. in l. Paul. de re iud.*

LEX XXV.

1 *Clauſula in compromiſſo, q, poſſit ſemel & pluries iudicare, & quoties ſi bi placuerit, quid importet.*
2 *Arbiter non poteſt ſuam ſententiam corrigere, nec mutare, niſi ſit ei ſpecia liter à partibus commiſſum.*
3 *Arbiter an debeat unam ſententiã terminare, quando ei ſunt plures contro uerſiæ compromiſſæ per partes.*

QVID TAMEN. Non uidetur dicta ſententia, ſi for
a ma cõpromiſſi [a] non eſt ſeruata. Item ſi ſunt diuerſa capi. põt ſeparatim pronunciari, niſi aliud ſit actũ. No.
b ex hac l. quid reluet [b] hæc † clauſula, ꝙ poſsit iudicare ſe
1 mel & pluries, & quoties ſibi placuerit, nã intelligitť ꝙ poſ ſit iudicare pluries, hoc eſt, in uno capite ſemel, & in alio poſteà, ut hic. Nec põt intelligi ꝙ ſuper eodẽ capitulo, iudi cet pluries, ſiue ſit arbiter, ſiue arbitrator. Nam cũ ſuper una re non poſsint ferri plures ſententiæ. l. j. C. qñ. ꝓuoc. non eſt neceſſ. ita nec plura arbitria. Item cũ ſemel eſt deciſum ꝙ ſententiã arbitri, uel per tranſactionẽ, res deſijt eſſe dubia, nõ poteſt iterum iudicari, nec iterũ tranſigi. l. poſt rem. ſ̃. de
2 tranſact. † Ad hoc ergo ut arbiter poſsit corrigere ſenten
c tiam [c] ſuper eo. c. deberet dici in cõpromiſſo hoc expreſsè, ꝙ poſsit iudicare ſemel & pluries, & ipſum iudicatũ corri gere & mutare. Nam hanc poteſtatẽ arbiter non habet â iu re cõmuni, ut ſ̃. l. ꝓx. Sed puto ꝙ ei poſsit attribui per con ſenſum partiũ, Sicut enim ſunt quidã iudices, quí poſſunt corrigere ſuas ſententias, ut præfecti prætorio. l. ab executore ff. de app. ita etiã põt concedi arbitris. l. nõ diſtinguemus. §. de officio. ff. eo. Et ita conſului in ciuitate Spoleti. Opp. ſ̃. e. l. dicere. Sol. ibi arbiter erat in totũ functus officio ſuo, hic
d non. Quærit glo. quid in dubio, [d] qñ plures † quæſtiones
3 ſunt cõpromiſſæ ſimpliciter, utrũ debeant omnes ſimul ter minari, an poterit ꝓnunciari ſeparatim? Hic tunt opi. Quí dam intelligunt, qd⁹ non poſſunt pronũciari ſeparatim in dubio, & ſic uidetur in nuere hic. Mihi añt uidetur ꝙ debea mus ſic dicere, Aut ſunt plures quæſtiones, quę inferuntur ab una parte ad aliam, & tũc poſsit pronũciari ſeparatim niſi in contrariũ ſit actũ, ut hic ar. l. etiam. §. j. ſ̃. de min. Aut inferũtur plures quæſtiones, hoc eſt una ab una parte, alia ab altera, & tunc debet pronunciari ſimul & terminari pro pter naturam c onuentionis, & reconuentionis. l. j. in fin. ff. quæ ſenten. ſine appell. re. & l. quí prior. ff. de iud.

ADDITIO.

a Compromiſi.Bal.l.poſt ſententiam.C.de ſen.in ,prin.
b Releuet.Quid operantur iſta uerba,ſemel,pluries,ut uidebitur, & placebit.Io.An.in add.Spec.tit.de arb.§.ſequitur.& Bal.l.j.C.ſi aduer.rem iud. & l.eleganter.in prin.de cond.ind.& Cy.l.ſi diuerſa. C. de tranſ. & Lud. rub.de arb.Ant.& Io.c.Quintaudlis.de iureiu.& Bal.l.ij. C. quando pro uo.& l.ij.ff.de iureiur.& Anch.conſ.ccxj.Bal.conſ.cxiiij.iij.lib.Anch.conſilio cxxij.Alex. l.diuerſa.C.de tranſ.& Lanf.q.xvj.Fel.c. præſentata. ult. col.uer.gl.de teſt.& Car.conſ.xxix.
c Sententiam.Bar.§.arbitrorum.Et an arbitrator,qui nulliter eſt arbitratus, poſſit iterum arbitrari?Bal.l.ſi.C.de cont.emp.Ex hoc dicto uidetur inferri intelligẽti,quia licet regulariter tranſactio ſit de re dubia,l.j.C. de tranſ. tamen etiam per partes poſſit fieri ſuper re certa, ut hic innuit, facit quod ipſe no.in l.aquiliana.ſ.de tranſ.& in l.ſi de certa. C.eo.ubi idẽ tenet,quod Bar.hic,pro hoc,quia tunc impropriabitur uerb. tranſactio, & ualebit ut pactum.l.inſulam.de præſcript.uer. & Io.But.& Sal.l.age.C.de tranſ.& Cy.l.ſub.prætex.ſpecierum.eo. tit.in quarta opp.& quod arbiter,ſiue arbitrator,nõ poſſit eius ſententiã mutare,etiã incontinenti,Card.conſ.xxix. Fulg.conſ.cxiiij.Cuma.conſ.xvj.col.j.& cxlij.col.j.uer.ad primum quæſtum. Anch. cõſ.cxj. quod ſi arbitrator ſibi in laudo reſeruaſſet poteſtatem declarandi,q,tamen non poſſit mutare.conſ.ccxxj.& Ro.rub.de arb. uer. ulterius Archid. Card. & Alex.c.ex his.xij.q.j.Et Frid.cõſ.lxxxviij.Spec. tit.de arb.§.fi.uer.licet autẽ.uidetur uelle,q,poſſit incontinenti mutare l.ſi ita.j.de hær.inſt.& c.præterea de teſt.cog.Boich.c.cùm olim.de arb.Et intelligit incontinenti,ſcilicet,antequam diuertat ad extraneos actus.Vel intelligas incontinenti, prout intelligitur in d.c.præterea. uidetur tamen, q, dictum Spe.intelligi debeat in acceſſorijs, quia tunc arbitrator bene poterit mutare.Gl.l.quia arbiter.ĩ.eo.Ro.ſing.dlxxxviij.
d Dubio.Bar.ĩ.eo.l.de rebus Lanfran.in trac.de arb.& ſeq.q.xvj.Fel.c.quoniam.de re iud.

1 Sententia declaratoria in perſonalibus,ualet,ſicut in realibus.
2 Sententia iudicis per uerb.uidetur,ualet.
3 Teſtis dictum per uerbum uidetur,quando ualeat.
4 Iudex in ſententia abſolutoria poteſt imponere actori ſilentium.

1 ¶ SI ARBITER. Qui pronunciat,nihil uideri debitũ, debitorẽ abſoluere uidetur. Tu habes hic primò, † q in perſonalibus, ualet ſententia declaratoria, ſicut in realibus.l.ſi prætor.in prin. ĩ. tit.j.& l.ij.Pomp.§.ſed & his.ſ.
2 de proc. Videbitis in l. & ex diuerſo.ĩ.de rei uend.† Secun-
a cundò no.de eo,quod dicit uideri. a Nam per hoc ſententia dicitur incerta.l. diuino. §. fin. de lib. cauſa. Et hoc facit ad
3 † dicta teſtiũ, qui dicunt,iam ſunt decem anni, ut mihi uidetur,quòd ex hoc,dictum teſtis non uitiatur.Dices tu q' iſtud arg. non procedit, Nam iudex debet iudicare ſecundum iudiciũ intellectus,cui cõgruit iſta dictio,uidetur.Eodem modo congrueret aliquibus medicis, uel peritis in arte, q̃ adhibent ad iudicandũ, utrũ mulier ſit prægnãs, uel utrũ ſit remãſura cicatrix, uel ſimilia. l. j. §.j. de uẽt.inſpic. Sed teſtis debet teſtificari de his quæ pceperit per ſenſum corporeũ.l. qui teſtamẽto.in fi.ĩ.de teſta.& l.j.in fin.ĩ.de his quæ in teſta. del. Ergo hæc dictio,uideri,prout refert ad iudicium intellectus,habet utiiare dictum teſtis.ꝛ. Teſtis debet reddere cauſam per ſenſum corporeum, non omnino ſeparatum ab intellectu,imò unitum cũ intellectu.Aliàs furioſus & pupillus poſſent teſtificari, quia habent ſenſum, licet carcant intellectu, quod eſt falſum. Vnde ſi teſtis rederet cauſam ſuam per uer.uidetur, v.g.dicit teſtis,Mihi uidetur, quòd Titius poſſederat,iam ſunt decem anni, & ultra, iſtud non ualeret, ſed ſi diceret quòd ego uidi Titium poſſidere, & ſic primò præmittit ſenſum corporis, ſcilicet, uiſum interrogatus quãto tempore, dicit decem annis, ut
b ſibi uidet,b iſtud teſtimoniũ ualet, q̃a ẽ iudiciũ c intellect°,
c unitũ cum ſenſu corporeo.Ita debet intelligi iſte tex. † Ter-
4 tiò no.practicam, quòd in ſententia abſolutoria poteſt iu-
d dex imponere actori ſilentium tantùm. d Et ſi hoc non imponat expreſſè, uidetur tacitè imponi, hoc intelligitur ex hoc tex. ibi, non uetuiſſet petere.

ADDITIO.

a Videri.Bar.l.j.in prin.de uent.inſpic.gl.l.diem proferre.§.ſi plures. ĩ.eo. l.ſi duo.in gl.ĩ.eo. Quid autem in teſte deponente? Nam mihi uidetur dicẽdum,quòd non probat ſecundũ Bal.l.data opera.C.de his qui acc. non poſ. de teſte deponente per uerb.uidetur,uel uiſu ſuo,Ang. in repetitione.l.ſcẽdum.de uerb.ob. ſed quid ſi teſtis dicit ſe ſcire? Dico quòd cogitur iterũ tem dicere. ergo ualet eius teſtimonium, aliàs fruſtra cogetur.Iac.de Aret. l.j.§. quod obſeruari. C.de iur.& dicit, quòd teſtes qui dixerunt heri,non credo,poſſunt dicere hodie,credo:& qui dixerunt heri neſcio, poſſunt hodie dicere, ſcio, quia poſsibili ueritate in eſſe poſita, nulla ſequitur neceſſariò falſitas.Bal.c.i.§.notandum.de nau. fœ.& gl.l.de tutela. C. de in integ. reſt.& ibi Bal.& quod dixi in l.eos.ſecundũ Bal.ĩ.de ſil.Et de teſte dicẽte, neſcio.Bar.l.de ætate.ĩ.de minor.Et an teſtes deponãt de credulitate,c.quoties,et in c.tã literis.ext de teſtib.& Bar.l.ij.§.idẽ Labeo & quod ibi dixi, de aquaplu.arcẽ.Quid ſi teſtis dicit,ita ẽ niſi fallor. Et dic q, ꝓbat, Bal.l. in prin.de iuſ.& iur.& Ang.qui ſubdit idem eſſe in uer.uidetur. Alex.cõſ. xv.& conſ.ix.j. lib. & Ang.conſ.iiij.quando teſtis deponit de credulitate, c.j.de iud.Taſ.l.ſi is qui.de uſuc.poſt Bar.
b Videtur.Mod.cle.j.de iud.Car.conſ.lvj. Niſi eſſet probandum tempus determinatum,nam tunc teſtis ſic deponens,non probaret, Alex. conſ.x.col. fin.uer.item teſtis.ij.uol.& ibi quod ſi deponit ſuper quantitate,non probat deponendo per uer.uidetur.Bar.in tract. de teſtib.col.j.
c POMA.Iudicium.Cy.Bal.& Sal.l.teſtium. C.de teſtib.Io.And.in add.Spec. tit.de teſt.Bal.l.ſi ſeruus legatus.§. qui quinq;.per iſtum tex.ff.de leg.j.& l.conuenticulam.C.de epiſc.& cleric.& l.ſiue poſsidetis. C.de prob. Alex. conſ.cix.& cxxxiij.& conſ.ccix.et conſ.cccxxxviij.Bar. conſ.x.nol.ij.Bar. conſ.xc.Bar.conſ. xxix.uolum.j.Carn.conſ.lvj. Panor.c.j.ultim.no.& ibi doc.de iud.
d Tantum.Bar.l.uiro.ſol.mat.

§.POMP.Sententia arbitri incerta,eſt nulla.

1 Sententia arbitri,qui condemnauit Titium in centum,& ſi non dederit intra x.dies,condemnaut in trecenta,non ualet.
2 Arbitri ſententia lata ſuper pœna ut ualeat conſilium.

a ¶ ITEM ſi arbiter. Arbiter non poteſt pronũciare ſuper pœna.a No.quod dixi in ſummario.Per hoc † dice-
1 bam, ſemel, q̃ ſi arbiter condẽnauit Titiũ in centũ ſoluenda intra decẽ dies,& ſi intra decem dies nõ ſoluerit,condemnat eum ad trecenta. Quod talis ſententia non ualet quò ad trecenta,& codẽ modo ſi dicat, ſi non dederit hinc ad menſem,ſoluat tm̃ nomine alimentorũ, quod nõ ualet.
2 Eſt ergo † conſiliũ b quod dicat ſic,Condẽno eum ad trecẽ-
b ta ſoluenda intra annũ,hoc acto,q̃ ſi centum ſoluerit hinc ad octo dies,talis debeat eum liberare à tota ſumma, & ex tunc ſit liberatus.Et eodem modo dicas in ſimilib.

ADDITIO.

a Pœna.Spec.& Io.And.§.ſpecies.de ſenten.uer. quid ſi iudex præcipit.dixi in l.terminato. ut per Bal.in add. Spec.tit.de ſentent. Adde quod ſi arbiter laudauit, q, ille qui non obſeruauerit laudum,ſoluat mille duci Mediolani, & unus contraueniat. an non contraueniens poſsit agere ad mille? Anch. conſilio primo.
b Conſ.Bal.cont.l.j.C.de ijs quæ pœ.no.Spec.in tit.de ſenten.& in §.ſpecies. uer.ſed nunquid iudex.& dixi poſt Bar.l.j.in fi.ĩ.ſi quis ius dicen.Ang.& Imo.l.ij.de pub.iud.& Bal.l.cum allegas.in ult.col.C.de uſur.

LEX XXVI.

SI CVM DIES. Si per arbitrum ſtetit, quòd minus daretur ſententia, cogitur pati de nouo in ſe compromitti.Dic ut in l.idẽ Pomp.§.ex compromiſſo.ĩ.eo.

a ¶ PLENVM. Plenum cõpromiſſum dicitur,q̃n ſit de o-
¶ mnibus litibus a & quæſtionibus, & cõpromiſſum generale non porrigitur niſi ad ea,de quibus eſt ſpecialiter actum.

ADDITIO.

a Litibus.Bar.l.aquiliana.ĩ.de tranſ.& Bal.l.j.C.de arb.quod no.

a ¶ SI QVIS. Impeditus ex iuſta cauſa,contra petitionẽ
¶ pene eſt tutus a exceptione, ſi paratus eſt denuo compromittere.

ADDITIO.

a Tutus.Aduerte tamen quod in caſu huius §.uidetur,q, non uidetur currere tempus,per id quod dixit poſt Bar.l.ſi quis arbitratu.de uer.ob.

a ¶ SI ARBITER. a In ea ciuitate eſt ferenda ſententia b
b ¶ in dubio,in qua factum eſt cõpromiſſum,uel in contenentibus ædificijs,ſm qualitatem perſonarũ.Item citatio facta ad locum inhoneſtum, non arctat citatum.

ADDI-

ADDITIO.

a POMA.Arbiter.Oria.in trac.de arb.Barb.conſ.xviij.uol.ij.
b Sententia. Quæro ſi arbiter non eligat locũ,de quo intelligatur? Dic q, de loco compromiſſi.Ia.But.l.ſi locus.ff.de iud.Bar.l.ſi ut proponis.C.quò & quando iud.adde an arbiter poſsit prorogare locũ?Bal.conſ.ccxix.j.li.& ibi uide quid ſi ſit dictum q, poſsit probare ſemel,pluries.

2 Morę purgatio in iudicijs quando eſt dies, & pœna,nõ admittitur in pertinentibus ad deciſionem.
3 Moræ purgatio admittitur ſoluendo interueſſe.

a ¶ INTRA QVANTVM. Vbi eſt pœna,nõ dies,a ad-
¶ mittitur purgatio moræ uſq; ad lit.conteſ.Vbi uerò eſt pœna & dies, morę purgatio nõ admittitur de neceſsitate.Sed ſi ſponte receperit, petitio pœnæ tollitur.h.d.cum
1 duab.ſeq. † No. q' mitius agitur b cum l.cũ cum homine,
b q' qualiter procedat, dixi in l.amplius.rem ra.ha.ubi Dy.
2 tangit,† Item no.q' in iudicijs ubi eſt dies, & pœna nõ admittitur purgatio moræ, q' eſt uerũ in his quę pertinẽt ad deciſionẽ, ſecus in his quæ pertinent ad præparationẽ,l. &
3 ſi poſt tres. ſ. ſi quis cau. Item no. † q̃ admittitur purgatio morę ſoluendo intereſſe.Itẽ ex hoc §.fundo quandam opi. Per.de qua dicã in l. diem proferre.ĩ.eo.Materiam aũt purgationis moræ dixi in d.l. ſi poſt tres.& pleniſsimè in l.ſi inſulam.de uer.ob.& Cy.C.de pac.l.ſi pacto.

ADDITIO.

a Dies. Sed quid ſi dies erat expreſſa quæ tacitè inerat,Bar.l.iij. de leg.ij.& de iſto tex.uide quæ dixi in l.ſi duo.j.eo.tit.
b Agitur.Bar.l.ſi inſulam.de uer.ob.

LEX XXVIII.

CELSVS AIT.

a ¶ IDEM AIT.a Si caſu,uel facto creditoris ſteterit,quò
¶ minus intra diem pecunia ſoluat, ex poſteriori mora
b reꝑcena cõmittitur. No. q̃ tot. die allegat,b duo ſunt præcepta arbitri, ad q' l. hæc ſcriptura. ĩ. de cond. & dem. Item no.q̃ ex parte actoris admittitur purgatio moræ quò ad cõmiſsionem pœnalis ſtipulationis. Contra hoc uidetur l.thais.§.intra.ĩ.de fideicõ.liber. Dic ut dixi in l.qui Romæ.§.Flauius.& l.ſi inſulam ĩ.de uer.ob.

ADDITIO.

a POMA.Idem ait.Alex.l.lecta.ij.no.ff.ſi cer.pet.& Imo.conſ.xj.
b Allegatur.Bald.l.j. de his quæ pœ. no.& ibi limita ut per Gul.l.quarta.§. quæſitum in fi.ſi quis caut.Et c.cùm dilectus.de dolo & contu.Bal.l.ſi mihi & ibi.§.j.de leg.j.& in rub.C.com.uel epiſt.in fi.

LEX XXX.

a LABEO. Licet nõ ualeat ſententia, ualet prorogatio a
dici. Item diẽ prorogare intelligitur cũ omnibus qualitatibus præcedẽtibus, de quibus nihil põt mutare.

ADDITIO.

a Prorogatio.Sed in quo loco prorogatio poteſt fieri, Bal. auth.ei qui. C.de temp.appell.

¶ SI PER FIDEIVSS. In progatione termini,debẽt
¶ fideiuſſores iterũ promittere, uel alij ſimiles adhiberi.

LEX XXXII.

a DIEM PROFERRE. Interlocutoria quæ cauſæ cognitionem non deliberat,abſente parte põt proferri.Opp.l.à præcedente a.C.de dilat.Sol.ibi loquitur de interlocutoria,quæ cauſæ cognitionẽ requirit,& tunc requiritur patris præſentia, hic non l.ſed interpellatur.§.j.ĩ.e. l.tertia. §. ſi cauſa cognita.ĩ. de bo.poſſeſſ.& Dy.l.quod iuſſit.ĩ.de re iud.& ibi dixi.

ADDITIO.

a Procedente.Sed quid ſi eſt data poteſtas arbitro prorogandi,ſemel,bis,aut pluries?Dixi in l.qui bona.§.j.de dam.infec.

1 Conditio implendi tranſit ad hæredes.
2 Cõpromiſſi inſtantia ad hæredem non tranſit, etiã ſi ſit in cauſa cõcluſum.

a ¶ SI HAEREDIS. a Cõpromiſſum non tranſit ad hæ-
¶ redem, niſi ſit actũ, effectus aũt ſniæ arbitri, ad hæredẽ
1 porrigit.No.uer.nec utimur.Ex quo † appa-
* Ius. Nõ uerò fi- ret, q̃ ius* implendi conditionẽ tranſit ad
ctum. Vt ſi le- hæredem, q' ideo quia habebit diſpoſitio-

nem præcedentẽ, no.l. plures. C.de cond.inſer. Ego latius in l. ſi decẽ cũ petiero. ĩ.de uer.
2 ob. Item no.† inſtantia compromiſſi ad hæredem non tranſit,etiam ſi erat in cauſa concluſum, & deliberatũ erat per arbitrũ, quid facturus erat,Inn. c.ex parte ext.e.c. fi.Itẽ quæritur in gl. quid ſi erant plures ex una parte, & alter eſt mortuus? Dic ut in gl.

gatum tibi relictum ſit, ſi T. x.dederis,hæredi eiuſdẽ dato,nihil agis l. cium ita datur. de cond. & demõ.Si uerò dictum ſit. Si hæredi x.& c.Etiam in hæredẽ hæredis impleri poterit:l.ſub diuerſis.eo.Hæredis enim nomen,iuris eſt. l.cùm hæredes.de acq.poſ. I.Con.B.

ADDITIO.

a Si hæredis.Iſte §.habet locũ coram arbitratore,Bal.l.fin.in ult.q.C.de cõt. emp.Bar.l.ſi quis arbitratu.de uer.ob. Sed quid ſi cõpromittens erat de collegio,uel de uniuerſitate? uidetur q, non expiret morte compromittẽtium, l.proponebatur.& ibi per doc.ĩ.de iud.& Dy.l.ſi grege.de leg.Ang.conſ. ccxlvij. Caſ. conſ.xxx.& xxxj.Bal.conſ.ix. iiij. li.Lan.char.xx.& ſequenti.uer.ſol.
b POMA.Item Caſt.conſ.xxx.in fi.
1 Arbitri ſententia non reducitur ad arbitrium boni uiri.
2 Qui poteſt cognoſcere de iure & de facto, & ſentẽtiare,ſecundùm formã iuris,arbiter eſt,& non arbitrator.
3 Arbitrator,qui debebat ſententiare ſecundùm formam iuris,ſi ſententia eſt cõtra ius,eius ſententia non ualet.

a ¶ STARI.a Sententiæ arbitri,etiam iniquæ,eſt parendũ
b ¶ metu pœnæ.No.q̃ ſentẽtia arbitri non põt reduci b ad arbitriũ boni uiri,ut hic,& ſ.e.l.iiij.gl. parua.ſuper uer. bonum. Videbitis in l.ſocietatẽ, §. arbitrorũ.ĩ. pro ſoc.nec poteſt appellari,ſm cõmunem opin.l.j.C.co.de qua dixi ſ. eo.l.j.& ij. Et ideò quidã dicunt in ſententia uolentes tollere iſta remedia,uiam arbitrorũ eligentes,ſic,pnunciamus. Et ego cõſului,non ſunt multi dies elapſi, q̃ fuit cõpromiſſum in aliquem, q̃ poſsit cognoſcere de iure,& de facto ſententiare,an debeat ſm formam iuris? Et determino q' ſi iſte arbiter,& non arbitrator,ut dixi l.ſocietatẽ.§.arbitrorũ. Modò iſte † dixit ſententiã contra ius, nunquid debeat
3 ſtari eius ſententiæ? Videtur caſus, q̃ ſic,ut hic. Cont.c dico
c q̃ hic fuit compromiſſum ſimpliciter,ſed in quæſtione prout poſita fuit dictũ, q̃ pronunciaret de iure,q' non fecit,& ſic exceſsit formã cõpromiſſi, q' non põt,ut in l. non diſtinguemus.§.de officio.ĩ.eo. & ideò eſt ſententia nulla.

ADDITIO.

a Stari.Limita iſtum tex.niſi ſententia arbitri eſſet expreſsè contra ius conſt. quia tunc eſt ipſo iure nulla? l.apud Celſum.§.item quæritur.de doli excep. facit.ij.C.quando prouoc.non eſt neceſs.Io.l.filiusfa.de do.& gl. hic.Limitat Fel.c.j.ult.col.ext.de conſt.Alb.& doc.l.pe.C.de pac.
b Reduci.l.iij.C.eo.& quod ibi dixi. & Bal.l.eos qui.§.ne temere.C.de appel. Barb.conſ.xviij.uol.ij.
c Cont.Dixi poſt Bar.§.arbitrorũ.& ibi Bal.l.ſi.ĩ.de iuſt.et iur. An diſpoſitio huius §.habeat locum de iure can.Im.ĩ.l.nemo poteſt.de leg.j. Cont.reſert ſe contuliſſe Bal.l.iij.ĩ.de leg.j. De cuius tamen ueritate uide Fel. plene in c.cauſam quæ.uer.ſequitur Bar. de re iud.Caſt.l.ſi.ff.de iuſt.& iur. Ro. rub.ĩ.eo.Pan.conſ.xlij.in j.uol.& in c.cũ delicta.de reſcrip.& in d.c.cauſam quæ. de re iud.Imo.c.quintaudlis.de iureiur.& Io.Bapt.in rep.l.omnes.ff.de iuſt.& iur.ubi dicit opi.Bar.hic eſſe cõmunem.Cont. Bal. c. conſanguinei.de re iud.conſ.clxxj.ante finẽ.& conſ.cccl.incip.Io.Frid.in iiij. uol.Lanfran.char.xxij.& ſeq. q.j.Ro. conſ.xxvij. in iij.dub,Fel.c.j.in ult. col.de conſt. & c.ſi.de præſumpt. Barb.conſ.xliiij.uol.j.Fel.c.ij. de re iud. Hanc opin.Bar.dicit communem Imo.d.c. ex inſinuatione.& Fel. cùm dilecta.de reſcrip.Et pro opi.Bar.conſuluit Raph.conſ.cclxxx.& Barb.cõſ. xliiij.uol.j.& Aret.conſ.lxix.

1 Arbitrorum duorum ſententia condemnantium in maiori, præualet ſententiæ tertij iudicantis in minori.
2 Summa minor in maiori in pluribus teſtibus diſcordãtibus, & quomodo.
3 Teſtibus duobus affirmãtibus,quando magis reddatur,q̃ mille negantibus.
4 Teſtibus negantibus quando credatur, ſicut affirmantibus.

a ¶ SI PLVRES. a Si arbitri plures numero diſcordãt,b
b ¶ non ualet ſententia, aliàs ſtatur dicto maioris partis,& omnes uidẽt in minorẽ ſummã conſentire.Opp.ĩ.de re iud.l.duobus.Sol.hic loquitur in arbitris,& ibi in iudicibus delegatis,quorũ ſi diuerſæ ſunt ſententiæ,eſt in ſuſpen-

so, donec approbet per superiorē, in iud. cibus, ordinarijs
1 dic ut l. Pomp. & l. inter pares. ff. de re iud. Quærit † gl.[c] hic,
c qd si unus cōdēnat in quinq, alij in duo, alij in decē Old. dicebat prætialere duorū sententiā. Gl. tenet cp ualet sentē tia eius, qui condēnauit in quinq. Opi. Ol. est approbata,
2 ext. eo. c. fi. in j. † Quærit gl. no. & inducit in arg. ad unam q. pone, unus dicit cp res ualet centū, & non plus. Duo dicūt, cp res ualet ducenta, an standum dicto unius, q minus dixit? Gl. dixit cp non, imò magis standum duob. affirmantib. cp
d mille negantibus.[d] Contra istam gl. uidetur tex. ff. de uent.
3 in sp. l. j. §. j. ubi † tantū creditur affirmantibus quantùm negantibus, & non plus. Sol. dicit Old. Aut testis deponit nō cognoscere illo actus, de quo interrogatur, ut quia dicit se nescire, & tunc creditur magis duob. affirmantibus q mille hoc modo negātibus. l. hæredes palam. in prin. ff. de test. ita debet intelligi ista gl. Q cp testis deponit eius actū, de quo interrogatur, contrariā assertionē, ut qui nō solùm dicit se nescire, imò dicit se scire, cp hoc non est, tunc est recurrendū ad materiā l. ob carmen. §. fi. ff. de testib. ut inspiciatur numerus testiū & dignitas, & alia quę sibi ponuntur. Nam tantū creditur affirmantib. quātùm negantib. Et hoc in his quæ facti sunt in quib. testificaē per sensum, in his uerò quæ cōsistūt in artis peritia, de quibus quis q cp adhibetur ad iudicandum, ut medici, & obstetrices, tunc tm creditur affirmantib. quantùm negantib. l. j. §. j. de uen. insp. dic ut ibi.

ADDITIO.

a Plures. Limitat Bal. l. j. C. de sen. quæ sī. cer. quant. & in l. sī. C. de re iu. gl. c. j. ext. e. vj. limi. Bal. l. j. C. de test. & Arch. iij. q. ix. nihilominus. & Bal. l. j. C. si aduer. rem iud. Lanf. in tract. de arb. q. xij.

b Discordāt. Bar. l. inter pares. ff. de re iu. uoluit q, arbitri possint absolui ab instantia iudicij. Sed allegatur per aliquos cont. uoluisse in hoc §. si plures. Sol. In rei ueritate Bar. in hoc §. non loquitur unum uerbū. Quò aūt ad illum articulum, an stetur maiori parti ex pluribus iudicantibus, maximè in ea parte, in qua cōcordant, se remittit ad Io. An. c. j. de arb. in vj. & sic idē dicit ubiq.

c POMA. Quærit gl. Fel. c. cùm inter. de re iud.

d Negantibus. Bal. d. l. hæredes palam. & tmo. l. inter pares. de re iud. §. j. Et cum ista gl. concor. c. nihilominus. iiij. q. ix. & Io. An. c. j. de arb. in vj. et quæ dixi post Bar. l. cùm furti. de in lit. iur. & Bal. l. ij. C. de rese. uen. & ibi Sal. Bar. c. cum ecclesia. de cau. pos. Fallit in criminalibus, ubi magis ad excusandum creditur duobus negātibus, q̄ duobus affirmantib. quo casu ad purgandum innocentiam, admittitur testes domestici, tac. ru. ff. de iur. & iu. & v. limit. Limitat Ias. l. ut uim. ff. de iur. & iu. Ro. l. qui bis idem. de uer. ob. Et quò procedat, cons. uer. teste. cons. inci. duo testes.

1 Sententia per arbitrum ferri non potest in absentem, etiam contumacem, nisi sit dictum in compromisso.

a §. SI QVIS LITIGA.[a] Arbiter non pōt ferre sententiam parte absente, etiā per contumaciā, nisi sit actum. Item qui impedit arbitrū sententiare, incidit in pœnā, ac si sententiæ nō pareret. Primò ponit dictū, secundò illud
b probat per rationē. Secūda ibi proinde. No. istum tex. & so-
1 lenniter † cp non potest ferre sententiā per arbitrum, etiam
c parte absente per contumaciā, nisi sit actum[c] in compromisso no. cp ille qui nō uenit quasi impedīēs sententiā, incidit in pœnā, quòd intelligo nisi sit actū, ut eo absente possit ferre sententiā, tunc enim licet sit contumax, non impedit ferri sententiā. Et ideò non incidit in pœnam, eo ipso cp contumax est in non ueniendo, sed inciderēt si sentētiæ nō
d pareret,[d] doc. l. fi. C. co. & Inn. ext. eo. c. ex parte. † Quæro qd
2 in arbitratore, utrùm possit ferre sententiā absentibus partib. Dic. ut C. de cont. stip. l. fi. & l. si quis arbitratu. j. de v. ob.

ADDITIO.

a Litigatorum. Bar. l. ij. s. de iur. om. iud. & ad istum §. uide oēs in l. ij. C. eo.

b POMA. Tex. tmo. conf. xl. aliàs. clx.

c Actum. Quid si isto casu arbiter tulit sententiam, parte non citata? Dic quòd laudum est nullum. Spec. tit. de arb. §. excipitur. Sed pone & ibi Io. And. in add. & quod no. moder. l. si sic. de le. j. & Bal. sequitur in l. eos. §. apostolos. C. de appell. & moder. l. filiusfa. de dona. ibi Bar. & gl. hic, uer. probatur. Bal. post doc. l. si ex consensu. non ualet sententia arbitri parte absente, non citata, nisi dictum sit in compromisso. Bar. & Io. c. quintaullis. Bal. hic, & tmo. l. si quis arbitratu. de uer. ob. & ibi dixi. & c. dilectus. de arb. adde an pars debeat citari in approbatione laudi, Bal. cons. cclxij. li. j. Pe. de Anch. cons. cclxx. Ro. consilxj. & lxxij.

d POMA. Pareret. Bal. rub. C. de iur & iur.

2 Præsentia potest esse sine intelligentia.

1 a §. CORAM. † Coram aliquo dicitur fieri, si est præsens & intelligit, aliàs secus. j. de uer. sig. l. coram. Allegauit[a] nūc §. se in q. † contra quendā notariū, qui de falso in-
2 strumento reprehendebatur. Dicebat enim instrumentum
b actum præsentibus talibus,[b] testes ibi dicebāt cp nihil sciebant, notarius probauit, cp ibi fuerunt corporaliter præsentes. Certè nō bene scripserat, quia aliud est esse præsentē, & aliud intelligere. C. de error. aduo. l. j. & ibi no. in quadā gl.

ADDITIO.

a Allegauit. Alex. cons. xliij. iiij. uol. Fel. in proœ. decre. Alex. l. ij. §. uoluntatem. uer. in gl. & uer. sed si absens. fol. ma. Ca. cons. xxiij.

b Talibus. Bal. d. l. j. Bar. in tract. de testi. uer. testis dicit se aliquid scire, quia præsens.

2 Pœna cōmittitur, ubi nuda conuentio præcedit & stipulatio pœnalis sequitur, sicut si stipulatio uestita præcederet.

3 Cōpromisso facto per stipulationē, sine pœna, an ex sententia oriatur actio.

1 a §. SED SI pœna. † Si cōpromissum est stipulatione uelatum, absq adiectione pœnæ, arbiter cogetur sententiam dicere. Vides ergo cp omnes ll. præcedentes, quæ
a loquunt de pœna adijcienda[a] in cōpromisso, intelligunt q̄ promissum est parere arbitrio, pacto modo, nam si per
2 stipulationē, non est necessaria pœna. Ex † hoc ego concludo, cp in l. si cum dies. §. fi. ff. e. est casus pro opi. Vltramon. cp ubi præcedit conuentio nuda, & sequitur stipulatio pœnalis, eodē modo cōmittitur pœna, quo cōmitteretur si præcederet stipulatio uestita, plenè dico j. de uer. l. si ita stipulat[a].
3 Sed quæro † an isto casu quo cōpromissum fit p stipulationem sine pœna, oriatur actio ex lententia, ac si pœna esset inserta, de quo no. Cy. l. j. C. eo.

ADDITIO.

a Adijcienda. No. qualiter debeat intelligi id quod dicitur, in compromisso requiritur pœna. Bar. C. eo. tit. l. cum anteà.

LEX XXXIIII.

1 Sententia lata pro fideiussore, non porrigitur ad principalem, secus cōtrà.

a §. ADVERSVS. Si ab eo petatur, ad quē exceptio rei iudicatæ porrigitur, pœna cōpromissi cōmittitur, aliàs secus. No. istam l.[a] cp sententia lata pro † fide-
1 iussore, nō porrigit ad principalē, secus ecōtrà. l. duob. §. j. j. de iureiu. licet in cont. faciat l. fi. j. e. ti. circa si. Dic ut ibi dixi.

ADDITIO.

a Istam l. Bar. l. fi. j. de iureiur. & l. duobus. §. j. eo. tit. Bar. in l. ex duobus. iiij. q. de duob. re.

LEX XXXV.

a §. SI QVIS.[a] Is cuius facto soluitur cōpromissum, incidit in pœnā. Item pœna quæ apponitur loco contemptus, potest peti unà cū principali. Op. l. si quis à socio j. pro soc. & de act. emp. l. prædicta. Sol. hæc pœna apponit loco contemptus, ibi loco interesse rei.

ADDITIO.

a POMA. Quis. Quid si cōpromissum est in arbitratorem, postea itur ad iudicem, an soluetur per lit. contest. an per sententiam, Mar. l. qua fidem. ff. de transf. Et ad id q, dicitur de pœna contemptus, quæ petitur unà cū principali. Adde tex. in l. ubi pactum. & ibi Bar. in tit. col. C. de transf. Bal. limitat & Card. cle. quandiu. de appell. Et Bal. l. cùm proponas. C. de transf. Ro. cons. cccxcviij. Bar. l. ita stipulatus. in ult. parte. uer. ult. opp. de uer. ob. & Rom. cons. cccxxxij. ij. dub.

LEX XXXVI.

ITA DEMVM AVTEM.

1 Conditio tacita impedit natiuitatem actionis.

a §. SED ET SI QVIDEM.[a] Pœna cōpromissi habet in se tacitam conditionē, ut contra eius exactionē, doli obijciatur exceptio. h. d. in princ. ibi, cōmittitur. i. committa sub hac conditione exigitur. Opp. in prin. dicitur cp stipulatio habet conditionē, si nihil dolo fit. In fi. dicitur, cp si fit

si fit aliquid dolo, habet locū exceptio doli. Cont. si fit dolo, stipulatio non cōmittitur, quasi deficiente conditione,
1 ergo exceptio non est necessaria. Dic gl. no. † Ista conditio ineat tacitè, & tacita conditio non impedit natiuitatem actionis, l. conditiones extrinsecus. j. de cond. & demon. l. itē quia s. de pact. Et ideò dicas cp ineat tacitè cōdictio exactioni, non cōmissioni stipulationis. Opp. qñ aduocatus corrumpitur, habet locum in integ. resti. l. j. C. de aduoc. diuer. jud. ergo non habet locū actio de dolo. Sol. dic cp actio de dolo competit hic ad certa damna.

LEX XXXVII.

NON DISTINGVEMVS.

a §. SACERDOTIO.[a] No. cp sacerdos potest esse arbiter, quod intellige in simplici sacerdote, secus si est monachus, uel aliàs regularis, quod dic ut in l. pedius. s. e.

1 Compromissum non potest fieri de crimine, quando agitur criminaliter, etiam si pœna sit pecuniaria.

2 Transigi quando pōt super crimine, potest & in arbitratorē cōpromitti. Arbitramentum est transactio.

1 a §. IVLIANVS. De causa meri & mixti impe. uel de causa status, nō potest cōpromitti. Quærit gl. † utrùm hoc sit uerū, siue de crimine agatur ciuiliter, siue criminaliter. Et determinat cp debeat intelligi, qñ criminaliter, Nam si ciuiliter, tunc posset compromitti. l. quid ergo. §. ex compromisso. s. de his qui no. infa. Et assignat rationem, quia quilibet solutēs pœnā pecuniariam liberaretur, & cuitaret pœnam corporalē. Innuit ergo gl. cp si de crimine imponeretur pœna pecuniaria, posset cōpromitti, & pronunciaret arbiter pœnā dandam fisco, si nō pareatur, pœna compromissi cōmitteretur parti, l. arbiter intra. j. eo. Hoc non placet Iac. But. quia per hoc lædereē ius fisci. [a] Pro hoc j. prox. §. ibi, eadem dicenda sunt, &c. Nec ob. ista gl. quia hęc ratio nō est generalis. Nec ob. l. arbiter. j. eo. quia ibi id quod de ducebatur in cōpromissum, totum pertinebat ad partem.
2 † Item quærit gl. nō regulariter, per eandem rationē. Tu dicas, cp trāsactio, per quā præiudicatur omnibus, nullo modo ualet. l. transigere. C. nec transac. Sed transactio, per quā præiudicatur transigenti super istis criminibus, ualet quā-
b doq. d. l. transigere. Et[b] per hoc dico, cp codē modo licet cō promitti in arbitratorē, quo licet transigi, quia transactio est. Et sic istum. §. intelligo, quòd non potest compromitti in arbitrum.

ADDITIO.

a POMA. Fisci. Abb. cons. lxxvij. ij. uol. Ro. cons. clv.

b Et Io. An. in tit. de arb. §. potest. uel §. seq. in add. in c. incip. dicit Gul.

1 Statutum quòd omnes causæ compromittantur, non comprehendit causas misti imperij.

a §. DE LIBERALI.[a] Gl. hic quærit, quid in ascriptitijs, & in conuētione & monachatione, matrimonio. Et respondet, cp idem. Itē quæro quid in causis misti imperij. Dic qd idem, l. idem Pomp. si de meis. s. eo. Et ibi no. dicit gl. Et quòd sit uerum, dicit gl. probo per l. C. ubi & apud
1 quem. & ext. eo. c. pe. Ex hoc dicebam, cp † statutum huius ciuitatis cp præcipit omnes causas compromtti, non por-
b tigitur[b] ad causas misti imperij. Sed quæro quid de libertate ecclesiæ? Dic ut ext. eo. c. cùm tempore.

ADDITIO.

a Liberali. c. causam. de rest. in integ. Sed utrùm de causa liberali, arbiter possit cognoscere incidenter, licet principaliter nō, uidetur quod sic, l. quoties. C. de iud. quam dicas habere locum in arbitro. l. cum proponas, & ibi Bal. C. de reb. cre. & gl. fi. hic in fin. & l. interdum. §. qui furem. & ibi Bar. de fur. Ro. cons. ccxcix. Lanf. in trac. de arb. uer. compromissum. & Ro. cons. cclxij. & cons. cxcix.

b Porrigitur. Bar. j. ea. l. §. quæsitum. Sed stante d. statuto, quæro, quis est ciuis Florentinus, non habet domicilium, habet alibi, an ibi possit cogi per consortem, si ibi reperiatur esse extra in domicilio suo? tmo. c. sanè. de for. comp. dicit se dixisse q, non, per ibi no. Io. An. d. c. sanè & Ant. c. fi. eo. tit. Item adde, q, dictum statutū non habet locū, ubi per partem opponitur exceptio impediens litis ingressum, secundū Bal. l. fratres. C. de transf. & in l. si iudex. s. de Bar. super ff. uet.

his qui sunt sui ad de q, statutum dicens q, omnes causæ compromittantur, non comprehendit causas misti imperij. Ro. cons. ccxcix.

a §. SI SERVVS. Non ualet compromissum factū à seruo, nec arbiter cogitur sententiare.

1 Reconuentio non habet locum coram arbitro.

a §. ITEM SI quis.[a] Legatus tempore legationis cogitur coràm arbitro litigare illis casibus, quib. coràm iudice ordinario cogeret, & non aliter. No. tex. † in fi. ubi uidet
1 b casus cp coram arbitro locus sit reconuentioni.[b] Cont. ext. eo. c. cùm dilectus. sed possēs dicere, cp hic cogitur se defendere coram iudice ordinario, non coram arbitro.

ADDITIO.

a Barb. Item si quis. Bar. auth. & consequenter. C. de sen. gl. l. est receptum. s. de iur. om. iud. ubi dicit, q, coram iudice prorogato de uoluntate partum, habet locū reconuentio. Bar. d. auth. & consequenter. ubi tenet, qd tdē in arbitro, & eū sequitur ibi Ang. & Anch. c. j. de mu. pet. licet Ant. teneat. cōt. & sequitur ibidē Io. pro quibus sicit prædl. gl.

b Reconuentioni. Bar. auth. & consequenter. C. de senten.

a §. SI IS. Inter petitorē & possessorem hæreditatis debēt silere lites speciales, etiam coram arbitro. No. §. istū, nec corrigit per l. fi, C. de pet. hær. quia illa loquit de petitore, uel possessore cōuento à quodā tertio, hic qñ est quæstio particularis inter illos. Secus, si alter eorum ageret contra tertium. l. si bonæ fidei. j. de pet. hær. & quando l. si post. j. de except. & ibi plenè dixi uer. dic.

a §. DIES. Si dictū est in cōpromisso de prorogatione, ista cōuentio progationē non facit, nisi sequatur iussus arbitri. Vel sic, Promisso de prorogando prorogationē non facit, nisi subsequatur, progatio. Gl. laborat in positione casus, sed in summario ego posui tibi ueritatem.

a §. SI ARBITER. Arbiter se occultans, per iudicem potest citari, & multari.

a §. CVM In plures.[a] Dicto, quilibet, est distributiua, dicto, omnis, est collectiua. Vel sic, dicto quilibet, distribuit actū in quemlibet, separatim, dicto omnis, cōiunctim. No. istum tex. de hoc per gl. l. si plurib. j. de le. ij. Dixi latius in l. hoc articulo. de hær. inst.

ADDITIO.

a POMA. Cum in plures. Lanf. in tract. de arb. ix. sing.

a §. CVM Quidam.[a] Si arbiter efficiatur inimicus partis, cōtra petitionē pœnæ obstat exceptio doli. Istum §. intellige, qñ superueniunt inimicitiæ absq culpa partis. Nam si eius culpa, tunc inurreret etiam pœna cōpromissi quia per eum factū est, quò minus arbitrator sententiā diceret, & sic incidit in pœnā, ut s. eo. l. diem. §. fi quis litigatorum. & j. eo. l. non ex omnibus. in prin.

ADDITIO.

a Cum quidam. Bal. rub. C. de appell. in fi. & adde q, contra sententiam latam per inimicitias capitales, petitur restitutio, Bal. l. uenales. C. quando prouo. in l. arbitro. j. col. qui satisfd. cog. & iste tex. facit ad ea quæ no. post Bar. l. j. j. de exce. Bal. l. ij. C. ut lit. pen. q, reclamatio ad arbitrium boni uiri, dicitur quasi appellatio. Et Bal. l. fi. de app. rec. Bar. & Bal. l. j. C. eo. ubi uidetur dicere cont. utrùm aūt sit actio nullitatis, uel iniquitatis, Bald. l. iij. C. eo. tit. adde qd reclamare ab arbitrio boni uiri, sit quasi appellatio Ro. cōs. xc. Io. And. in add. ad spec. §. finitur. uer. item si capitales.

a §. DE OFFICIO.[a] Arbiter nihil potest ultra illud, qd est sibi in compromisso concessum.

ADDITIO.

a Barb. de officio. Bar. l. aquiliana. C. de transf. Ro. cons. cxv. j. dubio, & Ias. l. si super possessione. j. no. C. de transf. Limitat Lan. char. cclxxxiij. & Fel. c. causam quæ. de re iud. Ro. cons. cvj.

1 Reformationes ut possit dictare aduocatus cautela.

2 Statutum, q, quælibet causa compromittatur, quando comprehendat causam concernentem, ubi pupillus educari debeat.

a §. QVAESITVM. Arbiter debet dicere sententiā, per quā lis finiat, nec pōt per aliū delegare, nisi hoc sibi cōmissum fuerit. Primò † per istū tex. reddaris cautus, qñ

es aduocatus ad dictandū reformationes, facias poni, q̄ posit per alios, aliàs nō posset hoc, uel inciderem⁹ in dubium. Sic in † ciuitate ista est statutū, q̄ quælibet causa cōpromittat: Modò quidā petebat per iudicē decerni, apud quē debeat pupillus ali. Quæritur utrū ista causa debeat cōpromitti: Et uidetur q̄ nō, cùm sit misti imperij, ergo, &c. ut
a no. §. ea. l. §. de liberali. Prætereà de hoc non posset transigi, ergo, &c. Sed si uerba statuti essent adeò generalia, q̄d istā causam cōprehenderent, tūc deberet per arbitrū sententiari, an iudex deberet decernere, nō q̄ ipse arbiter decerneret. Et hoc uidet uelle hic tex. dū dicit, ut arbiter statueret, &c. Vnde arbiter potest de hoc iudicare, s. ad iudicis arbitrium eundum esse, quia de hoc dubitabatur, nō aūt quid iudex facturus erat, sed an facere debeat.

ADDITIO.

a Transigi. Bal. l. prætor. ff. de tut. & cur. ubi etiam ponit idem in hoc dubio, qd' hic et Bal. l. fi. C. ubi & apud quem. et 5. eo. §. iul. in fi. seq. & qd' ibi dixi.

a §. AN ET Satisdare.[a] Hic est bonus tex. cum gl.

ADDITIO.

a Satisdare. Bar. cum gl. l. ij. C. de proc.

LEX XXXIX.

1 *Pœna si est cōmissa, & sententia confirmata, tacitè per lapsum decem dierum, quando utrunq; confirmetur.*

SI DVO. Si sententia per arbitrum fertur pro, uel contra unum ex duobus reis, si ab altero petitur uel contra alterū pœna cōmittitur, si socij sunt, aliàs se-
* *Secus. Vel sic,* a cus*. Opp. l. si unus. j. respon. 5. de pac.[a] Sol. *Facit. Si socij & prodest & nocet socio.* I. C. Istud cōt. est ita difficile, sicut aliud quod sit in mundo. illud loquitur in pacto, hic in sententia dicit gl. uel aliter, nec ibi, nec hic cōmittitur pactum sed pœna. De hoc dicam in l. si
11 nus. 5. de pact. & ibi declarabo. Quæro, si pœna est † commissa, & sententia confirmata taciturnitate decem dierum, utrùm confirmet utrunq; ? Videtur q̄ non, l. rescriptum. §. si pacto 5. de pac. Breuiter dic, q̄ si pœna tantūmodò est apposita, non homologabitur sententia cursu decē dierum, l. ij. 5. eo. Sed si esset dictū, rato manente pacto, tunc utrunq; peteretur. l. qui fidem. 5. de transac.

ADDITIO.

a Pac. Barb. l. ex duobus reis. iiij. & v. q. uer. quæro quid si pœna. ff. de duob. re. l. si pupillam. j. eo. tit. & ibi gl.

a §. SEMEL.[a] Pœna semel cōmissa, amplius non cōmittitur, nisi fit actu. No. Istum tex. Duæ enim sunt cle. quæ apponūtur in instrumentis cōmuniter circa pœnam, una q̄ pœna toties cōmittatur, quoties fuerit contra factū, ista sumitur hic. Et alia pœna, quæ si soluta, uel non, contractus temanet firmus, quæ uocatur, rato manēte pacto, qui sumitur ex l. qui fidem. 5. de transac. Opp. q̄ pœna semel com
b missa, iterum cōmittatur[b]. l. si procuratorem. j. rem ra. hab. & j. de uer. ob. l. si sic. Gl. dicit q̄ ibi nō erat interesse, nec pœna. Tu dic plenè per gl. & Dy. l. si sic. j. de uer. ob.

ADDITIO.

a Barb. Semel. Quod uicibus potest committi, uide ad plenum in rub. 5. eod. per Lud.
b Cōmittatur. Gl. & doc. d. l. ij. in fi. C. de iure emphy. Ro. l. si finita. in princ. de dam. infec. & Spec. tit. de act. §. fi. uer. quid si dictū fuit in compromisso. Bal. cons. xxx.

LEX XL.

1 *Pupillus obligatus naturaliter, non restituitur.*

a SI PVPILLVS.[a] Pupillo compromittente non cogitur arbiter sententiā dicere, nisi fideiussor intercesserit. Opp. q̄ etiam fideiussoribus succurratur. l. si minor. de
1 proc. cum si. Sol. Hic pupillus † tenebatur naturaliter tantùm, ideò in integ. rest. sibi non cōperit, ergo nec fideiussori. Opp. si pupillus non tenetur ergo fideiussor nō accedit. l. j. ff. de fideiuss. Sol. Intellige de pupillo, qui obligatur naturaliter, ut in gl.

ADDITIO.

a POMA. Pupillus. Lanf. in trac. de arb. q. ij. Bar. cons. xlvij.

LEX XLI.

1 *Arbiter non potest diebus feriatis sententiam dicere. Clausula, diebus feriatis, & non feriatis, apposita in compromisso quid operetur.*
2 *Ferijs inductis in honorem Dei, renunciari non potest. Arbitrator diebus feriatis, etiam in honorem Dei, potest laudare.*

SI FERIATIS. Sententia lata die feriata ob necessitatem hominū cogente prætore ualet, secus si esset feriata ob honorem Dei. Alio modo legitur, ut hic dicat sententia lata cogente prætore die feriata ob necessitatem hominum, ualet secus prætore nō cogente, nisi hoc sit actum.
1 Et † propter hoc apponitur quotidie in compromissis, q̄d cognoscere possit, & pronunciare, seu sententiā dicere diebus feriatis, uel non feriatis. Et hoc intellige in arbitro, secus in arbitratore, ut dixi in l. idem Pomp. si de meis. 5. fin.
2 5. eo. Item no. † [a] quòd si feriæ sint inductæ in honorē Dei,
a non potest ex consensu partium eis renunciari, uel autoritate iudicis, ut ex prædictis patet, & sic sententia arbitri lata illa die non ualeret, secus in sententia arbitratorū. Nam cùm sit quędā transactio, potest etiam ferri diebus feriatis. l. dies. 5. de fer. Alij legunt istam legem alio modo, quòd dicta uerba, nisi aliqua, &c. sunt uerba exceptionis, hoc modo, si arbiter ferat sententiā die feriata, & petatur pœna, nō habebit locum ista exceptio, bene ageres, nisi illa lege excepta sit, &c. & semper intellige sententiam dictā die feriata, ob necessitatem hominum.

ADDITIO.

4 POMA. No. Lanf. char. xvj. & seq. x. & char. xxix. & ccccxxxj.

LEX XLII.

QVAMVIS. Effectus sententiæ arbitri transit ad hæredes, licet de eis mentio facta non fuerit. Vides ergo quòd licet ante latam sententiā compromissum nō porrigatur ad hęredes. l. diem. §. j. 5. eo. tamen effectus bene porrigitur, ut hic.

LEX XLIII.

CVM POENA. In pœnis non inspicimus interesse, qñ offenditur is, cui principaliter est promissa. h. d. tex. cum gl. Opp. l. aduersus. & l. si duo. 5. eo. Sol. Hic uenit contra cōpromissum directò agendo cōtra eum, cui est promissa pœna, ideò non inspicitur an interfit. In cont. fuit actū contra alium, cui contra eum, cui est promissa pœna, ideò non cōmittitur, nisi interfit. Et hoc modo debet intelligi l. stipulatio ista. §. alteri. j. de uerb. ob. & l. ij. in fin. & l. iiij. j. de uerb. ob.

LEX XLIIII.

NON EX Omnibus. Primò ponit ex quib. causis pœna compromissi cōmittatur, secundò an arbiter possit punire contumaciā litigatoris. Secunda ibi, si quidē. Prima pars legitur duobus mod. Et fm primam lectur. uerior hoc intendit, Qui nō dat q̄ iussus est dare, uel dat operā ne conferatur, incidit in pœnā. h. d. Ro. legit alio modo, sed non curo de eius lec. Venio ad secundā partem, quæ legit duob. mod. Vno modo, pœnæ cōtumaciæ, quæ infert nō restituenti, hoc est, de delatione iuramēti in litē. Alio modo intelligit de pœna hoc est, de multa. Et fm primā lec. breuiter hoc intendit, Contra nō restituentē potest arbiter deferre iuramentū in litem, testes autē non producentē, punire non potest. Opp. ad istā lect. Arbiter cū semel iusit rem restitui per primam sententiā, functus est officio suo. 5. eo. l. dicere. in fi. l. seq. sic de cætero iuramentū in litem deferre non pōt. Sol. gl. intelligas qñ ante sniam certū erat ipsum restituere nolle, uelnō posse, unde ante primā sniam deferre illud iuramentū in litē. Vel intelligas in actionibus bonę fid. in quib. nō fert nisi una snia. Pro quo facit l. j. in j. mag. gl. j. de act. emp. Sed si uelles intelligere q̄ post primā sniam deferr iuramentū, nō, pcederet hoc fm gl. nisi intelligeres q̄ esset actū, qd' posset super eodē sæpius pronūciare, ut dixi 5. eo. l. quid tñ. in prin. Item esset necesse q̄ esset actum q̄ pœna toties cōmittatur, quoties contra factū fuerit Nam aliàs eo ipso qd' non paruit sentię primę incidit in pœnam

pœnā, & solutū esset cōpromissum, ut 5. eo. l. si duo. in fi. Dices tu, hoc nō est uerū, nā deferri iuramentū in litem post sententiā, pertinet ad executionē primæ sententiæ, ut uidistis in l. si cū exceptione. §. in hac. 5. quod met. cau. Sed arbiter nō pōt exequi sententiā suā. l. à diuo pio. in prin. j. de re iu. Nec de hoc in cū cōpromitti pōt, quia est misti imperij. l. nō distinguemus. §. Iul. 5. eo. Sol. hic defertur iuramentū in litē ex officio iudicis, quod desciuit in actionibus arbitrarijs, & sic est iurisdictionis, nō misti imperij, executio, qa si esset misti imperij, de ea nō posset compromitti, nec com
a peteret minori magistratui. l. iij. §. duos. & seq. j. de dam. in
a fec. Videbitis in l. iubere. de iurisd. om. iu. Secūdo modo[a] legitur hic, ut loquat de multa, & fm hāc lec. h. d. Arbiter pōt
b multare[b] contumacē, si hoc fuit sibi cōcessum, nisi aliquid iniustū perciperet. Et ista ultima particula colligit ex uers. quò in numero. Nā cogere partē ut, pducat 5 se testes, est iniquū, adeò q̄ si non fiatur, nō incidit in pœnā, & ideò nō potest eū multare, ut 5. eo. l. si cū dies. §. ex compromisso.

ADDITIO.

a Modo. Sal. l. fi. C. de edendo.
b Multare. Bar. l. j. in prin. 5. fi quis ius dic. non obtē. Nisi sit sibi cōmissum. l. quid tamen. §. fi. 5. eo. nisi in casu c. suspicionis. de off. del. Cy. l. j. si quis ius dic. & quæ dixi post Bar. l. j. §. j. 5. si quis ius dic. & ibi doc.

§. CVM Arbiter. Duobus modis legitur, & hoc intēdit, Si utraq; pars est inobediēs, pœna nō cōmittitur. h. d. Ille, qui est in mora prorogandi diē, incidit in pœnā. h. d. Et fm hoc intellige q̄ arbitro fuit commissum, q̄ iubere t partibus prorogare diem, nō q̄ ipse prorogaret, & ideò ille qui est in mora faciendi, incidit in pœnam, quia per eū fit, quò minus sententia detur.

LEX XLV.

a ARBITER.[a] Qui non uenit eo tempore, quo uenire nō expediebat, cōtumax non censetur. Per hāc l. assumpta ē illa practica, q̄ in termino citationis, pars comparet coram iudice, & absentis contumaciā inculat. l. properandum. §. si quidem. de iud. Et hoc ideò, ne posset dicere, non tenebar uenire, quia non uenisti tu iudex, ut hic. Materiā huius l. uidistis plenè in l. ij. in fin. 5. si quis in ius. uoc. non erit.

ADDITIO.

a Arbiter. Ang. & Imo. l. cùm stipulatus. alle. in gl. Et uide quod per hanc l. dixit Bar. l. litem illam. de const. pec.

LEX XLVI.

a CVM Lege.[a] Minor xx. ann. non potest esse arbiter.
b Facit ad q.[b] an statutum possit facere, q̄ minor possit esse potestas, De quo plenè dixi in l. quidam cōsulebant. de re iud.

ADDITIO.

a Cum l. Imo. l. quidam. j. char. de re iud.
b A. B. Ad q. Bar. l. quidā consuleb ant. de re iud. c. cum uicesimū. de offi. dele. per omnes scribē. ibi gl. sed an habeat locū in arbitratore, Abb. ibi decidit q̄ sic, quia appellatione arbitratorū, uenit arbitrator. l. societatem mecū. §. arbitrorū. j. pro soc. Io. An. c. uno. de offi. del. ubi dicit, quod illud, q̄, ibi dispōnitur in arbitro, habet locum in arbitratore, ex eo quia appellatione arbitri, uenit arbitrator, & etiam ibi, diuersarum. Sed an ista l. habeat locū in arbitro electo, ex iuris dispositione. Bal. d. c. cùm uicesimum tenuit q. nō, quia ille æquiparatur iudici.

§. MAIORI. Minor restituitur, si inconsultè passus est in se compromitti.

LEX XLVII.

1 *Fisco per subditum non quæritur, nisi notarius ipse stipuletur. Pœna apposita parti in promissione de non offendendo, cuius medietas sit fisci, & alia pars non, acquiritur fisco, nisi notarius stipuletur.*

a ARBITER. Intra certū diē.[a] Sententia arbitri sup pœna non ualet, etiam si fisco sit inferenda, sed super alia, sententia remanet firma, & cōpromissi pœna cō
b mittitur. Opp. j. de iur. fis.[b] l. j. ubi ex cōtractu priuatorum pœnæ inferuntur in fiscum. Sol. Debes intelligere, q̄ ibi fuit compromissum notario tā quàm publicæ personæ quærenti fiscō, hic uerò partes promiserunt inter se fisco pœnā

Tu dicas clarius, malitiosè factū esse, eo ipso, q̄ scienter omisit prosequi, cogitās se prosecuturū, aliàs secus si ignoranter, uel quia ignorabat factū, uel quia putabat sibi ius nō cōpetere. Et hoc innuit tex. qui dicit, sed errore, &c. Qđ intelligo iuris uel facti. Itē quæro, dicitur hic, de alijs rebus potest agi, quæro corā quo, utrū corā arbitro, an corā iudice ordinario. ℞. gl. q̄ corā iudice. Hoc est uerū, quia arbiter functus est officio suo, pronunciauit enim de omnibus generaliter. Sed si specialiter de quibusdam pronunciasset, posset etiam arbiter adiri, sm distinctionem quam dixi, p l. quid tamen. in prin. s. eo.

ADDITIO.

a POMA. Rebus. Bal. l. fin. §. j. C. com. de leg. Bar. l. & an eadem. de exce. rei iud. Bar. & doc. l. licet. C. de iud.
b POMA. Opp. Fel. c. pen. col. vj. de excep.
c Omittere. Bal. l. edita. uersꝰ nūc ueniamus. Ang. l. scire in prin. et ibi Lud. de uer. ob.

LEX XLIX.

a INTER Castellianum. [a] In his quæ habēt causam successiuam, nō sufficit ab initio factū, nisi perseuerantia subsequatur. Quæro, quæ est ratio dubitationis in hac l. glo. refert quod dicūt quædā, quia fines & termini cōsueuerūt poni per iudicē, non per arbitrū. Istud est truffatorium, cū non experiatur iure actionis, potest de hoc cōpromitti, & fieri per arbitrū. Alij dicūt, q̄ arbiter nō prohibuit terminos tolli, unde tollendo nō uidetur incidere in pœnā. Ista potest esse bona, ut j. dicā. Alij dicūt, q̄ ideò est, quia talis sententia non continet aliquid dari, uel fieri, uel æqui pollens. Tu dic rationem dubitationis esse, quia hic fuit lata sententia & mandata executioni. Vnde uidetur q̄ nō teneatur amplius. l. pomp. §. sed & si is. s. de proc. Sed quia sententia cōtinet hic aliquid, quod habet causam successiuam, per illam executionē factam, ponendo terminos, qs nō liberaretur à patientia in futurū. C. de usufru. l. corruptionē. Et istud facit ad q. quam pono in l. si fideiussor. j. de lc. j. & tetigi in l. si hæres testamento. j. de act. emp.

ADDITIO.

a POMA. Castellianum. Bar. consi. lx. uol. j. & consi. iij. uol. ij.

LEX LI.

a DE REBVS. Cōpromissum factū simpliciter, nō porrigitur ad lites futuras [a]. Et idcò ad hoc ut cōpromissum sit plenū, debet exprimi ut porrigat ad lites futuras l. omniū. s. de pc. & l. q̄ habēt. in fin. & l. seq. j. de tutel.
b Sed quæro q̄d si est dictū [b] de litib⁹, quæ fiūt, & esse possunt inter dictas partes. Dubiū facit pro una parte, quia porrigitur ad futura, quia uerb. possunt esse, est extensiuū, & tunc est futuri temporis. l. si ita. j. de le. ij. & l. tempus. j. de hær. instit. & l. inter illā. j. de uerb. sig. In cont. facit, quia hoc quod dico, possunt, uidetur intelligendū ex causa de præsenti, & rebus sic se habentibus. l. quod seruus. j. de cond. ob cau.

ADDITIO.

a Futuras. Quid in delegatione super causa? Can. c. j. de rescrip.
b Dictum. Adde quod dixi secundum Bal. l. qui Romæ. §. duo fratres. vj. q. de uerb. ob. Bal. consi. iiij. j. lib. Ang. consi. lxv.

LEX LII.

SI COMPROMISSVM. Si compromissum transeat in pupillum, uel furiosum, præsentia tutoris uel curatoris requiritur.

LEX LIIII.

SED ET INTERPELLATVR.

a §. ARBITER. [a] Interlocutoria de citando potest proferri parte absente.

ADDITIO.

a Arbiter. But. consi. clix.

a §. SI AB Altera. [a] Si compromissum ab una parte, nō est transitorium ad hæredes, non trāsibit ad alia.

ADDITIO.

a Altera. Bal. l. si de meis. in prin. s. eo.

LEX LV.

ARBITER. [a] Si arbiter iubet ultra quàm possit, impunè sibi non paretur.

ADDITIO.

a Arbiter. Ro. consi. cxv.

LEX LVI.

a SI DE Re sua. In re sua nemo potest esse arbiter. [a] Qđ no. & maxime rationem suam. Gl. format quædam cōtraria, & soluit optimè, & format unam q. de qua gl. & per Cy. l. si cùm ea. C. de do. promiss. & glo. c. sanè. ext. de renuntia. & Inn. c. ueniens. eo. tit.

ADDITIO.

contra. Finaliter determinat, quòd proxima causa debeat inspici, ut eo iure quo ego sum hæres illi, cui ego sum hæres directo, eo iure dicar esse hæres, cui illi hæres fuerit. Tu uerò dicas breuiter qñq̃ hęreditas defertur ad nos directò. & sic est una tantũ causa proxima. Qñq̃ per mediã personã alterius defertur hæreditas ad nos, & sic est causa alia remota, & nihil repugnat, quin ex duabus causis simus hæredes. Vnde si quis interrogaret me, an sim hæres Titij, cui hæres sum per mediã personã, ex testamẽto uel ab intestato, ego possum licitè rñdere, Si quidem quæris de causa proxima, sum hæres ex ea causa, qua ei qui de proximo decessit, successi. Si qdẽ quæris de causa remota, rñdebo de illa causa qua 2 cessit ille, cui ego successi. Sed quæro † utrũ in libello ꝙs teneat hæc exprimere. utrũ sit hæres ex testõ uel ab intesta. & utrũ per se, an per mediã personã alterius? ℞. pet. hæredi. est in rẽ, & ideò admittit petitio uniuersalis, causa non expressa. j. e. l. sed & si. §. petitio. & l. si mater. in prin. j. de exe. rei iud. causa tñ cognita, si uideret iudex multũ interesse rei, posset b cogere actorem ad declarandũ. l. si defensor. §. illud [b] de in- 3 terrog. act. † Vlt. tangit hic Iurisconſ. [c] formã concludendi [d] c in libello peti. hærę. quia pars debet petere pronunciari se d hæredẽ esse, uel hæreditatẽ ad se pertinere, ibi, sicut Titij hæ- 4 reditatẽ, &c. de hoc dicã. j. eo. l. licet. † Venio ad ultimã partem, ibi, nouo iure, &c. No. qd' ius nouũ dicit omne ius, ꝙ est post leges. xij. De hoc plenissime in l. fi. §. pe. de reg. Cato. tetigi æqualiter in l. j. j. de cond. ex lege.

ADDITIO.

a *Veluti. Tex. & ibi Bar. & doc. in l. qui in aliena. §. interdum de acq. hær. Imo. l. cum ex filio. de uulg. & in l. & an eadem. §. actiones in fi. de excep. rei iud. Imo. l. iij. §. ex pluribus. in prin. de acq. poſ. Alex. cons. xcj. & ij. uol.*

b *Illud. Et ibi Bar. & Io. & doc. c. ij. de libello obla.*

c *P.PAV. P. Iurisconsul. Com. cons. xvij. incip. Hieron. de Boscorijs. in ult. col. ubi dixit requiri quod agens dicat se hæredem, & ita petat se declarari. Item aduersarius suum pro hærede, uel pro possessore possidere, Nam si cum titulo possideret, non daretur contra eum petitio hæreditatis.*

d *Concludendi. Bar. l. ex diuerso. §. fi. de rei uen. & addę gl. & doc. c. ij. de lib. ob scripsi post Sal. d. l. edicta. & Bar. l. j. in prin. C. de eden. Bal. l. ij. ad fi. C. de pet. hær.*

LEX IIII.

SI HAEREDITATEM. In iudicio uniuersali ueniũt ea quæ post lit. contest. reus cœperit possidere. Opp. ſ. tit. ij. l. non potest. Sol. ut ibi, & etiam hic in gl.

LEX V.

1 *Controuersia dicitur ante lit. contest.*

2 *Alienatio rei, de qua est cõtrouersia, est prohibita ante litem contest. etiam in iudicijs particularibus.*

3 *Possessor hæreditatis cui fit mota cõtrouersia, si satisfaciat de hæreditate nõ minuenda, quando possit alienare.*

a DIVVS PIVS. [a] Possessio hæreditatis quæ est in cõtrouersia non põt alienari, nisi præstita satisdatione, uel causa cognita, si necessitas urgeat. h. d. fm opin. quã intẽdo tenere. Primò loquit' qñ possessor uolebat alienare uolũtariè. Secundò qñ uult alienare ex necessitate, se- 1 cunda ibi, causa aũt. No. hic tex. † ꝙ controuersia dicit' ante lit. conte. & de hoc uidistis. ſ. de transac. l. qui fidem. & C. de transac. l. causas. j. rem rat. hab. l. amplius. Opp. j. de excep. l. fi post litẽ. Sol. ut ibi, & nõ ob. Opp. & uidet, ꝙ ex eo ꝙ est. cõtrouersia, sunt aliæ prohibitæ alienationes, ſ. famil. ercis. l. alienationes. & ibi no. & j. e. l. itẽ ueniunt. §. petitã. hic aũt innuit ꝙ debeat fieri expressa prohibitio. Sol. expone prohi- 2 bendũ, id est, non concedendũ. † Opp. ꝙ imò nõ est prohibita alienatio, nisi post lit. cõte. C. cõmu. diuid. l. j. de litigio. b l. j. Sol. ibi in iudicijs, particularib. hic in uniuersalib. [b] C. de trãsac. l. si post motã. licet hodie fit idẽ in particularib. auth. litigiosa: C. de litigio. Opp. hic innuit, ꝙ præstita satisdatione, posset alienari. Cõtra, ista satisdatio de hæreditate non diminuenda, j. prox. §. diuus. ergo per ea non debet permitti alienatio, quia est ei ꝓria. Istam opi. tangit gl. hic in uerb. inchoare. in fi. Huius ꝓtij timore fuit facta quædã additio parua, quæ dixit, expone, n'ġ, prę, sed. & omitte uer. malue- rit. q. d. non põt alienare, sed debet satisdare. Ista gl. destruit

tex.ut uides.Vnde alij uolentes hoc euadere,exponũt sic q debet satisdare de hæreditate nõ diminuenda, sed de restituenda eius æstimatione,si alienari cõtingat, q fieri non debet,& ista dictio, nisi,nõ ponit.Et hoc uult dicere quædã gl. super uer.satisdare. Certè etiam ista gl. destruit tex. nam semper dictio,nisi ponit qñ ,pcedit oratio negatiua.l.actione.& ibi no.C.de tran. Cùm ergo prædixetit non conceden
3 dam alienationẽ,nisi maluerit, &c. sequit qd illo casu possit alienari,& ideò † pro huius declaratione debes scire,qa aut possessor uult alienare ex permissione iuris,aut uult alienare expressa permissione prætoris.Primò casu,aut non satisdedit,& nullo modo permittit alienare. Aut satisdedit, & põt alienare res tẽpore perituras , ex rescripto diui Pij, ut hic in princ.Aut uult alienare expressa permissione prætoris,& põt etiam, non præstita satisdatione, sed præstita cautione habita per iudicẽ cũ causæ cognitiõe, ut hic in uer. cã cognita.ista distinctio probat in l. pe.ĵ. ad Carb.& l.j.§.mulier.de uen.in poss.& de hær.inst.l. si qs instituat. & quib. ex ca.in pos. ea.l. Fulcinj.§. adeò.& ĵ.de iure delib.l.ait prætor.

ADDITIO.

a POMA.*Diuus pius.Alex.l.principalibus.in prin. si cer.pet.Bal.l.si fideiussor.§.fi.ad fi.ff.qui sat. cog.*

b *Vniuersalibus.Ro.cons.xvij.Bar.l.alia ratione.ĵ.fi.ercisc.*

1 *Petitio hæredi.differtur propter accusationem falsi.*

2 *Hæreditas non debet diminui,quando pendet quæstio falsi testamenti, sicut quando pendet petitio hæreditatis.*

3 *Testibus si objicitur exceptio falsi, uel detur excusatio falsi,causa principalis an differatur.*

4 *Hæredatis possessor in casu huius §.satisdat ex hereditate non diminuenda, sed de ea restituenda,uel eius æstimatione in causa alienationis.*

§ DIVVS ADRIANVS. Sicut qñ est cõtrouersia super petitione hæredi. possessor cogit satisdare.ita qñ est
1 controuersia de falso testamento.† No.ex isto tex. q petitio hæreditatis differtur propter accusationẽ falsi testamẽ
2 ti.† Secũdò no.q sicut quando pendet petitio hereditatis, non debet aliquid diminui, ita qñ pendet quæstio falsi testamenti,& iõ debet præstari satisdatio.Op.C. de edic. diui Adrian.tollen.l.ij.Sol. per accusationẽ alsi,impeditur iudicium petitoriũ hæreditatis, nõ possessoriũ, ut ibi.Secundò opp. hæc quæstio falsi est incidẽs ad petitionẽ hæreditatis, ergo uidetur q super falso non sit pronunciandũ. l. j. C. de ord.cog.Huius timore sunt hic in gl duæ lect.una q concedamus contrariũ, q incidenter hic agit de falso,& super ca non pronunciabit, & hic est quædã gl.super uer.& patitur. & gl.super uer. sustinetur. & est satis bona.Alia lec.est q hic principaliter proponebatur accusatio falsi, & quia est præiudicialis, ad petitionẽ hæredis differt, ut uidebitis ĵ.l. px.
3 Et ex hoc habes,† q siue testes,ex quibus reus debebat condẽnari,accusent de falso principaliter, siue incidẽter opponant q sint falsi, debet sustineri causa principalis,tangã in l.
4 prox.† Quæro qualiter concipietur ista satisdatio?Dicit gl. q satisdabit de hæreditate nõ diminuenda, uel restituẽda. Tu dicas q debet satisdare de hæreditate nõ diminuenda, sed restituenda ea uel eius æstimatione,si alienari cõtingat, ut uidistis §. in prin.l. Ex uigore aũt huius satisdationis qd possit alienari, uidistis §. Quæro dicit hic,quorũ iudiciorũ. de quibus iudicijs loquitur Gl.exponit,quorũ iudiciorũ, i. cuius iudicij.Tu dicas breuiter, omissis his quæ dicuntur in gl. quorũ iudiciorũ, id est, petitionis hæreditatis,& corũ quæ sunt præparatoria ad illam, ut accusatio falsi,& quere la inofficiosi,ut hic & ĵ.l.prox.& l.si quis libertatẽ.

LEX VI.

1 *Accusatione pendente falsi testamenti,quando peti possit legatum.*

2 *Falso qui accusauit & succubuit,non petit legatum.*

3 *Testes si accusantur de falso,uel cont.eos objiciatur,nõ sup sedetur cã principalis,secus si producẽs accusatur de falso,uel cõtra ipsum excipitur.*

SI TESTAMENTVM.Pendẽte accusatione falsi, non põt peti legatũ ex testõ.Vel,Accusatio falsi est præiudicialis ad omnem causam quæ ex testõ dependet. Opp.de prin.ad fi. Sol. principiũ loquitur qñ ab uno dicit falsum & ab alio petitur legatũ, finis loquitur qñ unus, &
1 idem dicit falsum, & petit legatũ. † Opp.pendente accusatione falsi,nullũ aliud iudiciũ põt agitari,per qd liti fiat ali quod præiudiciũ.ut §.l.prox.in fi.& ĵ.l.prox. in prin.sed hic fieret aliquod præiudiciũ,quia si pronunciaret deberi legatũ,præsumeret testim uerum, &c. Huius timore sunt hic tres opi.una, q illa exceptio, ne agitent alia iudicia, est inducta in fauorẽ accusatoris de falso, qui intendit petere hæreditatem, & ideò est in electione sua, uel q statim cognoscatur de uiribus testamẽti, si probationes habet in promptu,uel soluatur legatũ præstita cautione, & sic accusatoris erit electio istius alternatiuæ.Alij dicũt q in electione legatarij est, & istud est uerũ hodie,per l.fi.C.eo.licet olim secus ĵ.l.prox. & ibi dicã. Tertij dicũt, q est in electione hæredis,uel q soluat præstita cautione, uel q cognoscatur de legato.Sed tũc
2 opp.si haberes, eligere q de legato cognoscat, ergo fieret aliquod præiudiciũ accusatori de falso, q non debet esse.l. prox.& ĵ.l. px. Huius timore dicit gl. q illud qd dicitur, de legato quereretur,s. per quandã cõsequentiã,quia expectabitur sententia super querela falsi,& istud placet mihi.Alij dicunt q antè pronunciabitur super legato, quia hoc fit uoluntate hæredis scripti, sed hæc non uidet uera,quia hæres scriptus, & legatarius semper de hoc fuerunt in concordia, q ualeat testamentũ,& debeat legatum,& sic solum est contentio propter accusationẽ de falso.Alij dicunt,qñ unus dicit falsum,& alius petit legatũ, nõ est necesse q deferatur u-
2 triq,sed hoc non uidet uerum, ut uidebitis ĵ. l. prox.† Vlt. quærit gl. quid si ille qui accusauit de falso,succubuit,an pe-
3 tet legatũ,dic q non, ut in gl. † Quæro quid si accuso testes de falso,ex quibus cõuincor,an debeat differi cõdemnatio super causa prima? Hic uidetur casus q sic,& §.l.prox.Cõt. est ueritas, quia licet testes condemnaret de falso, hoc producenti non præiudicat, & ideò non defertur causa prima, esset.n.necesse q accusarent testes,& producentes, uel q in modũ exceptionis de falso dicatur põ producentem.Cy.C.q
a accu.non pos.a l.j.& §.de his qui no.infa.l.Lucius.dic ut ibi.

ADDITIO.

4 P.PAV.P.Pos.*Vide ibi Dy.in ult.q.& Bal.l.si quis testib.uer.sed cum præced.C.de testib.*

LEX VII.

1 *Tertius quando duo inter se litigant,potest comparere pro interesse suo, & opponere exceptionem,& facere q iudicium differatur.*

2 *Libertas quando seruo fuit relicta extraneus institutus, & filius exhæredatus institutus,põt objicere, q non procedatur in causa liberali,ne fiat præiudicium testamento.*

3 *Iudex ex officio potest differre quæstionem libertatis, ne fiat præiudicium testamento.*

4 *Iudex supplet etiam parte non opponente in illis,in quibus iudicio uel iurisdictioni pararetur præiudicium.*

5 *Sententia lata super quæstione libertatis,facit qualequale præiudiciũ quæstioni de testamento, licet sit inter alios lata.*
Testes examinati inter alios faciunt præsumptionem, & fortè semiplenam probationem.

6 *Inducere,cancellare,& circumducere,licet differãt in modo,tamen in effectu non differunt.*

7 *Excipiens ineptè succumbit,sicut qui ineptè agit.*

8 *Iudex potest statuere certum tempus ad agendum.*

9 *Libertatis simplicis causa delegari potest.*

10 *Testis inductus super uno articulo,quando possit super alio examinari.*

11 *Transactio si est facta inter me,& te ex certa causa expressa,& post rei uẽ dicationem, nulla causa expressa,si excipiatur de transactione,non impeditur lit.contest.*

12 *Iudicia particularia quando inuicem se impediant, & quando particulare,uniuersale.*

13 *Iudicium uniuersale quando per aliud uniuersale impediatur.*

14 *Iudicia particularia silent, etiam si est quæstio de hæreditate,& non testamento,iudicium particulare silet.*

15 *Quando est quæstio de præbenda,uel iurisdictione alicuius castri.*

SI QVIS LIBERTATEM.Iudicia particularia,per quæ fierẽt præiudiciũ petitioni hæred. uel præparatorijs eius, debent differri, quò ad iudiciũ uniuersale finẽ accipiat,ad qd põt q iudicẽ certus terminus statuj,secus in iudicijs

in iudicijs particularibus.quæ uniuersali præiudiciũ non pariunt.Diuiditur in tres partes princ.fm uerãlec.quã intẽdo tenere,Prima qñ quis petebat libertatẽ ex testõ,& filius exhæredatus agebat querela põ testm. Secũda, qñ quis petebat ex testamento libertatẽ,& hæreditatem.Tertia,qñ qs petebat libertatẽ,nõ ex testamẽto,sed alsunde.Secũda ibi, nã cũ.Tertia ibi,quoties aũt.Prima subdiuidit in tres,quia primò recitat mentẽ senatuscõsulti.Secũdò mentẽ rescripti Imperatoris circa idẽ.Tertiò ponit unã limit. ad prædicta. Secũda ibi, sed & diuus.Tertia ibi,ita demũ.Secunda pars subdiuidit in quatuor,Primò format quæst. secũdò rñdet ad eã,eo casu quo seruꝰ erat in possessione libertatis,& hæreditatis.Tertiò quãdo erat in possess.libertatis,& non hæreditatis.Quartò ponit circa prædicta decisionẽ unius dubij.Secũda ibi,diuus Pius. Tertia ibi,nõ uero. Quarta ibi, planè.Itẽ tertia pars subdiuidit in duas,Primò ponit unũ dictũ,secundò ad remouẽdũ dubiũ dat unũ consiliũ.Secũda ibi,adiecit.Reassumo quãlibet particulã nostræ legis p se,& primò quæro de intellectu principali huius l.Circa q sciendũ ẽ,q prima gl.mag.posuit casum,q quidã Licinianus seruus erat institutus hæres,& iussus esse liber cohære de sibi dato, & filio exhæredato,& istã lec.,psequit gl. usq ad uers.ideoq.alij in eadẽ gl.Sed qa hic de hæreditate Liciniani nulla fit mentio,ideò gl.ab ista lec. recedit, nec de ea uobis facia mẽtionẽ de cætero,sed qa gl.circa cã aliqua dicit utilia,reassumã eã p quæstiones. Vera lect.ẽ in isto prin. quæ ponit hic in gl.ante fin. Vel dic q simpliciter fuit relicta libertas,&c.Pone ergo casum,q seruo fuit relicta libertas,extraneus fuit institutus,filijs fuit exhæredatus. Certè si seruus petit libertatẽ,differet cã libertatis ,ppter quæstio. de testamento,& istũ casum ,psequere in tota prima parte principali.Circa istã partẽ primò quæro,quis possit obijcere istã exceptionẽ,q nõ ,pcedat in causa liberali, ne fiat præiudiciũ quæstioni de testamẽto? Gl. in hac casus positione, dicit q hoc petit fil.exhær.Idẽ expresiꝰ dicit in ĵ.caꝰ
1 posit. quã re,pbauí.Ex quo dicto no.† q licet duo litigent inter se,põt uenire tertius cuius interest,& opponere exceptionẽ,& facere differri illud iudiciũ, qd in se puto uerũ. l. Titia.ĵ.sol.mat. fm uerã lect.quã ibi dedi, ubi filia uenit,& impedit iudiciũ inter patrẽ & maritũ.Ad idẽ §.ti.j.l.si suspecta.in prin.& C.de litig.auth.nũc si hæres.& ĵ.ad Treb.l. ita tñ.§.quoties.Istud tñ examinemus latius.Aut eñ istã exceptionẽ uult opponere filius, & põt, ut dictũ est.Aut hæres cõuentus,& nõ põt,fm gl.hic in prin.& l.prox.in fi.j.gl.qd nõ placet,quia uidet §l.ij.ĵ.de excep.rei iud.& de act.& ob. l.qui cũ hærede.& de bo.lib.l. quandiu.& de bo.pos.§ tab.
2 l.si præteritus.& C.eo.l.fi.in prin.Vnde dico † q hæres põt istã exceptionẽ opponere,Et hoc fortè uoluit dicere gl. hic circa prin.gl.mag.ubi dicit,nisi id peteret nomine exhæredati,q.d:hæres cõuẽtus istã exceptionẽ opponit ,p interesse exhæredati,licet nõ ,p suo.Itẽ ẽ uidendũ an ille q se petit in libertatẽ,possit petere hoc iudicium differri.& gl.dicit q nõ & bene,quia sua spõte uenit ad iudiciũ,ergo cogit perfi
3 stere,auth.qui semel.C.quõ & qñ iudex.† Itẽ quæro an iudex ex officio suo,etiã nulla parte opponẽte,possit cãm libertatis differre?ꝛ.q sic,licet gl.nõ tãgat.& hic est casus in primo dicto huius legis,ubi omnia uerba referũtur ad iudicẽ,si bene inspicias.Et huiꝰ rõ ẽ,quia iudex nõ debet manifesta remotũ animi sui,ut §.de offi.presi.l.obseruandũ.& C.de fal.l.ubi.sed si ,pnunciaret aliquẽ esse liberũ ex testamẽto,iã uidet ostendere motũ animi sui,qd testam esset ualidũ,& sic ipsi iudici fieret præiudiciũ,si super hoc ,pnũciaret.Meritò debet differri,& hoc uult mens Senatusconsl. ut
4 tex.hic apertè dicit.† Ex quo no.q in his in quibus iudici, uel iurisdictioni pararetur aliquod præiudiciũ,iudex põt supplere ex se,ẽt nõ opponẽte parte,§.de posth.l.quos,phibet.& facit §.de ,pcur.l.filius.§.ueterani.dixi in l.iiij. §. hoc aũt iudiciũ.ĵ.de dam.infec.tetigi de sepul.uiol.l.sepulchri.
5 eo.tit.uers.circa fm,quãdo.in fi.† Quæro circa istud principium, quod præiudicium fieri posset per sententiam latã super libertatis quæstione, quæstioni de testamento,cũ sit inter diuersas personas,ergo,&c.C.res inter alios acta,&c.
• per totũ,&c.ꝛ.dicit gl.fiet qualequale præiudiciũ,licet non plenũ.ĵ.de appel.l.à sententia.cũ simil.hoc tangit in prima gl.magna,& etiã in ij.Et ex hoc dixi tibi inl.admonẽdi.ĵ.de iureiur.qd testes recepti inter alios faciunt præsumptionẽ, & fortè semiplenã ,pbationẽ inter alios. Venio ad uers. sed & diuus. & primò quæro,quid est hoc dictũ, aut inducat, aut finẽ accipiat.Exponẽ ut in gl.inducatur,hoc est,fiat ab
6 solutio ab obseruatione iudicij.Finẽ accipiat, per diffiniti
a uã sententiã.† No.ex glo.a differentiã inter inducere,circunducere,& cãcellare.Simile C.de sol.l.inductũ.& licet sit differentia in mõ,tñ in effectu nulla differentia est. Quæro in quo differat iste uers.à præcedẽti?dicũt quidã in nullo,sed §. fuerunt recitata uerba,uel mẽs Senatusconsulti,& uerba rescripti.Tu dicas qd §.loquit generaliùs,quia quæstio de libertate differt,si sperat moueri quæstio de testamẽto,siue testamentũ dicat falsum,ut §.l.,px.&l.diuus.in fin.siue dicat nullũ,uel inofficiosum,siue sperat moueri põ tab.l.ita tñ §.quoties.ad Treb.hic uerò uerba rescripti erãt specialia in quæstione inofficiosi,& ita dicit gl.hic posita super uer. sed & diuus,&c.Itẽ §.ẏba fuerũt relata ad iudicẽ, ex quo apparet q cõmittit officio iudicis, hic fuerũt ,plata simpliciter. Venio ad uers.ita demũ.dicit hic,si iam de inofficioso iudicũ contestatũ est,quid est hoc dictũ?Quidam intelligũt,si lis est cõtestata,tũc debet subaudiri, uel cõtestari speretur, & ita sentit gl.quod uerũ est,ut d.l.si præteritus.de bo.poss. contra.Posses etiam exponere contestatum,hoc est, protestatum,l.possumus in fi.§.ti.j.Venio ad secundam partem principalem,scilicet ad uers.nam cùm quidam. Et primò quæro de intellectu huius uers.ꝛ.q gl.in ista parte tangit casum uerum,in gl.magna circa mediũ.ibi,ideoq alij ponunt Licinianum,&c.Et ponas casum, Licinianum fuisse hæredem institutum,& iussum esse liberũ,& filium exhæredatum.quem Licinianum filius exhæredatus uendicat in seruitutem:Licinianus opponit hoc nõ posse fieri,nisi prius agat querela,& petitione hæreditatis, quæritur an ista exceptio obstet?Et sic uides q i formatione quæstionis nõ declarat, utrũ Licinianus sit in possessione libertatis uel nõ,declarat aũt hoc in responsione,ut uidebitis. Sed iuxta hoc dubitat de tex.ibi,dicẽs se suscepturũ,&c.Ex hoc innuit,q ipse possidebat hæreditatẽ,ut ĵ.sequitur,se petiturum hereditatẽ.Ex hoc innuit q nõ possidebat,quia si possideret,nõ peteret.ꝛ.illa uerba sunt ambigua,ideò Imp.declarat in responsione per distinctionẽ, possunt enim dicta uerba intelligi de possidẽte hoc mõ,suscepturũ.istud stat proprie,& qd ĵ.sequt,& petiturũ,repete,& se suscepturũ. Petiturũ,hoc est,illũ qui petit hæreditatẽ,quasi dicat, paratus est se defendere ab eo qui petiturus est hereditatẽ. Possunt ẽt intelligi in nõ possidente,& illud qd dicit se suscepturũ in nõ possidente,stat impropriè, quia in modũ exceptionis ei opponet,& qd ĵ. dicit,petiturũ, stat ,ppriè. Venio ad ẏ.f. diuus Pius.& iste ẽ uers.planus,quia si seruus possidet hæreditatẽ,differtur quæstio de libertate.nisi prius agat de testamẽto & hæreditate. Venio ad uers.nõ uerò. iste uers.legit in gl.tribus modis,Primo secũdũ Azo.gl.quę incipit, nũc mutat casum.quã lect.tenui diuidẽdo legẽ,§.dixit differendã esse causam libertatis,qñ seruus est in possessione libertatis,& hæreditatis,hic dicit qñ seruꝰ nõ ẽ i possessione hæreditatis,sed libertatis,nõ esse differendã ,ppter quæstionẽ separatã inofficiosi testamẽti.Rõ ẽ, quia est in potestate ser tui agere petitiõe hereditatis,& ille cogit in modũ cõditionis opponere de querela,l.Pap.§.fi filiꝰ.§.tit.j.Si igit seruus nõ agit,imputet sibi.Sed põ hoc instat, saltẽ iste seruꝰ debet agere petitiõe hæreditatis,ergo donec finiat petitio hæreditatis,nõ debet agi de libertate,§.de arb.l. nõ dissũguemꝰ. §.si is.ꝛ.Cõcedo,qa si seruꝰ ita opposuisset exceptionẽ, debet differi iudiciũ de libertate, qa ĩtẽdo agere põ te petitiõe hæreditatis,cui nõ debet fieri præiudiciũ,certè quæstio de libertate fuisset dilata,ut ĩ cõt.Sed hic malè opposuit exceptionẽ,qa dicit,dico qd qõ de libertate debet differri, nisi priꝰ agas querela inoff.testa.iõ hoc pretextu seruus nõ põt
7 obtinere,& hoc ẽ qd tex.dicit,uide literã,nõ ẏò, &c. † No. ergo ex hoc q q exceprione ,pponit ĩeptè,ita succũbit,sicut

qui ,ponit actionē ineptè,l.j.§.Labeo.ff.de flu.& de do.ex
cep.l.ij.post princ.dixi in l.j.ff.de excep.Secundò legitur fm
Guar.ut non mutet casum, & sic totū de una parte cū seq.
uersf.planè.& dicas sic,domine si debet differri donec iudi
ciū de testamēto finē accipiat,expectabimus ergo usq; ad
quin quenniū qm tanto tēpore durat querela. ℟. Iurisco-
quod nō debet expectari, planè iudex debebit causa co
gnita certū tēpus statuere.hoc dicit,usq; ad §.quoties. & ista
lectura est satis uera in se.Tertio mō legit fm lo. ut nō mu
tet casum,sed parat quandā limitationē ad præcedentia.
Dictū est ff.qd' quæstio de libertate debet differri, donec iu
diciū de inofficioso finē accipiat: nūc limitat q hoc est ue
rū intra quin quenniū. Nā post quin quenniū querela in
officiosi nō debet durare, & ideò propterea nō differt quæ
stio de libertate. Ista ēt pōt esse uera, tene quā uis. Sequitur
uersf.planè.Istè uersf.legitur duobus modis, uno mō q refe
ratur ad primā partē, alio mō q referatur ad ꝓxima præce
dētia: mihi placet q referat ad proxima præcedētia, & ad
dicta in prima parte, & sic ad utrūq;, & dicit duo qñ oppo
nitur d,exceptio, q causa libertatis debet differri, propter
separatā litē de inofficioso, iudex prius debet examinare,
utrū ista exceptio opponat bona fide, an animo calūniæ,
& causa differēdi,exceptio ista nō admittet',l.hæc autem.in
prin.ff.si cui pl' q̄ per l.falc.& C.de fal.l.ij.& qd' dixi ff.tit.ij.
§ l.si prætor.§.Marcellus.Secūdò dicit,† q iudex pōt statue
re certū tepus ad agendū, quod no.licet gl.ff. tit.j.l.Pap. §.si
quis post.dicat hoc non esse uerum in ciuilibus,tamē ma
lè dicit,ut ibi dixi,de quo per Dy.c.in dultū. ext. de reg. iur.
lib.sexto.dixi in l.Titia.de accus.Circa istā partē quæro, q̄a
hic dicit,iudicem libertatis,&c.cui loquitur hic Impe-℟.lo
quitur iudici ordinario,qui habeat iudicē delegatum co
b gnoscere[b] de libertate,& sic est hic casus,† q cā simplicis li
9 bertatis potest delegari.Iac.Aret.ff. de dam.infec.l.j.in fin.&
Cy.C.de peda.iud.l.placet.ubi refert uerba Iac.de Aret. Ve
c nio ad ult.[c] partē, & primū dictum est clarum, q causa quę
nullo modo contingit petitionem hæreditatis non debet
per eam differri,quod examinabo plenè ff. in materia illa.
10 Venio ad finē gl.quæ inducit istū tex. in arg. † quod testes
inducti super uno articulo, nō debēt interrogari super a-
lio.Cont.glo.C.de testi.auth. si testis productus.ubi testis
interrogatur de conditione sua.Sol.testis non debet inter
d rogari [d] super alio, nisi illud aliud pertineat ad finē eius, de
quo principaliter interrogatur.Ita loquitur lex cont. nam
scire conditionem testis, pertinet ad iudicem,l.ij.& iij.& ibi
no.ff. de testi.& de hoc dixi in l.si duo patroni.§.idem Iul.de
11 iureiur.Ego induco in arg.† imò pro casu istum tex.ad no.
practicā.Si inter me & te trāsactū est de lite rei ex certa cau
sa,& tu posteà proponis contra me rei uendicationē,nulla
causa expressa,si ego oppono de transactione præcedenti,
quæ fuit limitata ex certa causa,iudex debebit pronuncia
re litem esse contestandā,ita tamē quod in hoc iudicio nul
lo modo deducatur illa causa,de qua fuit transactū,& hoc
exprimat in pronunciatione, casus est hic.Expedita litera,
ueniamus ad ꝑria,& examinabitur materia.Opp.j.q quæ
stio de libertate debet ante omnia examinari.C.de adul.l.
qm.dicit glo.ibi in modū exceptionis,quod ēt hic permit-
terē,hic autē in modū cōuentionis.Tu dic clarius, ibi quæ
stio de libertate erat præiudicialis ad accusationē,nō accu
satio ad eā, ideò de eo prius cognoscit'.l. ordinata. de lib.
cau.hic aūt quæstio de libertate erat præiudicialis ad quæ
stio.de testamento,& quæstio de testamēto erat præiudicia
lis ad eam,ideò superseditur in causa liberali, & præfertur
cā de testamēto tanq̄ maior & uniuersalis, ut statim dicā.
Opp.ff.de iud.l.qui prior.Sol.dicit gl.hæc est causa magna
uniuersalis,& centūuiralis.C.eo.l.ult.ibi est causa ciuilis,&
12 singularis.† Pro huius declaratione debes scire, q in hoc
iudicio uniuersali tria sunt specialia, Primò q in iudicijs
particularibus illa cā debet præferri, quę prius intentet', si
sunt inuicē præiudiciales,d.l.qui prior.hic uerò præfertur
cā uniuersalis.Secūdò, quia illa iudicia particularia ita de
mū inuicē se impediūt, si sunt inuicē præiudicialia omni-
no,ratione plenī præiudicij, ita q absolutoria lata in pri-
ma,parit exceptionē rei iudicatę in secūda,l.fundū. de ex
cep.aliās secus,l.sed si ante.eo.tit. Sed in uniuersali est hoc
speciale, q differuntur alia iudicia,etiā ratione qualisqua-
lis præiudicij,ut hic patet.Tertiò,quia in illis iudicijs parti
cularibus cōsiderant' causę præiudiciales,inter eas dē perso
nas tantū.d.l.fundi.& l.fundū.sed hoc inter diuersas perso
nas,ut hac l.Ethuius ratio est, ut tangit ista gl. quia illa cā
dicitur esse magna uniuersalis,& centumuiralis,hoc est,in
ducta à senatoribus,quia erant centū numero,ideò ꝓpter
eius nobilitatē assumit sibi istud priuilegiū.Opp.C.eo.l.fi.
dicit gl.in hoc lex ista hodie corripitur, quia hodie si lega
tarij uel creditores uel serui libertate donati uolunt age
re,adhibetur distinctio quę ponitur in d.l.ult.C.eo.nec dif
ferunt ista iudicia simpliciter,ut ibi patet.Ista gl.dicit ueri
tatē,qñ petitor,uel possessor cōuenitur à tertio,sed si cōue-
niunt se inuicē aliquo iudicio particulari,per illā l.nihil di
sponitur,& sic remanet incorrecta hęc lex. in uersf. nā cū q
dam.& l.nō distinguemus.§.si his ff. de arb.Item l.fin.C.eo.
loquitur quando conuenitur possessor uel petitor, sed qñ
ipsi agerēt,nihil ibi dicitur,& ideò hoc casu remanet incor
recta.l.si bonę fidei.& ibi no.ff.eo.& ideò pro huius declara
tione distingue in ista materia breuiter, q aut inter petito-
rē & possessorē mouetur aliqua quęstio particularis, aut
mouetur cū extraneis.Primo casu,aut illa particularis erat
de possessione,& non impeditur.l. ij. C. de edic.diui Adri.
toll.& l.diuus.in fin.ff.eo.Aut nō erat de possessione,& tūc
aut erat causa summaria,& non differtur, ut l. ille à quo.§.
si de testamento.ff.ad Treb.Aut erat causa quę requirebat
plenā cognitionē,& illa differt' hodie,& olim,ut hac l. uers.
nā cū quidā.& ff. de arb.l.non distinguemus.§.si is. Secun-
do casu,aut possessor,uel petitor cōuenitur ab alio, aut a-
git. primo casu olim differebat,ut hic,hodie uerò adhibe
tur distinctio,quæ ponitur in d.l.ult.C.eo.si uerò ipsi agūt,
tūc aut res,uel actio erat tēpore peritura, & possunt agere.
l.si bonę fid.ff.eo.& l.cū hęreditas ex Treb.ff.ad Treb. Sed si
res non esset tempore peritura,non possunt agere, imo de
bet differri.l.ij.ff. de exce.rei iud.& l.qui cū hęrede. ff. de act.
& ob.& de bo. liber. l. quandiu. l. si prœteritus.de bo.poss.
cont.tab.nec iura antiqua in hoc corriguntur per iura no
ua,scilicet per l.fi.C.eo.Et prędicta uera, donec iudiciū uni
uersale pendet,uel moueri speratur,secus eo finito,ut hac
l.ij.secundo respon.& §.nō uidet'.fm unā lec.& ff.de exce.l.is
post.fm unā lect.ubi tractatur ista materia.Itē prędicta ue
ra de iudicijs particularibus, quę tangūt iudiciū uniuersa
le quoquo modo, saltem ratione qualisqualis præiudicij,
13 secus si nullo modo.hac l.in fi. † Quęro utrū iudiciū uni
uersale, ꝓpter aliud differatur ℟. si quidē ista duo iudicia
sic se habent, q unum est fm testm̄,aliud contra testamētū,
differtur illud iudiciū quod est fm testamentū.ne fiat præ
iudicium quęstioni de testamēto.Hoc uoluit hęc l.in prin.
ff.l.prox.& l.diuus.in fi.l.ita tamē.§. quoties.ff.ad Treb. &l.
ij.§.expectandi.ff.oe bo.poss.fm tab.Si uerò utrunq; iudici
um est secundū testamentū,uel utrūq; ꝑ testamentū,seu ab
14 intestato,tūc unū per aliud nō differtur.l.pe.ff.eo.† Quęro
quid si est quęstio de hęreditate,& nō de testamēto, an sit
e būt[e] iudicia particularia? Videt' q non,nā uerba senatus-
cōsulti,& uerba rescriptorū, de quibus hic fit mētio,solum
modò loquunt', qñ ē quęstio de testamēto,sed puto q quo
cūq; mō speret' quęstio uniuersalis de hęreditate, iudicia
particularia debēt silere,ut de arbi.l. nō distinguemus.§. si
15 is.& l.ult.C.eo.& de exce.l.si post. † Iuxta hoc quęro, quid
f [f] in alijs iudicijs particularibus,uel uniuersalibus,puta in
ter duos est contētio de prębēda,uel iurisdictione alicuius
castri,utrū iudicia particularia debēt interim silere? Inn.di
cit q idē,de cōcess.pręben.c.qa cūctis.in fin.gl.magnę,qd' ē
hodie c.j.de cōcess.pręb.lib.vj.Vlt. gl. signat unū arg.cōt.&
nō soluit,uide eā ibi arg.ꝑ.C.de sen.l.nemo iudex.Sol.non
prejudicat an plenum prejudiciū,sed an qualequale sic.

ADDITIO.

a Gl.Fel.c.significauit.de test.in fin.
b Cognoscere.l.imperium in j.col.de iur.om.iud.auth.de col.§.prohibemus.
& gl.d.l.placet,

POMA.

c POMA.Vlt.Fel.c.de testib.gl.j.de testib.
d Interrogari.Dixi post Bar.l.Lucius.ff.de insp.Gul.de Suza. auth. sed iu-
dex.C.de episc.& cler.& Inn.c.cū Bertoldus.de re iud.Bal.l.pe.C. de trāsf.
q, iuramentū testis nō refertur ad articulos impertimentes.in l. non iudis.
C.de prob.quod ſi in articulo ponitur,q, Titius est filius Caij, & testis de-
ponit de fama,uel q, Caius tractabat eum,ut filium, uel similia,dicit Bal. q,
hæc probatio ualet,secus ſi pono q, fama est,q, to.est Rex Franciæ, & te-
stis deponit de ueritate,& non de fama, & quando articulus est ineptus,
sed probatio est apta,Bal.l.j.in fi.ff.de iur. om.iu. & Ang.l.ij. in prin. eo.
tit.& Ang.& Imo.l.iam dubitari.ff.de hær.inst.Bar.l.j.ff.si cer.pet.
e Silebūt.Bal.l.fundū.ff. de exce.et ff.eo.l.si bonæfidei.Bar.l.si post.ff.de exce.
f Quid.Bal.l.emptorem.uersf.sed pone quidam.C.loc.& ibi an interim pos-
sit solui lite pend.

LEX VIII.

LEGITIMAM. Qui elegit ius incompetēs, nō uidet' renunciare iuri q sibi ignorabat competere. Lex ista legitur duob.modis, Primo in testamento rumpēdo per querelam,& hoc fm princ.glo.ibi dū ponit casum per l.mater.ff.tit.prox. Alio modo legitur in testamento rupto ipso iure, & hoc innuit sequens gl. parua super uer. uires. hæc tamen glo.super d.uer.nullis extat.Opp.l.post.ff. eo. dicit gl.intellige hoc quando agnouit ignoranter,secus si scienter.* Prout te refers ad testamentū rumpēdū,glo. est clara, quia agnoscēdo scīēter, uidet' ap,pbare. Hoc habuistis in multis legibus.ff.tit.j. Prout te referes ad testamentum nullū ipso iure,tunc si quidē est nullū propter fauorē istius qui agnouit, ut puta,qa' erat prœteritꝰ,tūc idē,l.filio prœterito.de iniust.test. Si uerò esset nullū ,ꝓpter defectū solennitatis,& tunc agnoscēdo scīēter nō posset ap,pbare.C. de testa.l. nō dubiū.circa fin.Sed licet nō posit testamentū ap,pbare, an ex hoc uideat' repudiare ab intestato,dic ut i l.Clodi⁹. ff.de acq. hęr.

* Scienter. Amplius dic ut per Bar.l. xix.nu. ij. cum seq. ff. de inof.testa.

LEX IX.

REGVLARITER.[a] Iurisconsul.ad euidentiā dicendo rū præmisit unā distinctionē,usq; ad l.diuus. postea posuit quædam rescripta pertinentia ad hanc materiā,usq; ad hanc l.hic ponit unam reg.iuris antiqui,quam declarat usq; ad l.item uenitū.§.prætor.ibi recitat senatusconsl.factū in hac materia, & illud prosequitur exponēdo usq; ad fi.tit.& quia ponit regulā,nō pōt breuius summari,quā se summat.Opp.ff.eo.l.ēt si putauit.§.itē si quis. Sol. hic de directa,ibi de utili petitione hæreditatis. Itē opp. q ius nō possit possideri.l.seruus. §. incorporales. de acquire.do.Sol. dicit glo.quædam est possessio propria, quædā impropria, quædā impropriissima, licet doctores dicant cont.C.de serui.l.ij.quod non intendo hic examinare.

ADDITIO.

a P.PAV.P.Regulariter.Limitat laſ.l.fi.col.fi.C.de edic.diui Adri.tol.l.j. C. de inoff.test.

LEX X.

1 Petitio hæreditatis datur pro minima re, & sic curandum est de minimis.
2 Conclusio in petitione hæreditatis.

1 LICET.No.† hanc actionē dari etiā ꝓ minima re,& sic
2 de minimis curamus, dic ut ff. de dam.infec.l.si ꝓprietarius,Secūdò no.† modū cōcludēdi in libello super petitione hæreditatis, q quis petat ,pnunciari se hæredē in solidū,uel ,p parte.Tetigi ff.l.ij.in prin. & quòd officio iudicis cogatur restituere,de quo dixi ff.l.j.in prin.de eden.

1 Pro hærede sumitur tribus modis.
2 Petitio hæreditatis quare non datur contra tit.possidentem.

PRO HAEREDE.Hic incipit exponere uerb.pro hęrede.cont.ista actio nō dat' ꝑ tit.possidentē. l. cogi. C. eo.& l.hæreditatē. C.in quib.cau.cess.lōg.tēp.præſ.Sed possidere pro hærede,est habere tit.ff.,p hær.per totū, ergo
1 &c.So.† ,p hærede pōt sumi tribus modis,ut in gl. hic uerò
a accipit ,p eo qui nō est hæres,sed putat[a] se hæredē. Quæro
2 quid de eo qui putat se nō esse hæredē? ℟.no.ut hic.† Secūdò quæro,quæ est ratio,quare petitio hæreditatis nō dat' ꝑ tit.possidentē gl.ponit unā rationē in d.l.hęreditatē.C. in quib.cau.cess.long.temp.præſc.doct.ponūt uerā rationē in d.l.cogi.C.eo.Et est rō,qa qui agit petitione hæreditatis, ni titur solùm ex tit.nō em̄ fundat se ex aliquo iure suo,quod habet in re.Si igit' aduersarius possidet,& cū titulo, habet talē ius quale habet ipse,& plꝰ qa possidet, meritò nō pōt cōueniri petitione hæreditatis.de publicia.l.fi.ue aūt.§.j. & ibi no.

ADDITIO.

a P.PAV.P.Putat.Alex.consl.lxxxv.col.j.uol.ij.laſ.l.fi.ad fi.C.de edic. diui. Adri.tol.

§ PRO POSSESSORE.Hic incipit exponere qd' dicatur,pro possessore.

LEX XII.

1 Testis ratio quando est eadem cum dicto,nihil ualet.
Testis si in reddenda ratione dicat,scio quia scio,non probat.
2 Hæredem qui falso se contendit esse,conuenitur ut prædo.
3 Possidere pro hærede,uel possessore,quomodo cognoscatur.
4 Interrogatus qui respondit se emisse à compote mentis,poterit iterum inter rogari,an emerit magno,uel paruo pretio.

1 QVI Interrogatus.No.† qd' qñ ratio est eadē cū dicto,nihil cōcludit, & ideò dictū testis nihil ualet, qñ
a dixit testis,scio, quia scio.[a] Et est ratio,[b] quia oportet
b quod illud q probat aliquid, sit clarius & manifestius illo qd' ꝓbatur. Vnde si dico,fuit ne uulneratus. Titius? dicis tu,q sic.Iuterrogatus quō scis,dicis tu,scio quia scio. Istud
2 nihil probat,quia oportet q ratio sit clarior dicto,† Quæro,quid si cōtendat,quis se esse hęredē,sed permēdacium℟.
3 conueniť tanq̄ prædo.† Quæro,quō scias utrū quis possideat ,p hęredē,uel ,p possessore? Gl. hic ponit tres opiniones,inter alias ponit opin. Pla. qui fuit multū laceratus in hac materia.Finaliter ordinē interrogandi ponit hęc gl. & aduerte circa principiū huius interrogationis. Quęro qd si respōderit se non possidere.Et certe habet lo.ff. l. ult. ff.de
4 rei uē.† Itē quęro circa finē,posito q dicat se emisse,& à cōpote mētis,utrū iterū interrogabo cū à quo? Azo hoc clarius dicit in summa hui⁹ tit.l.cogi.uersf.si dicat, quid ad te. Certè doc.dicūt q sic, utrū emerit magno, uel paruo pretio,ff.eo.l.si quid possessor.§.iustus.& Cy.refert.C.eo.l. cogi.

ADDITIO.

a P.PAV.P.Scio.Aret.l.qui hæreditates. ff. de acq.hær.Alex.consl. cxxxj.j. uol.laſ.l.fin.ff.de off.proc.Cæſ.
b Ratio.Bar.l.fi.de off.proc.Cæſ.Bal.l.conuenticulam.C.de epiſc.& cle. Bar. l.si quis ita.ff.de testi.tut.Bal.in rep.l.ij.C.de rescin.uēd.scripſi in l. qui testa mēto.in fi.de testa.Inn.c.cum causam.ext.de testi.& Bal.l.solam.de testi.

LEX XIII.

NEC VLLAM ALIAM.

§ OMNIBVS.Quādo tit.habet' ,p nō titulo,qs ,p possessore,uel ,p hęrede possidere dicit'.In tex.scīēs,qd si fuit ignorās? Breuiter,aut fuit ignorātia talisq̄ ꝓstat cām iustā usucapiēdi,& nō tenet' peti.hæred.aliās sec⁹,l.cū q. in prī.de publicia. Vide gl.quę ponit duas opi. finaliter ui det' tenere primā opi.q nō teneat' ,p hærede,uel ,p possessore.Istud facit aliquātulū ꝑ id qd' habuistis no.ff.l. nō solū. ff. de alie.iud.Cogitabitis. Quærit gl.qd si prędo habeat titulū.Dicit glo.titulū magis attendi.l.etiā.§.fi quis sciens.ff.eo.

§ IS AVTEM.Qui non possidet, non tenetur hac actione,nisi dolo desierit possidere.

LEX XIIII.

1 Successor uniuersalis non præscribit. quādo defunctus habuit malā fidem.

1 NERATIVS. † Licet quis possideat uero titulo, tñ
a ex ea ꝑsona autoris sui,qui ,p herede uel ,p possessore possideb at,poterit conueniri[a] pet. hæred. Opp. iste possidet uero titulo pro hærede,ergo petitione hæreditatis non tenetur.l.,p hęrede.ff.eo.Sol.hic conuenitur ex ꝑsona defuncti,quia hæres & defunctus uident' esse eadē ꝑ
2 sona.Ista lex inducitur per gl.in arg.q̄ † successor uniuersalis nō præscribat,qñ defunctus habeat malam fidē, quod dic ut l.cū hæres.de diuer.& tem.præſc.& Dy.e. possessor. de reg.iur.lib.vj.& C.de præſc.long.temp.l.j.

ADDITIO.

ADDITIO.

a *Conueniri.No.q. possidens titulo,conuenitur hac actione. Sed an publiciana detur contra titulo possidentem pro hærede,alias dubitaui,in q.facti, et mihi uisum est q. non,quia possidens pro hærede,habet publicianam ex persona sua l.cū sponsus.§.j.& ibi no.per doc.ergo talis possidens pro hærede,dicitur habere titulū parem titulo actoris,ergo potiorem causa possidētis.l.siue aūt. §. duobus.de Publ.scripsi inst.de act. §. actionū. dū tractaui an peti.hære.detur cōtra titulo possidentem.Adde Ro.cons.cccxxxiiij.*

LEX XV.

ETIAM SI PVTAVIT HAERES.

§. QVID SI Quis.No.in duobus casibus hic expressis,petitionē hæreditatis dari ℈ titulo possidentē. Op. ℈.eo.l.sed & si §.itē si res.Sol.ibi loquit qñ uendita fuit res uniuersalis.Querit gl.hic,licet iste teneat petitione hæreditatis,an iste præscribat.Videt q. nō.Cōt.est uerū.Cum eñ hic excedat suos terminos,excedit à nō suis terminis.

x *Prædo non est,qui pretium numerauit.*

z *Possessionem qui post tit.inuadit,non dicitur prædo quantum ad hanc actionem,sed quantùm ad usucapionem.*

3 *Donatarius si post mortem donantis ingressus fuit rem donatam sua autoritate,est prædo.*

§. SED QVIS Sciens.Possidēs titulo,ēt mala fide,nō pōt hac actione cōueniri,sed tanquā emptor uniuersalis pōt utili cōueniri. Vide unā gl.quæ incipit, ergo &

1 no.si.eius.† No.q. nemo prædo est, qui pretiū numerauit, de reg.iur.l.nemo.Opp.l.si ex stipulatione.℈.de acq.pos.&

2 C.de acq.poss.l.nec ex uera.Sol.gl.hic firmat illā opi.q. † ēt si post titulū sequat inuasio possessionis, nō dicat prædo quantū ad hoc, ut possit cōueniri hac actione,licet quantū ad usucapionē,& aliàs dicat prædo.Idē no.ℨ.eo.l. nec ulla.§.j.in glo.super uers.sciens.qd tene mēti,p questione.Te

3 stator † donauerat cuidā quādā rē, nec tradiderat,eo mortuo donatarij ingressus ē sua autoritate,licet sit prædo quò ad alia, nō tñ poterit petitiōe hereditatis cōueniri.Op.&ui det q. nō teneat utili simpliciter,sed debet distīgui,ut ℨ.px. §.Sol.hic loquit qñ emit mala fide,quo casu tenet utili,sed bona fide,distīgue ut in præced.§.& uide gl.quę circa hoc plenè distinguit.Opp. ad ult.dictū de l.bene à Zenone. C. de quad.presc.Sol.illa loquit a in alienationib b singulariū rerū,sm Azo.uel illa corrigit istā.Et hāc tenet Pet.qd uidet uerius,qñ emptor habiturus esset regressum contra fiscū.

ADDITIO.

a *Loquitur.Sed Bal.l.j.C.de hære.uel act.uen.aliter respon.*

§. APVD Marcellū.Et ita cōmuniter habet, Si hæredi ras dat i dotē,'maritus utili petitiōe hæreditatis tenet. Quærit utrū ista lex habeat locū,siue maritus fuerit sciens,siue ignorās.Gl.uidet dicere q. fuerit sciēs,ℨ.§.px. Alij cōt.q. puto uerum,quia mulier non habet dotem,nec dotis exactionem,ergo,&c.ut ℨ.l.prox.§.quid si quis.

§. HAEREDEM Autē.Istē fortis §.& habet duas partes.In prima uariat casus trib modis,sed ultima lect.ē uera,sm quā h.d.breuiter, Heres possessoris cū titulo pōt utili cōueniri,sicut defunctus poterat directa, qñ defūctus absq. titulo possidebat. Opp. ad primā partē, hæres possidet titulo tā ex psona sui,q. ex psona defūcti.l.iij. §. ex pluribus.de acq.pos.ergo peti.hęr.nō pōt teneri.Sol.dicebat Io.q. uerè erat heres,sed nō i oib,. Nā istarū rerū nō habebat dñium.Certè de hoc nō curo,qa siue habeat dñium, siue nō,tit.excusat eū ab hac actione,ut uidistis ℨ.l.px.§.si qs sciēs. Vnde alij soluūt,q. hic loquit qñ defunct possidebat mala fide.Certè nec hoc placet,d.§.si qs sciēs. Nō em pōt cōueniri ex psona defūcti,ut ibi patet,nec ex psona sua. Licet em possideat,p hærede,possidet,p hęrede uni,& petit hereditas alteri,& sic petitiōe hereditatis nō tenet.l.j.ℨ.eo. & l.Nerati.circa fi. magnę gl.Pone ergo casum ut in ult.par gl.hic ponit, uidelicet q. defūct possidebat titulo,qa emerat uniuersitatē,eodē mō ergo poterit cōueniri hæres eius.

a §. SI QVIS Absentis.a Qui alieno noīe possidet,nō pōt nomine ꝓprio petitione hereditatis cōueniri.h.d. quę casum no.No. q. ille possidet nomine alieno, quādiu durat,dicit iustè tenere,ea finita,dicit tenere iniustè. Opp. l.officiū.ℨ.de rei uēd.& l.ij.ubi in rē act.Sol. aliud in rei uēdicatione,ubi ex sola detētione qs pōt cōueniri.aliud i petitiōe hereditatis,ubi nō pōt cōueniri, nisi possideat,ꝓ hę rede,uel ꝓ possessore,puto tñ q. hic qñ iste cōuētus nominat dñm in iudicio,erit expediēd,ꝓcessus sm formā.l.ij.C. ubi in rem act.

ADDITIO.

a *Absentis.Bal.l.cogi.C.eo.*

§. NON SOLVM.Qui non possidet,sed ut possessor se obtulit,hac actione tenetur.

1 *Possessoris solutio liberat dolosum,non ecōtrà.*

2 *Exceptio competens actori,quando transeat in successorem.*

§. ITEM Si qs dolo.Qui dolo desiit possidere, ut possessor tenet,q. liberat,si possessor liti se offert,sed satisfactio eius,q. dolo desijt possidere, nō liberat possessio-

1 nē.† No.q. solutio possessoris liberat dolosum, nō ecōtrà. cōcor.sunt in gl.Op.ℨ.de nox.l.de illo.in fi.&l.seq.&ℨ.si fa. fur.fe.di.l.quoties.& de dolo.l.si plures.Sol.dicit gl.ibi loq tur in actionibus personalib,.hic in reali,seu mista.hęcnō

a uidet uera, quia idē in ꝑsonalib,. C. de cōd.fur. a l.j.& ideò dicas q. in ℨrio cōuenit qs ad quantitatē, meritò unius solutio liberat aliū. Hic cōuenit ad speciē, meritò siun, soluit quantitatē,nō liberat debitorē speciei.Opp.ℨ.de reb.eo.l.si licitē.Sol.dicit gl.q. ibi fuit soluta uera æstimatio, hic uerò fuit iuratū in litē.Et sic uidet pœna esse soluta, Et sic ēt pertransibat Iac.de But.q. solutio pōt esse bona,sic intelligēdo,q. hic loquit in ijs qui fuerūt in dolo.Vnde solutio unius nō liberat aliū, ibi uerò cessauit dolus.Et hoc uult sentire gl.i eo qd hic dicit,de iuramēto in litē,qd nō præstat,ni-

b si ℨ dolosum.l.in actionibus.ℨ.de in li.iur. Possemus ēt alter soluere,ut ibi no.in gl.Opp. si fa.fur.b fe.di.l.quoties.§.

2 planē.Sol.gl.hic,& bene q. debet itelligi † qñ possessor nō erat habiturus regressum ℨ dolosum,alias secꝰ, ut l.cōt.qd mihi placet,& hęc posset esse solutio ēt prędictis ℨtij. Alij dicunt distīguendū,aut exceptio incipit cōpetere autori meo ante ℨctū uēditionis,aut post. quæ distinctio nō ēbona,cū indistinctē exceptio supueniens autori, transeat ad successorē.l.ctiā si in rē.ℨ. de iureiur.l.si tibi.§. pactum.ℨ.de pac.Dy.l.si tertius.§.si quis prius.de aqua. plu. arcē. Vnde teneas istam, siue prędentem,quę bona est, de qua per Cy.C.de alie.iud.mu.causa fa.l.j.in j.q.& ℨ.de condict.fur.l. j.ego dixi in d.l.quoties.si fa.fur.fe.dica.

ADDITIO.

a *Fur.Bal.l.j.C.de cond.fur.*

b *Fur.Bar.l.si seruus.§.bonæ.ℨ.de cond.fur.in l.si quis dolo.§.i.post gl.dere iud.& l.locū.§.condemnatio.de tab.exhi.Et istā sol.etiā approbat Dy.in reg.bona fides.in vj.Ang.l.si duo.§.si quis cautio.*

§. ITEMQVE A Debitore.Debitor quasi possessoriu ris,hac actione tenet,siue sit ex ℨctu,siue ex delicto, dū tñ prędens sit debitū.Itē siue ꝑxerit cū defuncto, siue cū hęrede.Itē qui hereditario nomine habet actionē, hac actione tenet,tanq. iuris possessor. h. d.cū l.seq. usq. ad fi. l. qd si in diē.Opp.l.si debitor.ℨ. eo. Sol. ut in glo. quia quo ad quid differētia est,utrū sit debitū ex delicto, uel ex ℨctu. Op.ℨ.eo. l. qd si in diē.§.nō solū.uers.sed si hęredis.Sol.ibi ꝑxerit cū hęrede,hic cū hęreditate,uel seruo hęreditario.

LEX XVIII.

1 *Cautio debet præstari in omni debito,siue in diem,siue sub conditione.*

QVOD SI In diem.Summaui cū precedēti.Opp.q. ante diē nō potuerit agere,sed debuerūt inducię duplicari,ut inst.de excep.§.tēporales.Dicūt quidam ꝓ sol.q. hic de facto fuit admissus,qd nō placet. Sed dic q. ex git petitione hereditatis simpliciter,nō ꝓ illo debito. Op-

1 l.quęsitū.ℨ.de pec.Sol.ut ibi dixi,& ℨ.de iud.l.nō pōt.† Vt. tene mēti hūc §.si aūt.Ex quo uidet probari,q. in omni debito,siue in diem,siue sub conditione prestari debeat cautio,& hoc gl.expresse tenuit,ℨ.uer.officio.

1 *Actiones descendentes ex delicto cedi possunt.*

§. IVLIANVS.Suprà dixit de eo qui est possessor, hic

2 de eo qui est creditor. hoc est, qui habet a aliquam ac-

1 tionē personalem ad hęreditatem. † No.q. actiones descendentes ex delicto possunt cedi.

ADDITIO.

a *Habet.Bal.l.per diuersus.q.xvj.C.man.*

LEX XIX.

QVOD SI Possessor.Possessor uictus habet retētionē rerū propter expēsas per eū factas,& pecuniā soluta,si sibi culpa imputari nō possit.Op. qa cū indebite soluit,non debeat imputari,ℨ.eo.l.si possessor.§.ait sena-

a tus.Plures sol.sunt in gl.teneas illam,a q. ibi mota erat cōtrouersia,hic non.Vel teneas aliam,hic non potuit sibi imputari aliqua culpa,ibi sic.

ADDITIO.

a *Illam.gl.& Bar.l.cum indebitum.ℨ.de cond.ind.*

LEX XX.

ITEM VIDENDVM.Si pecunia per possessorē deposita perditur, possessor cedendo actionē liberatur.

§. SI QVIS Cum.Possessio iuris,uel rei,pendente iudicio,superueniens,uenit in hac actione.

1 *Feudum non uenit in iudicio petitionis hæreditatis.*

2 *Frater si fecit fratri quietationē de omni eo qd petere posset in hæreditate paterna,nō impeditur petere feudā,nec partē bonorū emphyteuticorū.*

§. NVNC Videamus.Hic exponit uerb. uel rē hæreditariā,positū in l.regulariter.ℨ.eo.& breuiter hoc intendit,In hoc iudicio uenit oēs res,siue sint iura,siue sint corpora,siue ad defūctū spectabāt iure dñij,siue possessio-

a nis,siue detētionis.a h.d.cū.prin.l.seq.Opp.ℨ.l.px.in fi.Sol. dicit gl.excipe seruitutē ut ibi,qd intellige ut ibi dicam sta-

1 tim.† Quærit gl.utrū feudū b uenit in hoc iudicio. Et gl.

b uidetur tenere q. sic.Reperio Cy.in quibusdā suis add.tenere cōt.Nā feudū nō habet iure hæreditario.de succes. feud. c.j.& hoc in extraneo est indubitāter uerū, sed in filio, licet nō possit repudiata hæreditate paterna habere feudū. in usib.feud.an filius uel agn.repu.hæred.c.j.tñ cū adhuc nō adijt,non habet ut hæres,sed ex pacto,uel ex l. d.c.j. de succ. feud.ℨ.de acqui.hær.l.ꝓ hærede.§.si quid tñ.de ope.lib.l. ut iurisiurādi.§.si liberi. & ideò nō uenit in petitione hæredi-

2 tatis,& ideò reperi Dy.cōsulentē,† q. si frater fratri fecit qe-

c tationē de omni eo qd petere possit c in hæreditate paterna,q. ꝓ hoc nō impedit petere feuda,uel partē possessionū emphyteuticarū,qa non petunt tanq. ex hæreditate paterna.Facit quod dixi uobis in d.l.ut iusiurandi.§.si liberi.

ADDITIO.

a *P.PAV.P.Detentionis.Aret.l.gerit.in j.no.ff.de acq.hær.*

b *Feudū.Bal.l.liberti libertæq.C.de ope.lib.& in l.qui se patris.C.unde lib. cōf.cclxxxvij.lib.iiij. & cōf.lxxiij.lib.ij.& ij.uol.conf.cccxxxvj. & cōf. lxxxij.lib.ij.Bal.c.j.de succes.feu.in l.liberti.C.de ope.lib.in l.cū uirū.C. de fideic.Sed aduerte quia Bar.est in hoc sibi cōtrarius,uide eundē in l.ut iurisiurandi.§.si liberti.de ope.lib.& l.si patroni.ff.ad Treb. & ibi uide Io. de Imo.qui concludit q. non,post Bar.& dicit se non legisse apud Cano.Alex.conf.xciij.& conf.xxviij.cōf.ccxxvj.Alex.l.si patroni.ff.ad Treb.*

c *P.PAV.P.Posit.Secus si facta esset per uerbū bonis,secūdū Spe.tit. de loc. §.nūc aliqua.uers.clviij. in ult. iuribus.Ias.auth.unde si parens. C.de inoff. test.in præludijs feu.& latius in l.si non sortem. §.libertus.in ul. co. ff. de cond.indeb.& in l.gallus.§.ult.de lib.& posth.ubi hoc non firmat in feudis.Alex.cōf.c.uol.j.ad fin.limitat dictū Bar.hic,nisi feudū esset hæreditarium.quia receptum pro filijs,& hæredibus.Alex.conf.xix.uo.v.col.j.ad fi. Iac.de.s.Geor.super feu.Item cum pacto de ipso feudo q. uidetur uerū, nisi ageretur cōtra tertiū nō habentē ius aliquid in feud. super quo uide etiam Ale.l.si procurator.in prin.ff.ad Treb.post Bar.ibi.Bal.l.is qui.de rer.dii.& in auth.si quis.C.de sac.ecc.Ale. l.tres fratres.de pac.Et istud uidetur procedere etiam si renunciatio hæreditatis paternæ esset cum iuramento, Bal.c.j.ti.de cog.uer.l.filia.uer.sed quæro quid si filius.Limitat Ias.in prælu.feu.j.col. quando utitur uer. hæreditatis.secus.in uer.bonorum, ut ibi per eum.*

LEX XXI.

1 *In petitione hæreditatis ueniunt res,quas defunctus detinebat.*

2 *Officio iudicis agit,qui rem sibi commodatam apud alium reperit.*

1 ET NON Tantū.Summaui cū præcedenti. † No.q.

2 in petitione hæreditatis ueniunt res quas defunctus nō possidebat,sed solum detinebat.a † Quæro,quid si rē tibi aliàs cōmodotam reperis apud aliū, utrū habeas aliquod remediū ℨ illū:Dicit gl.q. nō de facti, sed forte officio iudicis.* Hoc ego dixi uo- * *Iudicis. Sed cū*
bis in l.& ideò.§.Neratius.ℨ.de cond.fur. Cā- *cōmodatario,*
sus est ℨ.de ua.& extraor.cog.l.de usu aque. *in dominū actio competat,*

*si rē cōmodatā surripuerit:l.rem.ff.com.Multò magis aduersus extraneū, rem commodatam possidentem.*l.Con.B.

ADDITIO.

a *Detinebat.Ille enim in hæreditate esse dicitur,l.si de eo.§.j.C.de acqui.pos. & ideò secundum Ang.ibi deberet poni in inuentario, ut Bal.hic.*

a §. QVOD SI Pro emptore.a Quod non fuit defuncti, sed est hæredis,in hac petitione non uenit.

ADDITIO.

a *Empto.Spe.de sol.§.j.uer.sed quid si debitor.*

§. VENIVNT.Res,pro quibus defuncto nō competebat actio,sed retentio,ueniunt in hoc iudicio.

uus.ut leg.no.can.Sol.ut in gl.quia per hoc malę fidei possessor cogitur semper probare soluisse.Quęro circa istā partem,quid si dubitat an nomine proprio, an appellatiuo? Gl.hic mirabiliter distinguit,aut soluit ante litem motam, aut posteà,licet aliter dixerit in l.si pœnæ.§.j.& ibi dixi ff. de cond.ind.Vide istam gl.& no.

§. SED ET SI IPSI. Malæfidei possessor quod sibi debetur,non deducit,nisi hoc petitori expediat, secus
1 in bonæfidei possessore.No.† q bo.fi.possdeducit etiam debitum naturale.

§. SICVT AVTEM. Malęfidei possessor deducit sumptus factos hæreditate,& cōtra eum habet ratio negligentiæ præterquā in actionibus exercendis,sed bonę fidei possessori non potest negligentia imputari.Opp.l.nō solūm.ff.de rei uend.Sol.ibi erat malæfidei possessor.Opp. l.sed & si lege.§.quod autem.ff.eo.Sol.ut ibi.gl.uult quærere,quos sumptus deducit possessor.Dic ut in gl.super uer. sumptum.

§. QVOD AVTEM. Quod possessori est solutū,indistinctè restituitur,& debitores liberantur. Circa legem istam omnia sunt recitata,excepta gl.magna, quæ quærit & reuocat in dubiū,utrùm illud quod est possessori solutum,imputet uero heredi? Gl. distinguit per multa uerba,quam signa, & in nullo suppletur per doc.præter q̄ in uno,quādo malęfidei possessor soluit scienter,quo casu dicit gl.q non repetit.Pe. cont.ut refert Cy.C.de condic.ind. l.si à patre.ij.q.Quærit gl.quid si bonæfidei possessor soluit debitum naturale,& in petitione hæreditatis nō deduxit? Arguit pro & contra,& non determinat,finaliter magis uidetur inclinare,q non repetat, quia huiusmodi est retentio,non repetitio.

LEX XXXV.

PER SERVVM. Quæsita per seruum hæreditatiū extra rem possessoris,ueniunt in hac actione.

LEX XXXVI.

NISI EX RE HAEREDIS.

§. IVLIANVS SCRIBIT. Si uenditur res non necessaria hæreditatis,possessor malæfidei tenet ad precium, si necessaria & non extat, ad precium, aliàs ad rem, si extat.

LEX XXXVII.

FILIIFAMILIAS. Filiusfa.ex testamēto habet hæredem,& ideò eius potest peti hæreditas.

§. SI SERVVS. Si filius uel seruus teneat hereditatē, uel eius pater,uel dñs, potest conueniri hac actione.

LEX XXXIX.

SI A PATRE VEL A DOM. Petitio hereditatis quæ datur contra patrem uel dominū,non habet naturā actionis de peculio,nisi quatenus datur ad personales præstationes.

§. SED ET A FILIOFA. Hac actiōe potest filiusfa. conueniri,& per translationē in paternā potestatē, hæreditatis petitionis cœptam instantiā nō extingit.

§. SI POSSESSOR. Pro seruo occiso à malæfidei possessore datur hæc actio,& legis Aquil.sed altera debet esse contentus,sed si post aditam hæreditatē fuerit occisus,legis Aquil.tantū competit.Opp.q possessori non imputetur,si occidit,ut ff.eo.l.si quid.§.sicut Sol.hic in malæfidei possessore,ibi,in bonæfidei.Opp.q etiam seruo occiso post aditā hæreditatem,teneatur malæfidei possessor, ff.de uer.ob.l.si seruū.& l.si ex legati.Sol. seruus bene uenit in petitione hereditatis,sed si uellet cōuenire possessorē tāquā debitorē,ad æstimationē serui occisi,post aditam hæreditatem,non neniet in petitione hæreditatis,ut hic.

§. SI PRAEDO. Rē à prædone uendita perempta, est in electione actoris,utrū preciū iustum,uel cōuentum exigat.Opp.q prædo indistinctè de interitu teneatur, l.illud.in prin.ff.eod.Huius timore legitur hæc lex duobus modis in gl.tene ij.lect.quam gl.tenet,& nihil obstat.

1 *Locupletior effectus ut quis dicatur,quod tempus inspiciatur.*

a §. QVO TEMPORE. An quis sit locupletior,tēpus rei iud.inspicitur.Opp.ff.de excep.[2] l. in pupillo.& ff. de sol.l.in pupillo.Gl.soluit satis bene. Dico q inspicitur utrūq; tempus,scilicet,litis cōtestatæ & rei iudicatæ,& uera est ista, qa si tēpore lit.cōtestatę est locupletior, licet postea desinat, nihilominus esset eius periculū, quia incipit esse
1 prędo,nisi res naturaliter intereat.l.illud.ff.eo.Vel dic† breuiter,ut aliàs dixi, Quandoq; an aliquis sit locupletior,est causa actionis concedendæ,& tūc inspicitur tēpus litis cōtestatæ,ut in cont.Quandoq; an aliquis sit locupletior, est causa moderandæ condemnationis,& tunc inspicitur tempus rei iudicatæ,ut hic.Et hoc apparet ex uerbis senatusc̄ sulti dicentis,in quantūm facti sunt locupletiores condemnandos.No. condēnandos,dixi in l.rei iudicatæ.ff.fol.mat.

ADDITIO.

4 *Exceptio.Bar.l.rei iudicatæ.fol.mat.dixi in l.litis.ff.de neg.gest.*

§. FRVCTVS. Omnis possessor deducit sumptus factos causa fructuum.l.quod si sumptus.ff.eo.

LEX XLI.

1 *Malæfidei possessori pro expensis consulitur officio iudicis.*
2 *Possessori malæfidei quare nō consulatur pro expēsis per doli exceptionē.*
3 *Exceptio & officium iudicis differunt.*
4 *Statutum prohibens non posse opponi contra instrumentum aliquam exceptionem,non probat officium iudicis.*
5 *Statutum ut excludat officium iudicis,debet dicere q aliqua nō prosit exceptio uel defensio.*

PLANE. Expensas utiles & necessarias factas ad perpetuā rei utilitatem quilibet possessor re extāte deducit,sed re perēpta bonæfidei possessor necessarias tantum omnino deducit,uoluntarias uerò bonæfidei possessor deducit,secus in malæfidei,licet auferre posset quę sine detrimēto rei possent auferri.No.tex.ibi, officio iudicis,&c.
1 Venio ad gl.super uerbo,desiderat.† Quæro utrùm [a] malę
a fidei possessori pro expēsis cōsulatur per doli exceptionē? Dic q non,sed ei succurritur officio iudicis.Et ista differentia est quantùm ad subtilitatē,non quantū ad utilitatem. Idem dicit in l.fundo.ff.de rei uendic.Sed certè fm doc. Moder.aliqua utilitas esse potest in modo practicandi,nā malæfidei possessor pro expensis potest iudicis officiū implorare,sed si excideret,succūberet,per hunc tex.Dy.l.domum.
2 C.de rei uendic.† Quæro de ratione [b] dicit Pe.exceptio dob li in prædone,non habet materiā præexistentem, seu sufficientem ex qua oriatur, non dicit plus. Declaro, exceptio doli mittitur æquitate.l.j.in prin.de exc.mu.& l.qui æquitate.ff.de dol.excep.Item debes scire q ista æquitas exceptionis,inspicitur ex parte exponentis.l.qui ex liberis.in fi.ff.de bo.poss.fm tab.Sed hic ex parte malæfidei poss.opponentis non est æquitas,quia est quod sibi imputetur, ideò sibi doli exceptio non cōpetit,ut hic,sed competit officium iudicis,ideò quia iudex ex officio suo respicit æquitatē, quæ est ex utraq; parte.l.quod si Ephesi.ff.de eo quod cer. loco. ideò officium iudicis ad hoc se extēdit. Et hoc uult iste text. dum dicit,q ista est æquitas,non enim debet petitor ex a
liena iactura, &c.& sic oritur ex æquitate,ex parte eius contra quem opponitur,sic declaro dicta docto. Sed certè ista
c uidentur contra [c] l.militis.cod.c.§.ueteranus. ff.de test.mil. &c.ex equitate oritur exceptio doli,quę æquitas est ex parte eius contra quē opponitur, licet non sit ex parte opponentis.Vnde propter hoc recedo ab opi.gl.nostræ,& teneo opin.Mar.antiqui gl.in hoc quod dicit,prędoni doli exceptionem cōpetere.Vult ergo iste tex.dicere,In persona prędonis habetur ratio sumptuū,per officiū iudicis, licet non oppo-

opponatur doli exceptio. Non enim est necesse, q illa opponatur.l.fi. in fi.ff.eod.Hoc probatur in tex.ibi dum dicit, sed benignius.&c. ponitur enim dictio,sed, sine copula,& sic aduersatur ad præcedētia.Hoc etiam probat ex dictione,planè,quæ sequitur.ubi innuit q inter prædonē & possessorem solum est differētia re exante.Quicquid † tamen sit,
3 notat mirabilem differētiam inter exceptionem & iudicis officium.Simile in l.iij.§.fi.ff.nau. caup.stab.& ff.eo.l.fi.in fi.
4 Propter quod † ego dico, [d] q si in statuto dicatur, q cōtra in
d strumentum nō possit opponi,nisi exceptio solutionis, de qua apparet publicum instrumentū,uel falsitas,&c.q si est aliqua alia exceptio,quæ si non opponatur,actor locupletaretur cum aliena iactura,q licet non possit opponi doli exceptio,tamē poterit officium iudicis implorari.l.fi.ff.eo.
5 Vtigitur hoc † tollatur,quando dictas statutum, facias q dicat,q nō possit opponi aliqua exceptio,nec aliqua alia defensio,ut etiam officiū iudicis comprehēdatur. De quo dixi in l.j.quod ui aut clam.

ADDITIO.

a *P.PAV.P.Vtrum.ff.l.j.& ibi Ray.ff.de iurisd.com.iud.Bar.l.si unus. §.pactus.ff.de pac.& ideò dicit Bar.l.in contractibus.in princ.de non num.pecun.quòd ubi per calumniam imploratur officium iudicis, iudex potest denegare,secus si per uiam exceptionis. Et hic adde Bald.l.peremptorias. uer.quero quomodo.*

b *POMA.De rattone.Barb.cons.xxxvij.uol.j.& cons.seq.& cons.quadragesimo secundo.cod.uol.Fel.c. quod ad consultationem.re iud. Barb.cons. septimo.in ij.uol.& cons.xcvj.eod.uol.Ro.cons.trecētesimo uigesimo quinto.in ult.coll.Abb.c. dilecti filij. in fi.de iud. & c.nouit.eod.tit.Card.cons. uigesimo nono.Imo.cons. xiij. aliàs. cxxxvj.ad fin.& cxlij.& cxliiij.cum duobus sequent.*

c *Contra.Bar.& quæ ibi dixi,in l.cùm quæreretur.§.prædij. de leg.iij.Bart. post gl.l.in fundo.ff.de rei uend.ubi late,& dixi ibi.*

d *Dico.Bart.l.& ita.§.nouissimè.ff.nau.caup.sta.Item adde secundum Bald. hic,quòd licet statutum uteretur uerbo defensionis, tamen posset officium iudicis impartiri,ubi factum esset ita notorium, quòd iudex suppleret ex seipso,non ad petitionem partis.Ponit exemplum,cùm est euidens calumnia,uel prauitas facti,C.de accu.l.reos.& Inn.c.ij.de offic.uic.l.j. C.qui & aduer.quos. & l.si & sortè. §.Labeo.ff.si ser.uend. Bart.l.post legatum.ff. de his quib.ut ind.Bal.post Bar.l.cùm mulier.fol.mat.Bar.in extrauag.ad reprimend.uer.ad denunciationem.& dicit Bart. l.domum. C.de rei uend. quòd post terminum datum ad excipiendum, potest implorari iudicis officium.Item adde quòd uerbū defensionis, refertur tam ad actorem, quàm ad reum.l.j.secundum unam lect.gl.& ibi Bald. C.de test.& Bart.l.j.C.de excep.Adde dicta per Bart.hic, quòd imò iudex poterit supplere ex officio, Bal. rub.de ind. lib.uide tamen.ff.eod.l.fin.Item adde quòd si quis non potest agere, uel excipere uigore statuti, potest tamen negare, secundum Bald.l. peremptorias.Idem dicit in exceptione facti, uel intentionis. Adde tamen quòd in notorijs, implorare iudicis officium non dicitur defensio, secundum Imo.in l.pen.§.ad crimen.de pub.iud.Si statutum dicit, quòd actio non reddatur ius,an poterit se defendere,Bald.l.quoniam.C.de adult. & Inn.c.cùm olim.de cens.Bal.rub.de manu.& An. post Richar. Malum. & l.quos prohibet.de postul.ubi stante statuto quòd quis non debeat audiri per uiam actionis, uel exceptionis,poterit tamen iudicis officium implorare,& quod non.gl.l.in fundo. ad fi.gl.magnæ.ff. de rei uend. & Inn. de rescrip. c. dilectus. imò uidetur quòd etiam si dicatur nulla defensio,si iudici notorium est,succurritur officio iudicis,etiam non implorato. l.j.C. qui & ad quos.l.ubi pactum.C.de transac.in gl.Bal.l.j.C.de condic.indeb. Bal.l.et nō tantū.§.quod si pro emptore.in glos.nimis.ibi,restringere.& c. ff.eod.quòd cùm ista uniuersalis negatiua,nulla,&c. ponitur in rescripto, quod emanat ad iuris obseruantiam, & tunc non intelligitur remouere, nisi friuolas exceptiones, Arch.ij.quæstio.vij.lator. Quandoq; apponitur in iure communi.tunc non dicitur remouere exceptiones permissas per ciuilem lect.l.ita pudor.C.de adult.& c.sine exceptione.xij. quæst.ij. Quandoq; ista clausula apponitur in statuto disponente contra, uel præter ius commune,& tunc uidetur quòd ista clausula sit præcisè seruanda, arg.l. prospexit. qui & à quib.Alij dicunt quòd statutum, uel consuetudo debet interpretari,ut non inducant iniquitatem.c.cùm dilectus. de consue.l.ij.C. de nox.& secundum istos exceptio odiosa non potest opponi, sed exceptio fauorabilis sic,nisi statutum specialiter quasdam exceptiones enumeraret, quia tunc omnes aliæ uidentur resecatæ, qualescunque essent.arg.l. tribunus.in fi.de test.milit.Bar.l.j.quod ui aut clam.& in extrauag.ad reprimen.uer.non obstantibus.& per eum in fi.l.j.§.nunciatio.de ope.noui nunc.& c.ex parte.de off.deleg.& quid iuris,si in certis casibus apponatur dictio taxatiua,Dy.reg.in argumentum.l.j.C.de patrib.qui fil.dif.Adde an statutum prohibens quem audiri,impediat quin possit iudex ex officio suo supplere,Ro. cons.xliij.& ccxiij.*

LEX XLIII.

ILLVD. Mala fides quæ per lit.contest. inducitur, non nocet bonæfidei possessori,re naturaliter perempta,secus in eo qui fuit malæfidei. Oppo.ff.eod.l.sed & si lege. §.si ante litem.Sol.hic est malæfidei possessor, quò ad omnia, præterquàm quò ad interitum. Aduerte, † bonefidei
1 possessor est,quando quis possidet cōtemplatione domini.l.apud antiquos.C.de fur.& l.item ueniunt.ff.eod. malę fidei possessor est, qui scit se non esse dominum, l.item ueniunt.§. item placere.ff.eod.Item est quędam mala fides ficta, quę inducitur per lit. contestatam,uel controuersiam mōtam in petitione hereditatis,de qua nō.in d.§.si ante litem.Tamen bene dico,quòd tempore litis contesta.posset uerè esse malęfidei, si uerè scire posset ad se non pertinere. Modò ista mala fides ficta non haberet locum,nisi equitate cessante.l.sciendum.& l.denique. ex quib. cau.maior. Dixi plenè in l.si is qui pro emptore. de usucap. Sed quantùm ad fructus subest æquitas, quia tempore litem cōtestatam uel controuersię motę incipit, uel incipere debet scire utrùm res spectat, uel spectare debeat ad eū; & ideò debeat curare,ut rem & eius fructus possit reseruare, sed quātùm
a ad interitum cessat æquitas, [a] quia non debet propter hoc ius suum indefensum relinquere,ideò quantùm ad interitum,non censetur malęfidei,secus si tempore lit.contest.esset uerè malęfidei.

ADDITIO.

a *Aequitas.Bal.d.l.j.C.de usuc.transfor.& in l.j.de fruc.& lit.expen.*

§. ACTIONES. Possessor tenetur cedere actiones hereditarias, si quas habet, & sibi debet cauēri in eo quod abest.

§. AD OFFICIVM. Si seruus possessoris dedit damnum liberatur,eum dando pro nox.

LEX XLIIII.

SI QVO TEMPORE. Possessio superuenies post lit.contest.uenit in hoc iudicio.

LEX XLV.

1 *Debitor conuentus tanquā possessor iuris,debet aliter interrogari, quàm in l.qui interrogatus.*
2 *Litis contestatio fit per confessionem, per negationem, & per dubitationem.*

SI DEBITOR. Debitor hereditatis non tenetur hac actione,nisi se hæredem contendat,hoc no. quia glossat totum istum titu.Not.quòd licet possessori rerum non sit necesse, quod cōtendat se heredem, tamen in possessore iuris requiritur, ut hic, & not.l. etiam.§.j. ff.eod.in fi.
1 gl.magnę.Ex quo no.† quòd quando agitur contra debitorem,tanquam contra iuris possessorem, debent alię interrogationes fieri,quàm illę quę ponuntur in l.qui interrogatus.ff.eo.Et si dixerit,q sic interrogabitur, quare cessat
2 restituere,ut hac l.Item no.† multùm istam l.quòd lit. contest. potest fieri per negationem, per confessionem, & per
a dubitationem, [a] ut hic.quod nō.

ADDITIO.

a *Dubitationem.Quod est contra communem sententiam doc.c.j. de lit.contest.& Bald.hic.*

LEX XLVI.

POSTQVAM. Qui legatum accepit,non prohibetur petere hereditatem ab intestato, sed tenetur restituere legatum cautione sibi oblata, nisi fuerit in euidenti calumnia.Et si legatum non restituitur, de hereditate disputabitur.

LEX XLVIII.

QVI SE LITI. Qui se liti obtulit, ut possessor condemnabitur, licet nō possideat. In gl. super uer. ab initio, in fi. dic, quia in ea necesse habet persistere, ut in auth. qui semel. C. quomodo & quando iud.

LEX XLIX.

PRAEDONIS. Qui tacitam fidem accommodat, ut prædo dicitur possidere.

LEX L.

LVCIVS. Qui perdit in actione falsi, non prohibetur dicere nullum.

LEX LI.

IN AESTIMABILIBVS. Facta mala fides per litis contest. facit possessorē teneri ad uerū preciū rerū uendi tarum ex uoluntate, si ex necessitate, ad precium cōuentum. h. d. & est difficilis lex. Opp. cp nō procedat ista lex, Aut enim loquitur in bonæfidei possessore, & ille non tenetur ultra quàm sit locupletior. Aut malæfidei possessore, & tūc tenetur ad ipsas res, non ad æstimationem. l. si possessor. §. fi. ſ. eo. Cui cōtradicit hęc lex, huius timore uariatur, & intelligitur hęc lex pluribus modis, ut in gl. Tu tene quod dixi in summario. Et ratio huius casus colligitur ex his quæ dixi in l. illud. ſ. eod.

LEX LII.

a SI BONAEFIDEI. [a] Iudicia particularia non differuntur propter uniuersalia, si res est tempore peritura. Opp. l. fi. C. eo. Sol. dicūt quidam cp hęc lex p illam corrigitur. alij dicunt cp illa loquitur quando possessor conuenitur, hic quando agit. Quā sol. no. quia habui eam de facto, istud tenet gl. l. si post litem. ĵ. de excep.

ADDITIO.

a *Si bonæfidei. l. nōn distinguemus. §. si is. ſ. de arbit. Bar. l. si quis libertatem. circa fi. ſ. eo. Bal. l. emptorem. uer. sed pone. C. loc. inn. c. quia. in fi. gl. mag. de consef. præb.*

LEX LVI.

NON SOLVM. Res hereditariæ possunt alienari ex necessitate æris alieni.

LEX LVII.

EI QVI. Ei qui emit hereditatem à fisco, competit hæc actio.

§. HAERES. Pignus datum defuncto, potest peti hac actione.

a §. CVM PRAEDIA. [a] Malæfidei possessor tenetur ad quantum prędia ex negligentia facta sunt deteriora. Dixi in l. si seruō, in prin. de uer. ob. l. si quid. §. j. & §. pe. & fi. l. si homo, ĵ. de rei uend.

ADDITIO.

a *Cùm prædia. l. si quid possessor. §. j. de pet. hær. & l. si homo, ĵ. de rei uend. Bar. l. si seruum. in prin. de uerb. ob.*

LEX LVIII.

EVICTA. Etiam bonefidei possessor tenetur restituere totum, quod nomine pœnę exigit.

LEX LIX.

CVM HAEREDITAS. Possessor tenetur restituere fructus, quos perceperit, licet petitor percepturus non fuerit.

LEX LX.

1 *Tertius superueniens quando impediat executionem sententiæ latæ pro primo.*

a CVM IDEM. [a] Vnius petitio nō impedit executionem alterius petitionis, qui prius ad sententiā pe-
1 uenit, sed est possessori cauendū. † No. cp tertius sup-
b ueniens, non impedit [b] executionē sententię latę pro primo, ut hic, & l. is à quo. ĵ. de rei uend. Et ratio huius est, quia ius alterius petitoris non fit deterius, sicut enim poterat auocare à primo possidenti, ita ab isto secūdo. Et licet iste secundus, qui petit executionē possideat, ita possidebat ille prius cōuentus. Sed si ageret de transferendo in aliquam possessionem uacantem, fortè ex l. fi. de edic. diui Adr. toll. tunc antequā executio fiat, si alius cōparet, & dicit hereditatem ad se pertinere, & dicit se mittendū in possessionē eo iure quo primus, tūc executio differtur, quia per eam fieret prędiudiciū secundo, quia ibi prima possessio erat uacans, modo possessa est per aliū, c. ueniēs. ex. de testib. & ibi Inn. de quo dixi in l. ita tamen. §. quoties. ĵ. ad Trebell. & hoc est quod uoluit dicere, quòd executio fiat taliter cp alteri nō prędiudicet. Et ideo cogit cauere hic primus petitor, quòd eum defendat aduersus aliū petitorem. Ratio, quia si possessor nō peteret cautionē, ipse absolueretur à petitione secundi petitoris, quia nō possidet, nec̄ dolo desiit possidere, & ille secundus petitor haberet inchoare nouū iudiciū. Et ideò ne istud incōueniens sequatur, cogitur petere cautionem, & ille prestare tenet, qua prestita ille habebit necessitatem prosequi eandem instantiā cœptā cum possessore primo, & sic ista cautio, perderit secundo petitori. Et hoc est quod tex. huius l. ult in fine. Et propter hoc puto, cp si possessor restituueret cautione non exacta, tenetur quasi dolo desiisset possidere, l. dolo. ĵ. ad l. falc.

ADDITIO.

a *Idem. Limitat Bar. l. litibus. in fin. C. de agric. & cens. lib. xj. & Imo. l. à sententia. de appell.*

b *Impedit. l. à duo. §. si super. de re ind. l. si prolusorio. de appell. l. si alienam. in fi. ĵ. sol. mat. Anch. cons. cccxxiij.*

LEX LXI.

1 *Pater si expendit pro filio habenti bona aduentitia in studio, in dubio uidetur de bonis filij expendisse.*

2 *Expensarū deductio quando fiat officio iudicis, etiam parte nō opponēte.*

a FILIVS A PATRE. [a] Quod pater expēdit in ho-
1 norē filij, in dubio uidet expendere de bonis quę habet pertinētibus ad filiū. Ex quo patet † cp illud quod pater expendit pro filio in studio, si filius habebat bona aduentitia materna, uel alia, cp ex illis in dubio uidet facta expēsa. l. Nesennius. ſ. de neg. gest. dixi in l. j. §. nec castrense, ĵ. de coll. bo. uer. quęro hic loq. & ita debet intelligi l. quæ pater. ĵ. fam. ercis. Itē quęro de intellectu istorū uerborū po-
2 sitorū in l. fi. Petrus dicebat † cp hoc importat, cp si pars nō opponat, cp iudex ex officio suo suppleat, quod nō placet, quia de iure, nō de facto iudex supplere debet. l. j. C. ut quæ
b desunt aduo. Vnde gl. dicit [b] cp uult dicere, cp posito cp pater nō habeat exceptionē, tamen cōsulitur ei per officiū iudicis, quod satis placet in se, ut dixi in l. planè. ſ. eo. Tamen quantùm ad propositum intelligo l. istam aliter. Tu dicas cp exceptio est actionis exclusio. l. j. ĵ. de excep. Modò quod hic dicitur de expensis, ponitur ad excludendam actionē, & sic ante latam sententiam, & sic uerè dicit exceptio. Quā-
doq; non opponitur ante sententiam, sed post sententiam in executione, tunc quia executio per officium iudicis fit,
c si post sententiam opponatur, [c] non fit propriè, sed implorat officium iudicis, ut uidistis in l. j. ſ. de eden. & tunc diceretur fieri iudicis officio ista deductio, semper tamen intellige, cp pars petat. l. quarta. §. hoc autem iudicium. ĵ. de dam. infec. Et hoc est quod uult dicere iurisconſ. si ante sententiam non excipitur, post sententiam fiet in. executione per officium iudicis.

ADDITIO.

a *Patre. Bal. l. domum. C. de rei uen.*

b *Dicit. Bar. d. §. pactus.*

c *Opponatur. Sal. l. j. C. ut quæ desunt aduoca. Sed Bal. d. l. domum. C. de rei uendic. hoc reprehēdit. & uide etiam Cy. & Bar. d. l. j. & Bar. l. si quo. tempore. in fin. ſ. eo.*

ADDI

Si pars hæreditatis petatur. Tit. IIII.

Glossa format quęstionem, uide eam.

LEX I.

POST ACTIONEM. Ista lex continuat primò se ad præcedentia, secūdò intrat materiam. Secunda ibi, is qui. Et prima pars quę continuat, non indiget summario. Gl. in princip. quærit duo. Primò an hęc sit alia actio à præcedēte & hęc litera innuit quòd sic. Veritas est ista, non differt ab alia, specie, sed numero, sicut alia est actio quę competit mihi pro centum mutuatis, & alia quę cōpetit mihi pro quinquaginta mutuatis. Sic alia est actio quę competit quando sum hęres institutus insolidùm, alia quando pro parte, tamen eiusdem sunt generis. Item quærit gl. an sit prętoria, uel ciuilis. gl. determinat quòd ciuilis.

§. IS QVI. In petitione hereditatis, conclusio sumitur respectu iuris agentis, non respectu possessoris conuenti. Quęro pro declaratione eius quod dicitur, totam hereditatem uendicabit &c. quidam dicebant quòd propter unam rem, &c. Tu dic ut dixi in summario, quia conclusio libri sumitur ex persona agentis, non ex persona possessoris.

§. QVINIMO. Plures hæredes debent agere contra plures possessores, nec potest unus eligere unum, alius alium.

1 *Duo iudicia uniuersalia respectu eiusdem hæreditatis cōcurrere possunt.*

2 *Iudiciū familiæ erciscundæ datur inter eos, qui se nō diffitentur hæredes.*

§. PROINDE. Si sunt plures, ad quos hæreditas pertinet pro diuiso, põt alter ab altero conueniri hac actio-
1 ne, uel familiæ erciscūdæ, si fatentur se hæredes. † No. cp duo iudicia uniuersalia respectu eiusdem hereditatis pos-
2 sunt concurrere. l. j. ſ. tit. j. Item no. † cp iudiciū familiæ erciscundæ datur inter eos, qui se nō diffitentur hæredes. Ad j. opp. l. si Titius cum quo. in fi. ĵ. pro soc. Sol. ibi in pecunia, sic pars cū parte recepit cōpensationem, hic in specie. Item opp. ĵ. de rei uendic. l. Pomp. si ex æquis. & ĵ. §. prox. Sol. ibi possidebat pro indiuiso, hic pro diuiso. Item ad ij. opp. cp euā quādo se negant hæredes, sit locus fam. ercisc. l. j. ĵ. fam. ercisc. Sol. ibi uolebat quis agere, nō pro eo, quod ipse possidebat, sed pro eo, quod possidebat aduersarius.

§. SI EGO EX PARTE. Si cohęres meus & extraneus possideāt hereditatem pro indiuiso, extraneum tantùm conueniam.

1 *Cōpensatio de specie ad speciem fit partibus uolentibus, uel iudicis officio.*

§. ITEM SI CVM ME. Qui partē possidet pro indiuiso, à cohęrede & extraneo possidētibus residuam partē petet, uel inter eū & cohęredem cōpensatio fiet. Sed quęro utrùm illi duo possessores possidebant pro diuiso, uel pro indiuiso? Gl. dicit cp pro indiuiso, & bene, aliàs
1 nō cōueniret nisi extraneū, ut ſ. prox. §. † Sed tūc opp. quō fiet cōpensatio speciei ad speciem? Dicit gl. cp hoc fit partibus uolentibus, quod satis placet. Vel dic cp partiū pro indiuiso fiet compensatio. Videte, istud esset uerum, quando partes deberētur pro indiuiso in eadem re. l. deducta. ſ. nummis. ad Treb. Sed in parte pro indiuiso, non potest fieri cōpensatio. Tene ergo quòd fiat compensatio uolentibus partibus. Vel dic quòd hoc fiat officio iudicis, sicut quando fit adiudicatio in iudicio diuisorio, non autem per modum compensationis.

§. INTERDVM. Propter numerū nascendorū ex uentre, admittitur petitio partis incertæ. Glos. ponit exemplum in succesione collateralū. Opp. C. de suis & leg. auth. in succesione, & Inst. de hæred. quæ ab intest. §. cùm filius. uer. & quia placuit. Gl. dicit quòd iste. §. corrigitur hodie, quia succeditur hodie, in stirpes, non in capita. * Et sic non est curandum, quí nascant ex tribus. Sed aduerte, [a] aut loquimur in succesione ascendentiū, & hodie & olim succedebat in stirpes, d. uer. & quia placuit. Aut loquimur in succesione collateralium, & tunc fm iura antiqua succedebatur in stirpes, ut hic, & l. post consanguineos. §. hereditas. de suis & leg. An aūt sit hodie correctū, dicas sic, si loquimur in succesione collateralium, ultra fratres & fratrum filios, iura antiqua non sunt correcta, quia etiam hodie fit succesio in capita. C. de legit. hær. auth. post fratres. Si uerò loquimur de succesione fratrum & filiorum fratrum, si quidem filij fratrum succedunt cū patruis, uel auūculis, nō est dubiū cp hodie succedit in stirpes, & ista iura Digestorū corrigunt, ut in auth. cessante. C. de legit. hær. Si uerò filij fratrū succedūt tantùm, & aliqui ex patruis, uel auūculis nō supersunt, tūc est opinio inter Azo. ex una parte, & Accur. ex altera: Et ista est quæstio quæ fuit in quodā castro huius ciuitatis, & dicit Azo, cp in capita, Accur. cp in stirpes, ut no. in d. auth. cessante. Ego teneo opin. Accur. De quo dic, ut in l. post consanguineos. §. hæreditas. de suis & legi.

* *Capita. Fallitur Bar. nā ubi speratur nasciturus posthumus, beßis bo. possessionis cō petit, hoc est, in octo hæreditatis uncias interim succeditur. l. j. §. j. ff. de contrab. ul. Quod tamē an correctum sit, cogita, secūdū ea quæ tandem à Bar. hic ponūtur. I. C.*

ADDITIO.

a *Aduerte. Bar. l. post consanguineos. de suis & legit.*

LEX II.

a SI EX PLVRIBVS. [a] Qui speratur admitti ad partem, facit partem. Gl. hic format unā q. & examinat melius hic, cp alibi, Et ista quæstio tangit in multis locis, uidelicet in l. si marito. §. patri. ĵ. sol. mat. & l. si quis ita scripserit. & ibi Dy. de hær. inst. & l. planè. §. ij. & ibi dixi. ĵ. de leg. j. & l. quid ergo. in prin. co. tit.

ADDITIO.

a *Pluribus. Ias. l. planè. hic alleg. in pe. & ult. col. de leg. j. Alex.*

LEX III.

ANTIQVI. Posthumus nasciturus ex uentre, impedit sequentes in gradu. Eos aūt qui eiusdē gradus sunt statuitur admitti, * * & si tres nasciturí essent, aufertur, uel cōceditur alteri, secundū quod casus occurrit. Opp. cp detur petitio partis incertæ. l. j. in fi. ſ. eod. Sol. petitur quarta cum adiectiōe partis incertæ, & plus & minus fm quod casus euenerit. Item opp. l. cùm quidam. §. quod dicitur. ĵ. de acq. hær. Sol. intellige hoc, si posthumus est institutus, uel exhæredatus. Nam si esset prætéritus, non posset adiri hereditas.

* *Admitti. Tu melius sic, Natiuitas posthumi impedit adi tionem hæreditatis, illis exceptis, qui sunt in eodem gradu cū posthumo. I. Cōc. B.*

LEX V.

ILLVD. Incertitudo nascendorum non impedit cohæredem adire, licet quæ portio competat sibi, sit incertū. Opp. l. ex semisse. ĵ. de acq. hæred. Sol. ut in gl. Quærit gl. quæ sunt illa quæ requirūtur sciri, ut possit adiri? uide gl. & no. ipsam.

LEX VI.

SORORI. Qui ex post facto apparet esse hęres, à quolibet hærede auocat, prorata, & sumptus prorata sustinet.

LEX VII.

NON POSSVMVS. Per hanc actionē consequitur quis partem pro indiuiso, quæ per iudicium familiæ erciscundæ diuidetur.

LEX VIII.

PERMITTENDVM. Potest quis pro parte cedere, & pro parte contendere. No. pro eo quod dixi in l. si debitor. ſ. tit. j.

LEX

LEX IX.

CVM MVLTI. Qui ut procurator alterius administrat, petitione hæreditatis non tenetur, nisi illius hæres extiterit in totum uel in partem.

LEX X.

CVM HAEREDIS. Qui negocia hæreditaria absentis nomine gerit, ab his, ad quos negociū in ueritate pertinet, poterit cōueniri actione neg. gest. & petitione hæreditatis, si se hæredem cōtendat. Opp. ſ. l. prox. Sol. intellige l. illam quando se cōtendebat hæredem. Item opp. ꝙ ista hæreditas debeat pertinere ad fiscū tanquā caduca. l. item ueniunt. §. pridie. ſ. tit. j. Sol. ut in gl. De quo dic per doc. l. j. §. pro secūdo. de cad. tol. Item opp. & uidet illud quod est gestum per defunctum, possit habere ratū per hæredem. l. fi. j. rem rat. ha. Sol. est uerū in his quæ trāseunt ad hæredes, sed hæreditas nō transit ad hæredes. De quo per Dy. c. ratum. ex. de reg. iur. lib. vj.

De possessoria hæreditatis petitione. Tit. V.

LEX I.

Actiones particulares competentes bonorū possessori, non sunt prætoriæ.

ORDINARIVM. Bo. possessori de iure prætorio competit hæc actio, in qua tantū uenit, quantū in petitione hęreditatis ciuilis. Opp. Inst. de bo. poss. §. quos autem. & j. de reg. iur. l. prætor. Sol. bo. possessores sunt hæredes in effectu, sed nō uerè, ideò necesse fuit ꝙ eis daretur bo. possessoria hæreditatis petitio de iure prætorio, cū de iure ciuili non daretur. Itē opp. ꝙ etiam præcedentes sunt prętorię, l. j. in prin. ſ. tit. j. Sol. ut ibi. Itē opp. dicit hic, superiores &c. quasi proposuerit plures, cum non sit nisi una. Sol. una est in genere, sed plures sunt numero, ut dixi in l. j. in prī. ſ. ti. j.

1 Item quæritur, an † actiones particulares quæ competunt bo. possessori, sint prætoriæ. gl. ꝙ non, quam no. quia hoc
a sentire uidet. uide quæ dixi[a] in l. ij. ff. de bo. poſſ. tit. gñali.

ADDITIO.

a Dixi. Bar. l. ij. de bon. poss.

De fideicommissaria hæreditatis peti. Tit. VI.

LEX I.

EX ORDINE. Fideicommissario uniuersali, cuí est hæreditas restituta uerbo, competit hæc actio, in qua ueniunt omnia, quæ in petitione hæreditatis ciuilis.

LEX II.

NEC INTEREST. Hæc actio competit fideicommissario, & eius hæredi, bonorū uel possessori, & nō datur contra uerū hæredem, sed cōtra alios, & corū hæredes. Opp. frustra quís petit illud, ꝙ habet, sed hic dicitur ꝙ hæreditas est restituta, ergo eam petere nō debet. Gl. dicit optimè ꝙ intelligat hæreditas restituta uerbo, & non re, uel pro certa parte, nam si esset restituta tota, & fideicom
a missarius eā perderet, non haberet hāc actionē.[a] Sed quę
b ro unde hoc[b] ꝛc. hęreditatis iure, ueniūt res hæreditarię, l. item uidendū. in fi. ſ. de pet. hær. Sed post apprehensam hęreditatē, desinunt esse hæreditariæ. l. j. §. ueteres. & ibi no. de acq. poss. & sic non est res hæreditaria, sed hæredis, unde in petitione hæreditatis nō ueniunt. l. quod si in diem. §. sed si hæredis negociū. ſ. de pet. hęr. Item opp. l. in fideicōmissariam. j. ad Treb. Sol. restitutiōe facta ueniūt fructus, sicut in petitione hæreditatis. Antè uerò restitutionē fructus nō ueniunt, sm quod dicitur in d. l. in fideicōmissariam. & l. iubemus. C. ad Treb. Item opp. ꝙ sit ciuilis, quoniā restitutio fit per senatusc. quod est ius ciuile. Dicit gl. non ob. ꝙ nō sequitur per istā gl. nō efficieris clarus. Vnde dic ꝙ per senatusc. transeūt in fideicōmissariū omnes actiones, quę cōpetebāt hęredi, quę erunt utiles. Nulla enim actio dat fideicōmissario per senatusc. sed solū in eum trāsfertur quę hęredi cōpetebat. Vnde si fideicōmissarius uellet intētare petitionem quę cōpetebat hęredi, poterit utili translata per senatusc. Sed si uellet agere ex persona sua, nullam habet ciuilem, sed datur â prętore, & ideò Io. posuit istas duas interpretationes, & unicuiq; dedit cellulam suam, quod no.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Actionem. Bal. cont. conſ. xij. & xiij. uol. iiij.
b Hoc. Dixi in l. hæres. de acq. poſſ. & inſt. de act. §. actionum. in fi. & Cy. l. fi. C. de edic. diui Adr. ad fi. ante q. & gl. j. in fi. c. j. de conſe. in vj.

DIGESTORVM, SIVE PANDECTARVM. LIB. VI.

De rei uendicatione.[a] Tit. I.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Vend. iſtam rub. repetit. Mar. Lau. & Mat. no. cxl.

1 Rei uendicatio datur contra ciuiliter possidentem.
2 Rei uendicatio directa utiliter, an detur ei qui est dominus contra eum qui dolo desiit possidere.
3 Lite contestata super actione directa, & iudicio pendente, si reus dolo desiit possidere, an sequatur condemnatio.

VBRICAM istam cōtinuat Iurisc. tamē circa gl. quærunt aliqua, cui detur rei uēdicatio, quę in ea ueniūt, & qualis sit. & est gl. satis clara. Duo tamē in ea dicūtur, quæ exigūt examinationē, Primum, † an hæc
1 actio detur cōtra tantū ciuiliter possidentem. Et dicit gl. ꝙ sic, sed nihil allegat. Idē no. C. ubi in rem act. l. ij. & j. de acq. poſſ. l. Pōp. §. si is qui pręcario. l. iij. in fi. j. ad exhib. & de usuf. l. cuicūq; . §. j. Secundò dicit gl.[a] est sciendū, ꝙ hæc actio datur qñq; directa directo, ut ei, qui est dñs, cōtra possessorē. Qñq; autem dat directa utiliter ei, qui est dñs, cōtra eum qui desiit possidere. Qñq; datur utiliter directò ei qui habet utile dominiū, cōtra possessorē. Qñq; utilis utiliter ei qui habet utile dñium, cōtra eū qui dolo desiit possidere. Et sic noīa referunt ad actorē, aduerbia ad reū. Vltramont.
2 † reprehēdunt gl. & j. in eo ꝙ dicit gl. ꝙ datur directa utiliter ei, qui est dñs, cōtra eū, qui dolo desiit possidere. Nā rei uēdicatio, dicūt ipſi, habet duo principia formalia, unū ex parte agētis, qđ est dñium. j. ea. l. in rem. aliud ex parte contenti, quia est possessio. C. de alie. iud. mu. cau. fac. l. j. & l. officiū. j. e. si quod deficiat, nō potest dari directa rei uendicatio, sed utilis. Vnde ꝛ eū qui nō possidet, sed dolo desiit possidere, dat utilis uēdicatio, nō directa utiliter, ut dicit gl. Et pro his uidet casus in l. electio. §. itē si ex pluribus. j. de nox. & §. itē si quis. l. etiā. de pet. hær. Ita dicūt doc. nostri. C. eo. in rub. Pro gl. nostra facit, qa in istis actionib[9] realib[9] ius metimur ex persona actoris, nō rei. l. j. §. j. §. si pars hær. pet. ergo in rei uēdicatione ex persona rei nō uariat actio, sed qualitas actionis, unde semp debet dici directa, si aliqs est directo dñs. Teneas tñ quā uis, qa ista uerba sunt magis traliter
3 dicta, non aūt sunt uerba Iurisc. & istud † est utile ad qōnē[b]
b difficile, si est lis cōtest. super actiōe directa, & pēdente iudicio reus dolo desiit possidere, utrū sequat cōdemnatio ex eadē instātia? Si enim tenem[9] istā gl. nullū est dubiū ꝙ sic, Nā nō uariat actio, quia ita est directa antè sicut post, sed uariat qualitas, qa primò dabat directa directo, nūc de directa directo dat utiliter, & uariatio qualitati nō nocet, qn post sequat cōdēnatio. l. in delictis. §. si detracta. de nox. Si tenem[9] aliā opi. ſ. ꝙ sit actio utilis, tūc est dubiū, qa sup utili nō est lis cōte. tñ idē censet, Dy. l. quāḉ. §. Iul. & ibi dixi, de aqua plu. arc. & Cy. l. j. ſ. de alie. iud. Ia. Bu. §. oīm. Inſt. de act.

ADDITIO.

a Gl. Bar. & doct. l. curatoris. C. de neg. gest. l. j. C. de alie. iud. Bar. l. finaute. §. sed & is. j. eo. per illū tex. & Imo. l. quanquā. §. Iul. & ibi Bar. de aqua plu. arc. & gl. j. ſ. si ex nox. causa aga. uer. mutata. quæ tenet ꝙ detur utilis.

Quæ-

b Quæstionem. l. j. C. de alien. iudic. per Bald.

LEX I.

POST ACTIONES. Hęc actio est ad rerum singularium petitionem, & competit pro omnibus rebus corporalibus.

1 Pater uendicat filium causa expressa, item Abbas monachum, dominus colonos, censitos, & agricolas. item ulla causa expressa uendicat sustinentes onera. & ciuitas ciuem.
3 Interdictum non habet locum pro filio, quando à nemine detinetur.
4 Ciuitas contra detinentem castrum, uel uillam porrigit libellum.
5 Carceratus, qui petit se relaxari, proponit officium iudicis.

a §. PER HANC.[a] Liberæ personę quæ sunt in potesta
b te nostra, non petuntur rei uendicatione,[b] sed alijs remedijs hic expressis, nisi uendicētur adiecta causa de iure ciuili. Quæro quid hoc est dictū, præiudicijs. Quidam dicūt, id est, exceptione, quia si filius agit, opponam quod non potest, quia in potestate, quod gl. non placet. Dicit ergo præiudicijs, â præiudiciali in rem actione, de qua Instit. de act. §. præiudiciales. Itē quæro quare dicūtur præiudicia lesæ? Dicit gl. ꝙ ita præiudicent, ut interim de alijs nō cognoscatur. Sed certè cadē ratione petitio hæreditatis dicit eodem modo præiudicialis, l. si quis libertatē. ſ. de pet. hære. Dicit Petrus, ꝙ ideò dicit, quia ibi uertitur res magni prę-
1 iudicij, puta, status hois, ltē quæritur † utrū[c]
* Vēdicari. Nisi filius ad precia participādum se uenundari passus fuerit: Bar. l. si ex causa. §. Pap. ff. de minor. Qua ta men in re amplius deliberādum est, no. gl. d. §. Pap. I. C.
c illud quod dicit in filio, ꝙ potest uendicari* adiecta causa de iure Romano, sit idem in alijs personis? Gl. dicit ꝙ sic, & bene. Vnde Abbas uendicat monachū adiecta causa de iure Canonico, sicut uēdicamus res sacras. l. in rem. §. loca sacra. j. eod. Et eodē modo dominus uēdidat colonos, agricolas, & censitos.
d C. de agric. & cēs. seq. rub. idem dico[d] de istis uasallis qui sunt ex cōsuetudine, quod possunt uendicari adiecta causa de iure cōsuetudinario. Et idem dicerem, cū ex forma statuti quælibet uilla habeat suos massarios, qui sustineant onera, ꝙ possunt uendicari adiecta causa de iure statutorū, sic ciuitas uendicat ciuem suū, adiecta causa de iure ciuili. l. de iure. j. ad munic. idē dico in quo
2 libet syndico, seu sic conditionato. † Quæro qñ cōpetunt ista quatuor remedia hic expressa? gl. distinguit & clarè, tene eam. Contra istam distinctionem gl. opp. & uidetur, ꝙ officio iudicis non possit uti cum alijs actionibus, l. in causa. in princ. ſ. de min. Sol. illud est uerum, quādo est officiū extraordinariū in subsidiū introductum, ad coadiuuandum ius ciuile, de quo dixit l. in prouinciali. j. de no. oper.
3 nunc. † Item quæro quæ est ratio ꝙ interdictum non habet locum quando filius à nemine detinetur? ꝛ. fm Pet. ꝙ tunc habet locum interdictum quando est cōtentio inter duos de re tertij, sed hoc nō est, nisi fieret pro alio, ut puta pro hæ
4 rede aliquo. l. pe. de lib. exhib. † Item ex hac gl.[e] & ll. alleg. in
e ea no. ꝙ si ciuitas ista uellet petere unam uillam, uel unū castrum, cōtra quē debet dari libellus? Certè cōtra eos qui detinent, ut si homines illius castri detinent, contra eos da
5 tur, si alius, contra illum tantùm. Item aduerte, † ꝙ quādo aliquis est carceratus, & petit se relaxari, non proponit interdictum, quia non est cōtentio inter duos de re tertij, sed de se, ideò proponeret officium iudicis, ut hic.

ADDITIO.

a Per hanc. Inn. c. inter quatuor. de maiori. & obed. Bar. l. j. C. de lib. ho. exhi. & ibi dixi. Adde tamen ꝙ frater non uendicat fratrem nec per parem, Bal. I. non ignorat. qui accuſ. non poſſ.
b P. PAV. P. Vendicatione. Et quid in uxore, quo iure possit peti, & quo remedio, si non uelit cum marito habitare, Raph. Cum. conſ. suo j.
c POMA. Vtrum. Fel. c. licet. xiij. no. de prob.
d Barb. Dico. Inn. c. tua. de ord. cog. Spec. in iiij. parte, de off. iud. & de regularib. in fi. doc. & ibi dixi. in c. dilecto. de appell.
e Gl. Bar. l. j. de lib. ho. exhi.

1 Pronunciandi, & exequendi modus, quando petitur uniuersitas rerum.
2 Imperator est dominus totius mundi in uniuerso.

§. PER HANC AVTEM. Hac actione uendicatur etiam uniuersitas rerum in totū, uel in partem, nō obstante ꝙ aliqua pars particularis non sit uendicātis. h. d. cum l. seq. Opp. ꝙ hæc actio nō detur ad uendicationem uniuersitatis, ut ſ. ea. l. in prin. Sol. ibi loquitur de diuersitate iuris, ad quam nō datur hæc actio, ut est hæreditas, peculium, & similia, hic de uniuersitate corporis, ut est grex. Venio ad l. ij. dicitur hic, ꝙ si par numerus utriusq; sit in gene-
a re, potest uendicari totum.[a] cont. j. eo. l. Pomp. Sol. dicit gl. aliquando cōpositione separata duorum corporum, non efficitur unus grex cōmunis, & corpora nō cōmunicantur, sed quælibet corpora eius manent, cuius primò erant, & ideò non potest uendicari in modū gregis, sed quilibet uēdicabit corpora sua, quæ si sunt tot, ꝙ faciāt gregē, possunt uendicari sub appellatione gregis. Sed si corpora erant cōmunia, tunc possēnt uendicari pro parte gregis, ut l. cont. Opp. dicitur hic ꝙ in restitutione non ueniūt aliena capita. cont. l. Marcellus j. eo. Sol. hic loquitur de alienis simpli-
1 citer, ibi loquit de alienis, pro quibus cōpetebat. † Ex no. hoc modum pronūciandi & exequendi, quādo petitur uniuersitas rerum, ꝙ licet iudex pronūciet gregem esse meū,
b tamen restitutio fiet mihi detractis capitibus alienis.[b] Pro
2 hoc † ego sum cōsuetus dicere, in j. conſt. huius libri, ꝙ Im-
c perator sit dominus[c] totius mundi. Et gl. dicūt eum dominum quò ad protectionē, quia cùm alij sint domini singulariter, plures non potuerunt esse insolidū. Ergo dico ꝙ Imperator est dominus totius mūdi uerè. Nec ob. ꝙ alij sunt domini particulariter, quia mundus est uniuersitas quæ-
d dam, unde potest quis habere dictam uniuersitatem, licet singulæ res non sint suæ. Vnde si alius teneret mundū, ipse Imperator posset uendicare, Casus est[d] hic. Ad l. Marcellus opp. uniuersus grex nō potest usucap. rerum mistura. j. de usuc. ergo pro gregę nō datur Publiciana. l. eū qui. in prin. j. tit. j. Sol. ut in gl. hic, & l. cōt. & quod ibi dicit, uniuersitas, subaudi, tantùm. Item si iste grex est idem qui primò fuit, & ille erat meus, ergo nunc est meus, quia res mea absq; facto meo non desinit esse mea. l. id quod nostrum. j. de reg. iur. Sol. gl. d. l. Marcellus. super uer. uendicare, circa fi. dicit, & bene, licet sit idem, non tamen omnino, & ꝙ res non desinit esse mea sine facto meo, scilicet, uel fictè, ut puta ex legis dispositione, uel alterius rei uariatione, l. adeò. §. cùm quis. de acq. rer. do. & j. eo. l. idem Pomp. §. idem scribit. sed hic contingit uariatio rerum, scilicet corporū, licet uniuersitas remaneat eadem.

ADDITIO.

a Totum. Bal. l. edita. C. de eden. & j. eo. l. uendicatio.
b POMA. Alienis. Bal. in j. conſt. Digeſt. & l. j. C. unde cog. Alex. cōſ. j. v. uol. Fel. c. cùm non liceat, per totum. de præſc.
c Dominus. Bar. in extrau. ad reprimen. uer. totius. Bal. & Ang. l. bene à Zenone. in j. col. C. de quad. præſc. & in proœ. Digeſt. in prin. Bal. & ibi doc. l. j. in prin. de ſum. trī. Ang. l. ſi hæredis ſeruus. de leg. j. c. fin. ſuper gl. ibi, de off. Are. & gl. cle. paſtoralis. uer. diſtrictus. de re iud.
d And. Barb. Eſt. Et no. g. l. ſed ſi par numerus. ff. ad Syll. nalde huic l. Marcellus obſtat, quia quando eſt par numerus, non poteſt, ita quando eſt maior, dic ſecundum Ang. ꝙ una pars ſubrogatur in locum alterius.

LEX III.

MARCELLVS LIBRO QVARTO.

1 Armamenta nauis non est uniuersitas, sicut grex.
2 Libellus, peto domum cum singulis massaritijs, non procedit.

§. ARMAMENTA. Instrumentū non uenit in uendi-
a catione rei instructæ, sed speciāliter uendicandum est.[a]
1 No. † quod dixi singula. non ergo sufficeret uendicare armamenta nauis, non enim est uniuersitas quędam, sicut
2 grex, de quo ſ. dictum est. † Et sic no. ꝙ non procedit libel-
b lus,[b] peto dominum cum singulis massaritijs, sed debent speciāliter exprimi.

ADDITIO.

a Est. Nisi affixum esset domui, quia tunc ualeret, Ang. hic.

Libel

b *Libellus. Facit contra id Inn.c.cùm ad sedē.de restit.spol.doc.l.j.ī.de eden. dixi post Bar.l.Titia cū testamento.§.fi.de leg.ij.per illum tex.de libello generali,Inn.c.certificari.de sepul.Bal.l.edita. ubi dicit q, ualet libellus, peto fundum instructū,& an ualeat libellus,peto castrum cum pertinentijs,uel peto quicquid Perusij posides.& Bar.l.rei.de uer.sig.dixi de libello generali in l.fi.C.de anna.excep.Item ualet libellus,peto mihi dari legitimam. l. si quis suo.in prin.& ibi Bal.C.de inoff.test.doc.c.ij.& ibi gl. de liber. ob. Bal.& Ang.l.fi.de ann.excep.Inn.c.certificari.de sepul.& c.cum dilectus. circa prin.de ord.cog.& accessorijs,maximè uniuersalis rei,an teneat libellus.Bald.l.iij.ult.col.de fruct.& lit.expen.de quo Bar.hic & Cast.l.in summa.§.j.de re iud.ubi scripsi post Imo.Ang.hic transit cum Bar. Ro.l.j. in prin.ī.de eden.simpliciter transit cum Bar.Ang.l.si rem.ad fi.ī.eo.Cast. l.de pupillo.§.qui nunc.ī.de ope.no.nunc.Alex.cons.clxxxvij.lib.ij.*

§. POMPONIVS. Continua s̄.in prin.dixit de rebus singularibus, in §.per hanc. dixit de uniuersitate quæ consistit ex compositionibus separatis, & sic de cōmistione corporū, quæ separata remanent. hic incipit tractare de commistione corporū quę confunduntur, & hoc intendit,Si duorum res cōfunduntur, efficitur res cōmunis, & quilibet uendicabit pro rata,& qui dolo cōfundit, tenetur ac si dolo desiisset possidere.h.d.cum l.seq.

LEX V.

IDEM POMP. In rebus quæ cōmistione confunduntur,remanet dominium eorum,quorū erat primo, nisi eorum uoluntate sit facta cōmistio.h.d.q si non potest apparere.q cuiuscūq; erat,& frumentū sunt eiusdem qualitatis,certè tunc erunt cōmunia.s̄.eo.l.Marcellinus.in fi.

§. IDEM SCRIBIT. Res quę commistione speciē mutant,desinūt esse domini prioris,& res specificantis efficiuntur.Oppo.l.adeò.§. cū quis.ī.de acq.rer.do. Sol. Intellige istam sm illam,Nam ibi loquitur in specificatione facta mala fide,hic in specificatione facta bona fide.

§. SED SI PLVMBVM. In reb⁹ diuersi generis quę cōmistione nō mutant speciē,si separari possunt, quilibet uendicabit suū,aliàs cōmunicabitur,& pro parte uendicabit. Gl.ponit duos casus,unū qñ nō potest separari,aliū qñ potest separari. No.res quæ nō potest sine difficultate separari,habetur ac si separari non posset. Opp.l.si alicui.ī.de sol.Sol.speciale est in pecunia, ut sola cōmistione cōmunicetur in dist.inctē.l.singularia.ī.si cer.pet: Vlt.gl. no.differentiam inter immistionem & confusionem.

§. IDEM SCRIBIT. Fœtus cedit ei, cuius est mater, non ei cuius est pater.

§. DE ARBORE. Arbor quæ radices egit, cedit solo, aliàs secus.Opp.de acq.rer. do.l.adeò.§.fi.& l. sed si ex meis.§.arbor.Sol.licet hic Nerua & Varus dicāt dari utilem actionem,tamen dicebant malè,ut ibi patet.

§. CVM IN REM. Falsa demonstratio circa rem petitam,non uitiat iudicium, Idem si erretur in nomine iudicis.Hoc plenè dixi ī.de cond. & demon.l. demonstratio.& l.si quis in fundi.ī.de leg.j.

1 *Ius declarandi intentionem ambiguam,non egreditur personam, nec transit ad hæredem.*
2 *Actor non declarat probationes factas per testes uel instrumenta.*

§. SI PLVRES. Incertitudo rei impedit cōdemnationem fieri.Opp.l.si in emptione. ī.de cont.emp. Sol.ibi incertitudo recipit determinationē ex dispositione legis,quia contra proferentem interpretat. Opp.l.item mela.§.si plures.ad leg.Aquil.Sol.ibi ne delicta impunita remaneāt,quod dic ut in c.in obscuris.in fi.ex.de reg.iur. lib. vj.Item opp.l.j.in fi.ī.de his qui. deie.uel effu. Sol.licet ibi sit incertum quis proiecerit,tamē iudicium est certū, quia contra dominum intentatur.Extra gl.opp. q nūquam potest esse incertum iudicium,sed semper certum,quia declaratio incerti spectat ad actorē.l.si quis intentione.s̄.de iud.
1 Sol.dicit gl.hic actorem decessisse.† No.q ius declarandi
a intentionem ambiguam,nō egreditur personā proferen-
b tis,nec ad hæredem transit.[b] dixi in l.si quis intentione.§.
c de iud.& l.inter stipulantem.§.j.de uer.ob. Sed puto istud non esse necesse.[c] q scilicet,gl.ita dicat,Pone enim aliter,&
2 dicas † q probationes erant ambiguæ, & q actor uiuat,& uult declarare,licet ipse dicat q sentit de Seio, illud tamen sequitur,q probationes factæ & descriptæ simpliciter per instrumenta,uel testes,trahātur ad illud quod actor intendit.Non enim potest declarare dicta testium,licet suam intentionē declaret,fuisse loquutum de Seio,& ideò intētione declarata,nō sequitur cōdemnatio, tetigi s̄.de iudicijs. l.si quis intentione.

ADDITIO.

a P.PAV.P.Declarandi.Ang.cons.cccliij. *An autem facultas iurandi data à lege,uel ab homine,transeat ad hæredes suos,Iaſ.Alex.l.eum qui.§.post iudicium.ff.de neg.gest.& de facultate data à lege,an trāseat ad hæredes,& an contra hæredes.Iaſ.l.si quando.C.unde ui.Item q, potestas interpretandi cohæreat personæ,& an transeat ad successorem,& an procurator sine speciali mandato posit interpretari,c.cum uenissent.de iud. Item q, facultas declarandi non transeat ad hæredem,& quomodo procedat, uide Iaſ. si quis à filio.§.j.in iij.no.de leg.j.post Aret.& alios ibi.Item quomodo facultas declarādi transeat ad hæredes,& quid de facultate iurandi.Ro.cōs. ccxc.& de facultate concessa iurandi,& pacto,de quo in l.fin.ff.de pret. stip.an transeat ad hæredes, Alex.ibi, in apostil.ad Bar. uer.ij. quæritur. Dy.in prima & secunda apostill. & consilio liiij.in secundo uolumine in prima col. & Iaſ.d.§.hoc iudicium. ad fi. Item de facultate eligendi quomodo transeat in hæredē,uel cessionarium.Bar.& l.si sit legatum.§.fin. de leg.j.ubi dicit q, postquam semel talis facultas efficitur cessibilis,posteà transit etiam in cessionarium.Et ibi dicit,q, hæres præsumitur scire uoluntatem defuncti.Item q, hæres non præsumitur declarare uoluntatem defuncti,nec procurator uoluntatem domini,sine speciali mandato,seù licentia, Alex.l.si non speciali.C.de testa.*

b *Transit.l.fi.& ibi Bal.C.de lega.dixi.l.ij.eo.tit.Bal.l.edita.uer.x. opp.no. Inn.c.fi.de succes.ab intest.Quid autem in iure arbitrandi,Bar.l.si uolunte.in j.col.C.de fideic.Bart.Bald. & doc.l.si quis à filio.§.si plures.de leg.j. Bar.& Bal.l.si quis intentione.& ibi Ang.de iud.*

c *Necesse.Bar.& Imo.l.si quis seruum.§.si inter duos.de leg.ij.*

LEX VI.

1 *Certificandi hominis causa,sufficit dicere nomen proprium, nisi sint plures eiusdem nominis.*
Cautela ut fiant positiones,q, sint plures eiusdem nominis.
2 *Libellus , in quo non sint apposita confinia rei , procedit ,si reus non opponat.*
3 *Nominari quem à nomine matris sufficit.*

a SI IN REM.[a] Ista l. cum gl.præcedenti §.h.d.*Qui pe*
4 dam. ibi, Item percipiẽdi. † quomodò debet intelligi? Dic, percipiendi dicunt, uel quia immaturi, uel quia dominus percepisset eos. Vult dicere, quòd uer. percipiendi, possit respicere tempus futurum, ut qui in futurum percipi poterunt. Item præteritum, ut qui percipi potuerunt, non tamẽ sunt percepti, sed de hoc ultimo aliqualiter dubiat, qualiter debet intelligi, percipi potuerunt, utrùm quos percipere potuisset petitor, aut quos pcipere potuisset possessor? In hoc magna est differẽtia, quia ex qualitate cultoris, possunt percipi maiores, uel minores fructus. Gl. intelligit in fn hac l. de his qui percipi potuerunt, ſ. à petitore, ut in. ij. gl. quam modo recitaui, dum dicit, quia dominus percepisset. In fin. istius gl. clarè h.d. Videtur enim probari in l. si nauis. in fi. ĩ. eo. & hic in fi. ubi semper refertur ad id, quod percipere potuit petitor. l. apud Iulianum. §. j. de leg. j. In cõtrarium. allegant doc. ultra modo. l. domum. C. eo. ubi tex. dicit cp percipere poterat, quòd de necessitate intelligit de possessore, cum petitori loquatur in secunda persona. Si ergo de eo intellexisset, dixisset, poteras. Cuius legis timore, Vltramon. distinguũt, aut loquitur ante moram, & intelligit, percipiendi, id est, qui percipi potuerunt à possessore, l. domum. Aut post moram intelligitur, id est, qui percipi potuerunt à petitore, d.l. si nauis. quòd non placet quia. l. domum. loquitur in prædone, qui semper est in mo tu. l. j. C. quòd met. causa. de fur. l. subtracti. & ĩ. de cond. fur. l. paruí. Ego contra istam gl. allego l. item ueniunt. §. item eos. & l. sed & si l. §. sed & fructus. de pet. hær. Quid dicemus? Salua meliori deliberatione, putarem sic dicendum, Aut possessor conuenitur ab aliquo, qui non asserit se dominum, & tunc ueniunt fructus, quos percipere potuit possessor. Aut conuenitur ratione dominij, & tunc de iure isto

* *Recõditi. Bar. ult statuere differentiã, inter bo. fi. possessorem & usufructuarium, ut ẽ, nã usufructuarius illos dumtaxat fructus sibi acquirit, quos perceperit: §. præterea. Inst. de rer. di. Bo. fi. possessor, omnes fructus, à solo separatos sibi acquirit: l. qui scit. §. præterea. ff. de usur. I. Cõ. B.*

isto intelligebatur de percipiendis ab ipso petitore, ut hic, & ĩ. eo. l. si nauis. & l. apud Iul. §. j. & de leg. ĩ. de iure uerò Codicis adijcitur, percipi potuerũt ab ipso possessore, l. domũ. C. e. Nec dico istas leges esse correctas in reo, quod dixit de percipiendis à petitore, sed in eo qd' prohibet de percipiendis à possessore. Erit ergo electio actoris, arg. l. quoties. ĩ. de act. & ob. Sequitur in gl. Item possessorũ, alij cum titulo, alij sine titulo, de hoc nõ est dubiũ. Est enim alia diuisio possessorum. Quidam sunt bonæfidei [k] ab initio, & ex post facto malæfidei, quidã semper malæfidei, & hos possessores sequitur gl. distinguẽdo, & in quolibet istorum gl. quærit tria, an

l possessor faciat fructus suos, & utrũ eos restituere teneat, & qua actione. [l] Circa primũ, ſ. possessorem bonæfidei. † Quæ

5 ro an possessor bonæfidei faciat fructus suos? Et gl. dicit cp non de naturalibus. l. fruct. ĩ. de usur. Sed fructus industria

m les facit suos. [m] absq; distinctione cum titulo, uel sine titulo. Non ob. l. bonæfidei. in prin. ĩ. de acq. rer. do. Nam intelligo ibi omnes, à quocunq; perceptos, & in hoc residet gl. hic, & in d.l. bonæfidei. & gl. Inst. de re. diui. §. si quis à nõ domino. Et in hoc etiã resident Vltramont. C. eo. l. certum. Sed ista o-

n pin. est contra [n] l. bonæfidei. in prin. quæ ibi dicit, cp bonæfidei emptor facit fructus suos, non solum quos percipit sua industria, sed etiã omnes. unde oportet intelligere, omnes scilicet etiam si quos non sua diligẽtia percipit, aliàs ad per-

o missa non aduerfaretur. Ideò Iac. de Are. [o] ibidem, & Old. se quendo eum in istis fructibus naturalibus, dicunt, cp si bonæfidei possessor habebat titulũ, facit suos, d. l. bonæfidei. Nam ratione possessionis efficiuntur sui, non ratione seminis & culturæ. l. qui scit. §. in aliena. ĩ. de usur. Si uerò non ha-

p bet titulũ [p] uel habeat talẽ qui habetur pro nõ titulo, sine dubio nõ facit suos. d.l. fructus. ĩ. de usur. & hoc magis placet mihi. In fructibus industrialib. gl. dicit bene fm oẽs. De accessionib. [q] ò ciuilib. gl. non tetigit. Dic, cp si possessor bonæfidei eos perceperit ex sua diligẽtia, quia ipse locauit, faciet eos suos. Et soluẽs ei liberatur, aliàs posset esse dubium, quod dic ut dixi in l. si urbana. ĩ. de cond. ind. quæ est ualde no. l. ad ista. Quæro quando non facit fructus suos, utrum

6 † teneatur ad restitutionẽ, & quo iure, [q] & qua actione. Di-

q cit gl. eo ipso quod non facit fructus suos, ut in fructib. naturalibus si extant, tenetur restituere rei uendicatione: si sunt consumpti, & est factus locupletior, tenetur cõdictione sine causa. l. si me & Titiũ. ĩ. si cer. pet. si uero non esset locupletior non teneẽ, ut hic in gl. quæ dicit uerũ, aliquo tamẽ addito, ut ĩ. dicam. Si uerò loquimur in fructib. industrialib. quos facit suos si extant tenetur iudicis officio, nõ rei uendicatione, quia sui sunt. C. e. l. certũ. Pro hoc dico, cp in præcedẽti casu qñ fructus nõ facit suos, potest cogi iudicis officio ad restituendum eos, æquitas enim iudicis officio se extendit ad hoc multò magis qñ postea est effectus dñs. Si uerò sunt cõ

r sumpti, [r] tunc dicit gl. cp non tenetur ad restituendũ, [s] etiam

s posito cp possessor factus sit locupletior, nam eos lucrat̃ p cultura, & cura, ut d. §. si quis à non dño. Et sic uides cp fructus naturales etiã consumpti ueniunt in restitutione, si factus est locupletior possessor, secus in industrialibus. Ita tenet gl. inst. de offi. iud. in prin. aliàs, §. j. & in d. §. fi. si quis à nõ

7 dño. Contra hoc uidentur, † quia bonæfidei possessor tenet̃ inquantũ est factus locupletior. l. item ueniũt. §. item eos. & l. sed & si l. §. consuluit. cum. §. seq. ſ. de pe. hæ. Pet. rñdit aliud ibi, in petitione hæreditatis propter æstimationẽ fructuum, ut ſ. de peti. hær. l. si rem & pretiũ. secus in rei uendicatione, ubi fructib. consumptis, cessat omne remediũ, quia doc. huic gl. cõmuniter acquiescũt, dubito tñ, gratia collationis, & inuestigandi ueritatẽ pro modò teneo ſ. Nam cõdictio sine cã quę dat̃ ex æquitate, l. si me & Titiũ. ĩ. si cer. pet. habet locum nõ solũ si quis factus est locupletior ex re mea, sed etiã ex re mihi debita, ut ibi patet licet eñ fructus industriales nõ sint

8 petitoris, tñ sunt sibi debiti. Debitũ † eñ dicitur, qd' iudicis officio uenit. l. pecunia la grãde. §. pe. & fi. ĩ. de v. sig. ergo hoc põt peti cõdictione sine cã. l. itẽ si uerberatũ. uer. nã & si fructus. ſ. eo. nisi intelligeres de fructib. naturalib. ĩ. de cõd. ind. l. indebiti. §. i. & qd' ibi notat. Præterea si hoc est in petit. hæredi-

t tatis, [t] ubi petitor habet minus iuris, uideẽ multo magis in rei uendicatione, ubi maior æquitas est ex parte petitoris. l.

9 officiũ. ſ. eo. Venio ad ij. † . f. ad possessorẽ qui fuit ab initio

u bonæfidei, [u] ex postfacto malæfidei. Gl. dicit, sufficit quantum ad hoc, ut faciunt fructus suos, cp ab initio fuerit bonæ fidei. ĩ. de usur. l. quid scit. §. præterea. nec ob. ĩ. de acquir. re. dom. l. bonæfidei. §. in contrariũ. quia ibi opponendo non ponendo dicit, sed licet faciat fructus suos, tñ ad restitutionem eorũ tenetur indistinctè, postq; mala fides superuenit, nec curo superuenerit uerè, uel fictè. d. §. præterea. C. e. l. cer-

x tum. Qñcp superuenit mala fides, [x] cũ mutatione personarum, ut si hęres habuit malã fidem, cum defunctus haberet bonã, & tunc non facit fructus suos, l. quæsitũ. ĩ. de acqu. re. do. Qñcp mala fides peruenit absq; personarũ mutatione, & tunc superuenit mala fides fictè per lit. contest. in rei uendicatione, uel per controuersiã motam in petitione hæreditatis, & tunc benefacit fructus suos, sed ad restituendũ tenetur, d. l. quid scit. §. præterea. Si uerò supuenit mala fides uerè, & tunc gl. nostræ dicunt idem, quidã contra. ut d. l. bonæ fidei. §. in contrariũ. & l. qui bona post prin. seu in §. j. eo. tit cp

10 modo non examino. † Ex prædictis satis liquet, qua actione ueniant fructus restituendi, quia rei uendicatione, quando nõ facit fructus suos, aliàs iudicis officio, uel condictione sine causa. † Tertiò est uidendum [y] de malæfidei pos-

y sessore. [z] De quo dicunt ibi gl. præterq; in eo qd' dicit, quòd

z titulus excusat, [a] à percipiendis, nisi in casibus notatis in l. si

A fundũ. C. eo. Vltramon. dicũt, sed gl. reuocatur cõmuniter. De fructibus uerò ciuilibus, in malæfidei possessore, dic ut l. si

12 urbana. ĩ. de cond. ind. Quæro † quid ècõtra, de eo qui fuit malæfidei, à principio, & postea superuenit bona fides. Cogitabitis, uel dic quòd si successit defuncto, qui erat malæfi-

h dei, hæres qui est bonæfidei, non facit fructus [b] suos. C. de fruc. & lit. expen. l. ij. in fi. Ratio, quia licet sit bonæfidei, tamẽ censetur malæfidei, l. cum hæres. ĩ. de diuer. & temp. præsc.

13 & gl. l. fi. ergo. §. partus. ĩ. de publicia. Quæro † dixi de possessore, qui facit fructus suos, an intelligatur de eo qui habet naturalem possessionẽ tantum, uel requiritur utraq; ? Cogi in l. si fur. in prin. ĩ. de usufruct. ubi plenissimè examinaui & uide quæ dixi in l. iij. §. ex cõtrario. ĩ. de acq. pos. Vltimò est uidendum de practica, qualiter isti fructus petantur, dicam ĩ. §. prox. Hanc materiam. fructuũ tractat. Cy. in l. certũ.

ADDITIO.

a *Materiam. Et quæ poss. sufficiat, uide in l. iij. §. ex contrario. de acquir. pos. Et quomodo cognoscantur fructus naturales, industriales & ciuiles, Bal. l. pro oneribus. C. de iur. do. & quæ. ĩ. scripta sunt, & Bal. l. ancillæ. C. de fur. Et de hac materia plene Inn. c. grauis. de ſpon.*

b *Ciuiles. Bald. l. ſi traditio. C. de ac. emp. in fin. appell. at fructus industriales sic mos. De istis domorum pensionibus, qui fructus dicantur, Bal. l. ubi adhuc. C. de in. don. gl. l. diuortio. in prin. ff. ſol. ma. & l. prædiorum. ff. de usur. & Ant. de But. d. c. grauis. de rest. ſpo. & de usura, uide in l. usura pecuniæ. de uer. sig. & d. l. ſi nauis. Adde an fructus appell. ueniãt pensiones domorum. Alex. cons. clxxxj. lib. ij.*

c P. PAVL. PA. *Pensiones. Quis fructus dicatur pensio domorum, & an statutum faciens mentionem de fructibus, comprehendat pensiones domorum, Alex. cons. cccxxxiij. ad fin. & cons. clxxxvj in ij. uol. & qui dicantur fructus naturales, & qui industriales, Fran. cons. clx. in prin. de pensio. domo. uide in tract. de gabel. in v. par. & ibi quid importet uerb. redditur. & an idem, uel plus quam uerb. fructus. de quo uide in l. fundi. ad Vel. ff. de usufruct. leg. Quod autem pensiones non dicãtur proprie & stricte fructus. Alex. l. diuortio. in prin. ff. ſol. ma. uer. puto tamen. Illud no. ad ſtricta quæ debent ſtricte intelligi, ut per eum & in d. cons. cccxxiij. ad fin. licet coetrarium dicat Bar. ubi ſ. Alex. consilio ſeptingentesimo quadragesimo quarto in v. uol. & in d. l. diuortio.*

d P. PAV. P. *Naturales. Ang. Lapes. §. j. ad ſi. ff. de fur.*

e *Oliua. Bar. l. fin. ĩ. ad l. fal. quod oleum ſic industriale, tenet Bal. rub. C. de fruct. & li. expen. Bal. l. pro oneribus. C. de iur. dom. & l. j. ad fin. de uſu. & fruct. leg. de fœtu pecorum, uide Bar. l. ſequitur. §. fructus de uſu. aqui nulle q, ſunt industriales. Bal. l. ancillæ. viij. opp. C. de fur. Bar. conſilio centeſimo ſeptuageſimo tertio.*

f *De. Bal. l. j. C. de fruct. & lit. expen. & c. gratis. de re. ſpo. & ibi doc.*

g *Dictum. Bal. l. certum. C. e. & l. ij. uer. nunc de ſeptimo. C. de ſer. & in. c. conſultationibus. de in. pa. & in l. j. in ult. col. de uſu. & fruct. leg.*

b Alia.gl. c.præsenti.de off.ord.lib.vj.& c.si propter.de rescr.eo.lib.qui tenet idem q, ista gl.Sed Car.c.fi.de pecu.cle.sequitur opi.Pe.& Cy.

c Dicendum.Rap. maior,in l.si nauis.in fi.& Rap.cu.d.l.apud iul.§.j.de leg. j.qui tenet contra Bar.& uidetur in hac materia ponere ueritatem,& uide in l.creditor.C.de pig.act.& Bar.l.ij.C.de pet.hær.& dixi in l.domum.hic alleg.Adde Bal.post Bar.l.ij. C.de fruct.& lit.expen.& quid in uenditore, qui percepit ex re uendita plures fructus,q̃ percepisset emptor,an omnes teneatur restituere,Bar. l.ratio.§.si emptor.j.de ac.emp.adde quomodo intelligatur de fructibus perceptis,& qui percipi potuerunt,Bal.cons.cxc.j.lib. & liiij.lib.viij.

k P.PAV.P.Bonæ fidei.Com.cons.clx.ad fi.

l POMA.Actione.Alex.cons.cxxj.in fi.iij.uo.

m Suos.l.certum.C.eo.illud est uerum in iudicio singulari,secus in uniuersali. l.non est ambiguũ.& ibi gl.Cy.& Bal.C.fi.erc.Ang.l. Nesennius.§.j.de re iud.quõ autem probatur quantitas perceptorũ fructuum, Bal.l.j. in fi.C.de fru.li.& expẽ.& in ista materia semper intelligas exceptuatiõ id qd̃dicitur in l.si urbana.ubi est casus sing.j.de cond.ind.Adde quando bonæ fidei possessor faciat fructus suos,Ang.cons.cx.& an teneatur de cõsumptis,licet sit factus locupletior,per eundem cons.lxxxiij.& cxxxiij.Abb.cons.cvj.

n POMA. Contra. Alex.consilio centesimo uigesimoprimo, in fi.uol.j.Fel.c. de quarta.de præsc.

o Are.Ant.plenè.in c.grauis.de rest.spo.

p Tit.Limita hoc,nisi quis possedit longo tẽpore, etiam sine tit.quo casu præsumitur bonæfidei,& fructus lucratur,Bal.& Ang.l.pe.C.qui.non ob.lontem.præsc.Imo.l.Nesennius.§.de re iud.

q Iure.Ea quæ dicuntur de restitutione fructuũ, procedunt, nisi possedit istos fructus per biennium, Bar.l. sequitur.§.fructus.de usuc.& in l.iij.circa fin. qd'met.causa. Bar.l.q. Neruta.depos.uer.quintò fallit.& Imo.post.Ang.d.l. fructus.& Bal.l.j.C.de usur.& fru.leg.

r P.PAV.P.Consumpti.Item q, ille qui tenetur solum in quantũ est factus locupletior,nõ teneatur nisi ad æstimationẽ,quæ erat tempore cõsumptionis,nõ aũt tempore litis motæ,uel sententiæ latæ,unde Io.de Ana.cons.cxxviij. Item an præsumatur factus locupletior.Soc. l. in pupillo.ff.de excc.Alex.l.mulieri.§. qui proponetur.ad fi.ad Tre.Itẽ non decidit in ista materia fructuum, qũo bonæ fidei possessor teneatur,& quid si sint consumpti,& qd'non præsumatur factus locupletior,nisi probetur,& multa alia,Cur.cons.lxxj.in j. charta.& in dubio præsumuntur consumpti, nisi probentur extare. Com. cons.ciiij.in iij.subscriptione.uel iiij.In cont.Alex.l.pen.in fi.princ.ff.ad leg. fal.In quantũ dicit q, si sint consumpti,& est effectus locupletior,teneatur, cont.Alex.l.si me.& Titium.ff.si cer.pet.Cont.Com.& dicit istam esse communem sententiã contra Bar.cons.cix.in ult.dub.nisi in petitione hæreditatis, uel alio iudicio uniuersali,uide ibi per eum,& ibi etiam q, in dubio præsumatur bonæ fidei possessor:item de ueritate istius an sit factus locupletior Fel.c.de quarta.de præsc.Cont.Alex.cons.lxiij.in ij.uol. Adde q, iuris error excusat à fructibus. Fran. cons. xvij.Bul. Sal.& Alex.l.j.C.de his quibus ut indig.c. dilect. ext.de præben.Alex.cons.ccxxv.in ult.col.& dixit Bal.l. ij.si quis igno.rem min.esse.q, si persona est digna, probatur talis error per iuramentũ.Et quõ errans in iure faciat fructus suos,Fel.c.de quarta. de præscri.Bar.l.sed & si lege.§.scire.ff.de pet.hær.Item q, titulus excusat à percipiendis,limita non procedere in pupillo agente.Ro.cons.ccccliiij.ad fi.Item no.q, bonæfidei possessor præscribit fructus usurpatos sine alio titulo,qa in istis accessorijs sufficit titulus generalis. Bal.l.j.C.de usur. & fruc.leg. Item quando filij petiũt dotẽ maternã, q, fructus sint restituendo,Ca.cons.cx.Fel. d.c.de quarta. De fructibus pendentibus an intelligatur diductis expensis, Barb.in tract.de gabel.in septima parte,vij.partis prin.Item no.q, non dicitur damnum dare,qui tanq̃ possessor percipit fructus,Bal.de pace Constan. uer.possessionẽ.Quædam alia in materia, quo quis lucretur fructꝰ,uide ibi in uer.si q ex parte nostra.Quid aũt in beneficialibus,ac quis lucretur fructus,non obstante iuris errore,Abb.c.dilecto.de preben.

s Restituendum.Sed quæ est ratio,uide Bal.l.ij.C.de fruct.& lit.expens.& ibi quid si non sint consumpti,sed cõmisti,quando aũt dicuntur fructus consumpti,uel non,Bar.l.ubi adhuc in ult. col.C.de iur. do. Bal.l.j.C.de usu & & fruct.leg.

t Hæreditatis.In uniuersali,bonæ fidei possessor non tenetur, nisi inquantũ factus est locupletior,Bal.l.ij.in prin.C.de fruc.& li.expen.Bal.l.j.C.de usu. & fru.le.ubi tenet opi.gl. contra Bar.

u Bonæ fidei.Bar.& doc.l.ij.C.eo.& Imo.& consultationibus,de iur.pat.& Bar.l.sequitur.§.fructus,de usu.Bal.l.ij.in j.col.j.de ser.Bal.l.j.in duobus locis. C.de usuf.transfor.Bar.l.ij.in fi.C.de fru.& lit.expen.& in l.ancillæ.C. de fur.Et an percipiens,& consumẽs fructus mala fide,cõmittat furtũ. Bal. l.mala fide.C.de condic.ex leg.& l.ij.in j.col.C.de fru.& lit.expen.q, si possedit autore prætore,rem mala fide,an lucretur fructus,dixi in l. in fideicõmissi.in prin.j.de usur.& quando propter negligentiã non petentis,quie lucretur fructus,Iac.de Aret.& Bar.l.si mora.fol.mat.

x Fides.Bar.l.j.C.eo.& l.sequitur. §.fructus.de usuc.Bal.l.uitia.C.de acquir. pos.& Bar.j.ea.l.in fi.

y P.PAV.P. Videndum.An aũt malæfidei possessor posit deducere expensas factas pro cultura.Ro.sing.cccxxxij.inci.malæfidei possessor. & singulariter seq. ubi ponit casum in quo non tenetur etiã ad fructus, quos percipere potuisset,sed quõ potuisset percipere ex fundo,propter suas meliorationes, uide etiã in fin.cccxxxix.inci.tu scis.ubi ponit nũquid iustus titulus ex post facto superueniens,excuset à percipiendis, uide in l.domum. C. de rei uend. Abb.cons.vj.in ult.col.

z Possessore.s. eo. l.fructus.Bal.l.si quis sciens.C.eo.& l.si pater.C.de usufr.l. certum.C.eo.& s.l.prox.Ang.cons.cccij.

A Excusat. Sed quid si pro parte temporis habui titulum,pro parte nõ,Bal.l. apud antiquos.post Cy.& Bar.C.de fur.& ser.cor.

b Fructus.Secus tamẽ in successore singulari,Bal.l.ij.C.de pet.hær.gl.& Bal. l.uitia.C.de acq.pos.& Bar.j.prox.q.

1 Libellus in rei uendicatione,debet continere rem ad me pertinere,& me dominum declarari.

2 Via una parata,eidem sequitur alia.
Libellus antiquorũ in rei uendicatione,& petitione hæred.non dãnatur.

3 Libellus quo ad fructus in rei uendicatione,quomodo concipiatur.

4 Sententia lata super re etiam erronea,facit plenam fidem in causa fructuũ.

5 Sententia erronea in principali,facit ius in accessorio.

6 Si iudex in causa reductionis pronunciauit arbitrũ esse æquum, poterit pœna peti,etiam si sententia sit erronea.

7 Fructus possint peti rei uendicatione,& officio iudicis.

8 Libellus quomodo formetur in rei uendicatione, quando fructus petuntur officio iudicis.

9 Iudex pro fructibus qui percipiuntur lite pendente,potest in condemnatione sibi reseruare declarationem.

a §. VBI AVTEM.[a] Si actor declaratur dñs etiã p errorẽ,
1 debet condemnari reus in fructibus. Exhac l.nota † q
b libellus[b] in rei uendicatione, hoc modo cõcludit.Peto declarari rem ad me pertinere,& me dñm declarari,& in fructibus reũ condemnari, ut hic & l.Pomp.§.sed & s.de procurat.& ibi dixi,& l.licet.& l.nec ullam.s.de pe. hæ. & l.sicuti.ij.

2 sed si quæratur.in fi.j.si ser.uen.Secundò no.† q parata una uia,eidẽ sequitur alia. Licet dixerim in istis iudicijs realib[9], peti aliter fieri declarationẽ in libello. non per hoc damno libellũ antiquorũ,qui est in petitione hæreditatis,& rei uẽdicatione, quí petunt possessorẽ condemnar ad restitutio-

c nem.[c] Rof. & Spec.Aret. l.j.in princ.& ibi Pet.s.eo.Præterea quando peto quẽ condemnari ad rei restitutionem,in petitione hæreditatis, uel in rei uendicatione,quia sum hæres, uel dominus,per consequens ego uideor petere,q̃ pronun-

d ciet[d] me hæredẽ uel dñm.Et si hoc non pronunciat expresse, uidetur pronunciare tacitè condemnandũ,ad restitutio-

3 nẽ rei,ar.l.j.C.de or.iu.Vidimus qualiter † se habere debeat libellus circa ipsam rẽ,quæro qualiter se debeat habere ci-

e ca fructus[e] ꝛc. si quidem petuntur condictione fur.uel condictione sine causa, rei uendicatione, ut s. prox.in gl.mag.

f tunc nõ possent fructus peti una cum re[f] in eodem libello, qa ista duo iudicia de re, & de fructibus,sic se habent,q̃ absolutoria lata in uno, parit exceptionem rei iu.in alio,& una actio est præiudicialis alteri. l.fundi.& l.fundum.j.de excep. & ibi est expressum. Habita ergo uictoria super re,tunc poterit agere noua rei uẽdicatione ad fructus.Sed tũc quæ-

4 ro,an † sententia lata super re,facit plenam fidẽ in causa fructuũ, posito q̃ fuerit erronea:ꝛc. sic,casus est hic,& hoc ef-

5 fectuũ, posito q̃ fuerit erronea:ꝛc. sic,casus est hic,& hoc esset una lec.& hoc sentit gl.super uerb.errore.in fin.† Ex quano.q̃ sententia erronea in principali,facit ius in accessorio, licet noua instantia petatur, ut hic est casus no.in l.qui Romæ.§. duo fratres.j. de uer.ob. secundum illam lect.ueram quam tenet Petrus, & ego tenui q̃ ibi fuit malè iudicatũ,& tñ illa sententia erronea habetur pro ueritate, & eam tenẽ.Et

6 per † hoc[g] dicebã in q.de facto,pars petijt arbitramentum

g reduci ad arbitrium boni uiri,iudex pronunciauit arbitrium esse æquum. Certè poterat pœna peti,posito quòd sententia fuit erronea,ut hic,& d.§.duo fratres.l.qui Romæ. Secus si iudex in causa reductionis nõ pronunciauit arbitrium esse æquum,

æquum, sed reum simpliciter absoluit à petitione.Non emẽ per hoc uidetur pronũciare arbitriũ esse æquum,& ideò in causa plene adhuc poterit examinari,utrũ sit æquũ,uel nõ. Hic est casus cum gl.j. de cond. ind.l.Iulianus.in prin.& ibi

7 no.in j.magna gl.Puto tamen † q̃ licet fructus posint peti noua rei uendicatione, in casibus supradic.tamen possent etiam peti officio iudicis,ar.l.interdũ.§.qui furẽ.j.de fur. de leg.iij. l. qui solidum. j.fin.reg.l.iiij.§.si dicantur.& l.ædiles. §.item sciendũ. ff.de ædil.edic.Non enim est illud officiũ iudicis subsidiariũ, quod non conueniat cũ alia actione, qd' apparet, quia agit condictione sine causa, ut habuistis no. s.prox.in gl.mag.& fructus petunt officio iudicis.Sed quæ

h ro,[h] † quando fructus petuntur officio iudicis,qualiter de

8 beat formari libell[9] ꝛc. si quidẽ fructus sunt percepti ante

i litem contest.debeo declarare quantitatẽ,ut s. eo.l.si in rem & l.in actione.j. de fur.Et ita formauit libellũ Rofre.in tit.de officio iudicis, quando petuntur fructus. Item puto quòd posim petere q̃ reus condẽnet ad fructus si extãt.uel ad eo

k rum æstimationẽ, [k] l.hæres furiosi.in fi.s. de pet.hær.coniũcta l.in fideicõmissi.s.fi.j.de usur. & sic quòd libellus alternatiuè procedit, apparet,quia actor non potest esse certus, num fructus extent, uel non, per l.j. §.quod ait.j.quorũ leg. si tamen essent tales fructus, quos esse consumptos certum esset,ut puta,poma,& similia,quæ cito cõsumuntur.l.is cui.

l §.queri.ut in pos.leg.tũc deberet[l] peti æstimatio.l.si usus fructus mihi.j.de usufruct.leg.De fructibus uerò qui percipiũtur lite pendente, non est necesse q̃ exprimatur certa quantitas, quã actor ignorat.Dicam ergo sic,quod Titius posidet talem rem, quæ pertinet ad me iure dominij,uel quasi, & eam possedit tribus annis,& dicto tempore ex possess.collegit decẽ corbes frumẽti, quare peto per uos declarari ad me ptinere dictoq̃ iure dictã rem, ipsum cogi, & cõpelli ad restitutionẽ dictæ rei cũ fructibus perceptis, & qui percipiẽtur usq̃ ad sententiã, & ad prædicta eũ uestra sententia condemnari. Hoc probatur hic,quia debet fieri condemnatio in fructibus.Si uerò uelles petere condemnationẽ fructuũ percipiendorũ,i.corũ qui percipi potuerunt, habes uarias practicãdi formas,ut tu petitor petas cos fructus, quos colligere potuisses, uel quos possessor colligere potuisset, ut apparet ex his quæ dixi in §. præced. Determinat etiam gl. q̃ res potest peti simul cum fructibus,& sic in una & eadem instantia expeditur quæstio de re, & de fructibus,sic no. de excep.& d.l.fundi.& hic est casus secundũ lec. Azo.positam

9 in gl.super uerb.errore.† Aduerte tamen,q̃ prò his fructib. qui percipiuntur pendente lite, potest dicere iudex, Condemno etiam ad restitutionẽ fructuum, ipsorũ declaratio-

m ne mihi seruata, tunc enim posset declarare[m] post multa tẽpora arg.l.terminato.C.de fruct.& lit.expen.& quod tangitur per gl.l.item Labeo.§. sed si purè.j.fa.ercis.Hoc enim sentit Rof.in præal. ti.Dicetis uos,isti fructus regulariter constituunt in pondere, numero uel mensura,quare nunquã deuenitur ad æstimationẽ,cum in genere suo recipiãt fruitionem.l.ij.si cer.pet.ꝛc.isti fructus debent, ut species,quare me tító ipsis peremptis,ficut qualibet alia specie perempta, de

n uenitur ad æstimationem,[n] nec de euictione cauetur.

ADDITIO.

a P.PAV.P.Autem. Quomodo cõdemnatoria,uel absolutoria lata super re, præiudicat quò ad fructus, Soc.l.si quis.§.j.& fi.de exc.rei iud.

b Libellus. Vide eundem in l.naturaliter.§.nihil cõmune.ff.de acq.pos.& idẽ in sententia,non tantum in reali,sed etiam in personali.l.quid tamen.§.j.cũ aliis ibi alleg.per Bar. s. de arb.Bar.l.cùm quis.C.de iur.& fac.ign.& in l. actori.C.de reb. cre. Inst.de ac.§.j.An.& Io.c.j.de lib.ob.& Bal.l.domum. C.eo,Dicunt tamen docto. in dict.locis, quòd sufficit dicere, Peto talẽ rem, per rei uendicationem.

c P.PAV.P.Restitutionem. Talis libellus sustinetur. Fel.c.inter dilectos.j.co. ext.de fideiuß. Ca.cons.cclviij. Si tamen quis petat restitutionem possessionis, uidetur intentare possessoriũ.Si autem restitutionem rei petit, uidetur petitoriũ intentare. Alex.consilio centesimo octuagesimoquinto.uol.v.col. j.& cons.xcij.De c.cons.lxij.

d P.PAV.P.Pronunciet.Fel.c.ij.de li.obla.

e Fructus.Fel.c.inter dilectos.de fideiuß.ta.l.edita.C.de eden.Item quomodo fructus peti possint,& fieri in eis condemnatio,sine alia specificatione. Alex.l.si marito.§.fi.ff.so.mat.Are.l.cùm seruum.§.j.uer.ult.col.de leg.j.Fel. cons.ij.de libel.obl.Barb,consilio septuagesimosecundo,uo.ij.col.fin. Alex cons.cxxxij.col.fi.

f Re. Cy.l. cum propria. C.si quis alteri uel sibi. & Ang.& alij l.si filius.§. j.de uer.ob.Imn.c.cum ad sedem.de rest.spo.ubi dixit libellum procedere.Peto castrum cum pertinentijs.uide tamen Bar.l.j.s.de eden.Etiam rub.sol.ma. in fi.& l.Bal.l.domũ.C.eo.Bar.d.l.fundi.

g POMA.Hoc. Alex.cons.cxix.ij.uol.

h P.PAV.P.Quæro. Alex.cons.ccxxxij.in ult.col.

i Libellus. Bald.& Ang.l.si marito. §.fi.fol.mat.ubi etiam tangit, an fructus sint necessariò petendi,aliàs præiudicent non petenti. De quibus Cy.C.eo.l. certum ad fi.& in l.cum propria.C.si quis alter.uel sibi.& ibi Bal.& Bar. l.j.s.de eden.& hic.Io.l.si filius.§.j.de uer.ob.ubi refert Bar.in hac materia uariasse.Imn.c.grauis.de restit.spo.& in c.tanta.de excess.præl. Item an iudex teneatur exprimere in sententia quantitatem, Imn.c.inter dilectos.exte. de don.Bald.l.iij.C.de fruct.& lit. expens. post Gul.de Cu.Adde tamen.l.in summa.§.qui sortis.de re iud.& doc.l.ait prætor.§.j. eo.tit.ubi sententia.la ta super usuris & accessorijs debet esse certa. Vnde secundum Ang.d.§.qui sortis.nõ tenet sententia,Condemno te ad restituendum rem cum fructibus, qui dicit ita fuisse iudicatum ipso aduocante. Sed tu hoc limita, nisi essemus in iudicio uniuersali,Bar.rub.sol.mat.& l.edicta.de eden.Item nisi iudex ferat se ad petitionem certã.d.§.qui sortis.Item nisi condemnetur ad fructus debitoris,& in certa parte actorum probatoriorum constaret certi.d.l.ait prætor.§.j.et ibi no.Item limita in fructibus præteritis,secus in futuris,Bal. l.j.C.si secundò nup.mul.& ibi uide per eundem alleg. Imn.c.inter dilectos. Ang. hic. Et de isto libello, & an iudex posit condemnare in fructibus non petitis,Bal.l.properandum.§.sit autem alterutra.C.de iud.& in l.j.C. fruc. & lit.expens.Et an pendente iudicio sortis,posint peti fructus & alia accessorie,Ang.ex repe.l.j.C.de iud.Moder.inst.de act.§.præiudicales.I.si homo & l.in summa.§. qui sortis. de re.iud.& Imn.c.ij.de lib. obla.& dicit Bal.l. edicta.quod ualet libellus,Peto fundum cum fructibus.Sed quid si non peto fructus,an uenient accessoriè cum re,Bar.l.ij.c.de pet.hæred.Bar. & Bal.l. fundum. j. de excep.Bal.l.fi.C.de anna. excep. scripsi post Imo.d.l.in summa.§.j.Bal.l.iij.de fruc.& lit.expen.Adde an fructus sint specificandi in libello.Alex.cons.xc.in fi.ij.lib.

k Aestimationem. Gl. & ibi Bal.Bar.& Ang.l.diuortio. §.ob donationes.j. sol.mat.& ibi Io.dixit, quod est uerũ in realib.in personalibus tenet si non extant,& erat malæ fidei possessor,quod posint uendicari, ac si extarent, Bar.l.eum qui. j. de his qui.ut indig.& Bar.cum his quæ ibi dixi in l.si seruum.§.fi.de uer.ob.

l P.PAV.P.Deberet.Bar.l.eum qui.ff.de his qui,ut indig.

m Declarare. Et no. quod si iudex dicit,condemno ut restituas rem,intelligitur etiam condemnatus in fruc.qui ueniunt de iure,propter uer.restituas,secundum Bal.rub.C.de fruc.& lit.expen.

n Aestimationem.Bar.l.diuor.§.ob.donat.j.sol.mat.

§. PETITOR. Et qui soluit litis æstimationẽ, cùm posset restituere rem,de euictione cauere non tenetur. Quærit gl. licet non teneatur cauere, an de euictione teneatur? Sic.ar.l. pro emp.& rer.amo.l.si propter res.Dy.c.pro possessore.ext.de reg. iur. lib.vj. Cont.Iac.But.quod scripsi in l.iij. uer. tertiò quæro. j. pro emp. Glo. contrarium.j.ex quibus cau.in posi.ca.l.fin.

LEX XXXVII.

1 Interrogationes quæ fiunt,an quis possideat, debent fieri ante litem contest. possint etiam fieri post.

2 Interrogatus de re continente delictum suum,non tenetur respondere.

3 Possidere quem desijsse dolo qualiter probetur.

QVI PETITORIO. Ante litem cõtestatam, debet interrogari reus, utrùm possideat, uel dolo desierit

1 possidere. † Quæro quando debent fieri istæ inter-

a rogationes. [a] Dicunt quidam, post litem contestatam, per istum textum. Alij dicunt quod ante litem contestatam,ut j.de interrogation. action.l. qui seruum. §.in iure.hoc tenet glo. Sed de uno dubitatur, utrùm istæ interrogationes debeãt fieri ante libellum datum, uel post. Azo in summa de petit. hæred.uidetur tenere quod post litem contestatã. Gl. tangit,& ibi dicam j.de interrogatione actionũ.l.j.in princ.

b Dicunt tamen gl.si ante lit.contesta .fuer.t ista interrogatio

2 omissa,potest fieri post litem contestat. ut hic in gl. [b] † Vlt.[c]

c qd' ubi quis interrogatur de re quæ delictũ suũ cõtinet nõ tenetur

tenetur respondere, ut hic dixi in l. qui iurasse. §. j. aliàs l. j.
3 de iureiur. Sed † qualiter probabitur qđ dolo desierit pos-
d sidere? Certè eo [d] qđ post libellum datũ non possidet, uel
postquã dixerim me daturũ libellum, ipse alienauit, l. fulci
nius. §. ij. j. ex quib. cau. in pos. ea. Dy. c. pro possessore. circa
prin. ext. de reg. iur. lib. vj.

ADDITIO.

a *Interrogationes. De forma interrogatorij, & quid si omittatur, Bar. l. si à te §. j. de excep. rei iud.*
b *Gl. Bar. l. j. j. de interro. act. & gl. Bal. l. cogi. in ult. col. C. de pet. hær.*
c *Barb. Vlt. Bal. l. quoties. C. de rei uend.*
d *Ipso. Bar. l. non solùm. §. morte. de ope. no. nun. dixi post Bar. l. finautem. §. secundo ẽ. eo.*

§. QVI IN REM. Si res perijt culpa possessoris, eiꝰ no-
mine condemnatur. l. Fulcinius. §. quid sit latitare. qui.
ex cau. in pos. catur.

LEX XXXVIII.

IVLIANVS. Qui ab initio fuit bonæ fidei, & ex postfa-
cto malæ fidei fiat, quod ædificauit potest tollere, nõ au-
tem expensas potest per doli exceptionem retinere. *

* *Retinere. No. Bar. l. 33. nu. 6. ff. de adminiſt. tut.* l. Con. B.

LEX XXXIX.

1 *Legis in fundo distinctio, non refertur ad plantata, seu seminata, sed solùm ad ædificata.*
2 *Expensarum deductio ut fiat, duo debent concurrere, scilicet possessorẽ ex pendisse, & conditionem domini effectam meliorem.*
3 *Malefícijs quando sit indulgendum.*
4 *Expensæ aut sunt utiles, aut necessariæ, aut voluntariæ, aut fiũt gratia quæ-rendorum fructuum, uel ad rei perpetuam utilitatem.*
5 *Expensæ factæ gratia quærendorũ fructuũ deducũtur ab omni possessore. Possessor malæfidei nõ deducit expensas factas gratia quærendorũ fructuũ si fructus non sunt recollecti, & an procedat in rei uendicatione.*
6 *Possessor bonæ fidei deducit expensas necessarias factas in re etiam perem-pta, in actione petitionis hæreditatis, in rei uendicatione eidem succurritur per retentionem, si res extat. nu. 8.*
Malæ fidei possessor deducit expensas necessarias in re factas.
Distinct. huius l. non habet locum in expensis necessarijs.
7 *Expensas utiles in re factas quando possessor bonæ fidei deducat in petitio ne hæreditatis, & quid in rei uendica.*
9 *Possessor qui percipit fructus, quos tenebatur restituere, expensas nõ dedu-cit, sed cum fructibus compensat.*
10 *Possessor bonæ fidei expensas uoluntarias quomodo deducat, uel cum fru-ctibus compenset.*
11 *Malæ fidei possessor quomodò & quas expensas deducit.*
12 *Possessor qui à principio fuit bonæ fidei, & postea malæfidei, quomodo, et quas expensas deducit.*
13 *Possessor malæ fidei à principio, & ex post bonæ fidei, an deducat expẽsas.*
14 *Possessor malæ fidei non respectu ueri domini, sed alterius quem dominum putabat, dicitur bonæ fidei.*
15 *Expensas factas ab aliquo in re aliena animo repetendi, illas repetit actio-ne neg. gest.*
16 *Retentionis rei uel deductionis expensarum, exceptio ante sententiam, & post sententiam opponi potest.*
Exceptio quæ non impugnat sententiam, potest post sententiam opponi.
17 *Iudex quomodò formet sententiam, quando de expensis discutitur ante sen tentiam.*
18 *Dominus ut excusetur à restitutione expensarũ in re factarum requiritur ipsum esse pauperiorem.*

a IN FVNDO. [a] Lex ista primò ponit dictũ in genere, se
cundò ponit unum casum in quo æquitas suggerit de-
ductionẽ expensarum, tertiò ponit alium casum in quo
æquitas suggerit expensas nõ deduci, quartò ponit alium
casum in quo æquitas suggerit expensas deduci. Secunda
ibi, finge. Tertia ibi, finge. Quarta ibi, finge. Et breuiter hoc
intendit, Possessor recuperat expensas à domino, si domi-
nus erat facturus, uel rem distracturus, non aliter, si hoc es-
set caritturus. Opp. dicitur hic, conseuisti, & sic uidetur lo-
qui de expensis factis circa fructus, sed in illis absq; distinc.
habet deductionẽ, l. fundus. j. fa. erc. Sol. si habes conseuisti,
id est, seminasti, dicendũ est quòd inferior non porrigitur
ad alium casum. Si habes conseuisti, id est, plantasti, tunc
dicit gl. quòd inferior distin. locum habet. Sed hic est con-
1 tra l. si fundi. j. eod. Et ideò † dicendũ quòd distinct. istius l.
non refertur ad plantata, seu seminata, sed solum ad ædifi-
cata. Secũdò opp. dicit hic quod petitor cogitur restituere
sumptus, usquequò possessor factus est locupletior, si expẽ
sæ sunt plures, sed si fundus est pretiosior in plus quã sunt
b expensæ, illud nõ restituitur, [b] & sic admittit ad id petendũ,
cuius contrariũ non esset postulaturus, contra l. pen. C. de
sol. gl. non soluit. Dic quandoq; contrariorũ est eadem ra-
tio, tunc procedit d. l. pen. C. de sol. Quandoq; non est eadẽ
ratio, tunc procedit hæc lex. Dy. c. qui sentit. ext. de reg. iur.
in lib. vj. & in l. secundũ naturã. j. de regu. iur. Et quod hic sit
2 diuersa ratio apparet, quia ad hoc † ut expensarum deduc
tio fiat, deberent concurrere duo, scilicet, q̃ possessor expẽ
derit, etiã quòd domini condictio efficiatur melior, quæra
tio habet locũ, quando expẽsa excedit meliorationẽ, secus
3 quando melioratio excedit expensas. Opp. dicitur hic, † q̃
malitijs non est indulgendũ, & appellat malitiam, qñ quis
petit quod alteri non nocet, & sibi non prodest. Cont. j. de
iu. do. l. cum in fundo. §. ipsius autẽ. & l. fi. §. fi. j. quæ in frau.
cre. Gl. non soluit. Dic quod in qualibet earũ legum peten-
ti prodest in aliquo, nam in l. cùm in fundo. prodest ei, quia
alteri erat cõmodum, & sic habet debitor beneficium illius
obligationis ad antidora. l. sed & si lege. §. consuluit. §. de pe
tit. hær. licet non proderit pro defensione alteri. Hic uerò ne
mini proderat, sed in l. fin. quæ in frau. cre. etiam sibi prode-
rat, qui sequebatur uindictam fraudis sibi factę ea ratione,
qua quilibet iniuriatus petit uindictã suæ iniuriæ, hic uerò
nulla erat iuiuria, sed in d. ll. agebatur obligatione ex con-
tractu, uel ex delicto, hic uerò loquitur in his quæ iudicis
officio expediuntur, quod officiũ cessat æquitate cessante.
l. quod si epheſi. j. de eo quod cer. lo. Venio ad gl. mag. &in-
c tro materiã expens. [c] pro cuius [d] declaratione dicit glo. † q̃
d prima diuisio expensarũ est, quia expensæ aut sunt necessã
4 riæ, aut utiles, aut uoluptuariæ. Quod dic per exẽpla, j. de
uer. sig. l. impensæ. & j. de impen. l. j. ij. & iij. & l. impensæ. & de
pet. hær. l. utiles. Secunda diuisio est, quia impensæ aut fiũt
causa quærendorũ fructuũ, aut ad perpetuam rei utilitatẽ.
l. si à parte, uel à domino. in fin. ſ. de pet. hęr. & d. l. j. de impẽ.
& l. impense. Aut fiunt in faciendo de nouo, aut reficiendo.
l. iij. §. pe. j. de iti. actuq; pri. Item est sciendũ quòd possessorũ
quidã sunt bonæ fidei omni tempore, quidã malæ fidei o-
mni tẽpore, quidã ab initio bonæ fidei, & ex post facto ma-
læ fidei, quidã ab initio malæ fidei, sed ex post facto bonæ
fidei. His præmissis, [e] in quolibet istorũ possessorum est ui-
dendum, in expensas factas posset cõsequi, quæ dantur re-
media, circa quod gl. ponit unã distinct. & plenior ẽ, instit.
de re di. §. ex diuerso. Primò ergo circa expensas uideamus
5 materiã impensarum, † gratia quærendorũ fructuum. In i-
stis dicit gl. quòd non est dubiũ, quòd omnis possessor de
ducit. l. fundus qui. j. de fa. ercisc. l. fructus. j. sol. mat. & d. l. si
à patre. in fin. §. de pen. hæred. In hoc etiam est differentia,
quia bonæ fidei possessor deducit, siue fructus sint recolle-
cti, siue non, sed malæ fidei possessor ita demũ, si sint recolle
cti. d. l. si à patre. in fin. cum l. seq. quæ distinct. licet procedat
in petitione hæreditatis, fortè non procederet in rei uendi-
catione, quia possessor non deducit si fructus non extant,
per ea quæ. j. dicam. Venio ad expensas, quæ fiunt ad per-
petuam rei utilitatem. Glo. hic in trat hoc modo, aut loqui
mur de expensis factis in faciendo, aut reficiendo, quæ di-
stinctio mihi non placet. Nam iura, quæ uidẽtur facere istã
distinct. referunt se ad id quod communiter accidit. Nam
expensæ in faciendo de nouo, non sunt necessariæ regula-
riter, sed quia potest esse quòd etiam expensæ in faciendo
de nouo sint necessariæ l. j. j. de impen. ideò omissa illa di-
stin. assumo primò quòd impensæ aut sunt utiles, aut uolu
5 ptuariæ, aut necessariæ. † Quæro primò, de bonæ fidei pos
sessore, circa quem dico, q̃ bonæ fidei possessor indistinctè
deducit expensas necessarias. §. ex diuerso. instit. de rer. di.
& l. ad uo. §. rei. j. de acquiren. re. dom. l. j. & l. quod dicitur. j.
de impen.

de impẽ. qđ apparet, quia etiã malę fidei possessor has ex-
pensas dedudit. l. domũ. C. e. & l. planè. §. de pet. hęr. etiam si
sit perempta res in qua impẽdit, deducit bonæ fidei posses-
sor. l. planè. & l. prędeq. §. de pe. hæ. qđ in rei uendi. non repe
f ritur, q̃ sibi succurrat alio modo, [f] qñ per retentionẽ rei. Et
ex hoc apparet, q̃ distin. huius l. non habet locum in expẽ
sis necessarijs, & hoc sentit ij gl. istius l. Ratio differẽtię inter
petit. hæred. & rei uendi. est, quæ colligitur ex l. officiũ. §. eo.
7 Si uerò loquimur † de expensis utilibus, tunc est aduerten
dum, quia qñq; per istas expẽsas adijcit rei aliquid per ap-
plumbationẽ, hoc est separatã materiã, ut si in fundo dom⁹
ædificat, & similia quo casu loquit hæc l. Ex qua distingue
sic, Aut dñs illas expẽsas erat facturus, & admittit deductio
quatenus res ex his est facta pretiosior, ut hic in ij. respons.
Aut non erat facturus, tũc aut erat uenditurus dictã rem, &
idẽ, ut hic in fi. l. Aut non erat facturus, nec uenditurus, tũc
aut dñs erat diues, qui poterat dictas expensas reddere, si-
ne eius grauí detrimento. Et idem, ut hic à ꝑrio sensu, in ꝓb.
finge pauperẽ. à contrario sensu. Ita sentit gl. hic super uer
bo, plus, in fin. & §. eo. l. fin aũt. §. in re petita. in gl. super uer
bo, ædificiũ. Si uerò erat pauperior, tũc nõ cogit istas impẽ
sas reddere, sed possessori permittitur auferre cũ determina
tione hic posita. Puto tñ q̃ etiam hoc casu, si dño fuisset de-
nunciatum fm formã l. aut si §. eo. q̃ cogit restituere expen-
8 sas. † Item in omnibus prædictis casibus, in quib. dixi pos-
sessorẽ bonæ fidei impensas deducere, intellige, siue res ex-
tat, siue non in petitione hæreditatis. l. planè. in fi. §. de pet.
g hæ. sed in rei uendicatione, ita demũ si res extat, [g] quia pos-
sessori solũ retentio concedit, ut dixi, & probat per l. utiq;. §.
eo, ubi re perempta ex parte pos. est necessaria sententia pro-
pter stipulationẽ de euictione. Si em̃ re perempta posset cõ-
sequi expẽsas, nõ esset necessaria sententia propter impẽsas.
Qñq; per tales impẽsas adijcitur rei aliquid per ferrumina
tionẽ, hoc est per candẽ materiã. Exemplũ, pone q̃ tu plãta
sti arborẽ in terra, quæ cũ radices egerit, unitur terræ per eã
dem materiã, ſ. per humorẽ terræ. Itẽ si in fundo pos. posuit
simum, uel similia, ex quibus impinguatur terra, in quib⁹
casibus nõ habet locũ dist. istius l. quia nullo casu permitti
tur deductio. l. si fundi pos. j. c. & ibi no. Sed est adhibenda
dist. quã posuit in seruo, quẽ quis docuit artificiũ, qđ sepa-
rari nõ põt. ℨ. c. l. finaũt. §. sed si puerũ. Sicut aũt per artificiũ
nobilitat intellectus, ita hic ea quæ uenitũt in ferrumination
ne, nobilitant, & ideò tales impẽsas pos. nõ deducit, nisi ip-
se esset rem distracturus, uel si petitor esset diues. d. l. finaũt.
9 §. fi. cũ l. seq. † Vbi aũt dixi expẽsas nõ deduci, intelligas, ni-
si pos. perceperit fructus ad quos restituendos tenet, tunc
10 eẽ expensas cõpensat cũ fructibus. l. cæterũ. §. eo. † Sequit
uidere de expensis uoluptarijs. Dicit gl. q̃ de impensis uo-
luptarijs solũ permittit deductio, seu abrasio, & sic uidetur
uelle gl. q̃ in eis nõ habeat locũ distinctio istius l. põt tamẽ
h cõpensari cum fructibus, [h] j. eo. l. sumptus. Ita dicit gl. Certè
imò uidet, q̃ hæc lex loquat de impensis uolũtarijs, ut ibi,
prout dicit picturas, &c. nam certũ est picturas esse impen-
sas uoluptarias. Breuiter ſiquidẽ erat alias factur⁹, uel erat
distracturus, tunc impensæ uoluntarię, dicunt expensæ uti
les, & habet locũ distinctio huius. l. Si uerò nõ erat alias fa-
cturus, uel distracturus, tũc remanẽt uoluptariæ, & sola ab-
rasio permittit, & gl. diceret uerũ. Probatur j. de impẽ. l. pro
uoluptarijs. cũ l. qđ si hæres. & l. uoluptariæ. Nec ob. quod
dicit picturas, &c. quia illud adduxit in exemplum, & non,
ut uelit denotare q̃ in expẽsis uoluptarijs distinguatur sit
11 diues, uel pauper. † Venio ad malæ fidei poss. [i] & in hoc di-
i cit gl. q̃ expensas factas in faciendo, uidetur donare. §. ex di
uer. instit. de rer. diuis. Tu dicas, aut malæ fidei pos. impendit
necessariò, siue in faciendo, siue in reficiendo, & deducit ex
pẽsas. l. domũ. C. e. & l. planè. §. de pe. hæ. Ratio quia sibi im-
putaret, si hoc non faceret. l. hæres furiosi. §. de pe. hær. Si ue
rò facit impensas utiles, & tũc dicunt Vltramonta. aut erat
malę fidei possess. qui tñ habebat causam à dño, ut condu-
ctor, inquilinus, & similes, & ei permittitur deductio expen
sarũ. Nam colonus seu inquilinus non dicit pos. quia nul-
lo modo possidet, sed detinet & eius detẽtio nõ est iniusta,
quia habebat dñi uoluntatẽ. Vnde si impendit, meritò põt
deducere. j. eo. l. habitator. & ideò puto aliter distinguendũ
esse, Aut malę fidei pos. facit impensas, incipiendo aliquid
ædificare de nouo & tũc uidetur donare, ut inst. de rer. diu.
§. ex diuerso, & ideò si esset persona quæ donare non posset
aliquo impedimento, tunc posset repetere, j. de do. int. uir.
& ux. l. si uxor filio. in fi. de doli excep. l. cùm uir. Si uerò non
inchoauit ædificiũ de nouo, sed antiquũ ampliauit, uel ca-
meras diuisit, tunc permittitur sibi deductio. C. e. l. domum.
quę nõ potest intelligi in colono, uel inquilino, ut dicit Vl
tramon. quia tota illa lex loquitur in prædone, ut ibi patet.
Ratio differentię inter inchoantẽ de nouo, & reficientẽ an-
tiqua habetur in l. siue hæreditaria. §. de neg. gest. Prædictas
aũt impẽsas nullo casu deducit malę fidei possessor. re per-
empta. d. l. planè. §. de pet. hær. & eo casu quo deducit dicũt,
gl. q̃ hoc facit officio iudicis, nõ ope exceptionis, ut hic no.
& d. l. planè. Tu aũt aliter dic, ut ibi dixi. Si uerò facit expen
sas uoluptarias malę fidei possess. tunc gl. hic dicit, q̃ non re
cuperat, nec aufert quod posuit. Cont. l. utiles. §. de pet. hær.
Gl. §. ex diuerso. instit. de rer. diui. dicit q̃ aliud in petitione
hereditatis, aliud in rei uendicatione. Potest esse ratio, quia
magis fauetur domino, qui euincit ratione dominij, quàm
hęredi qui euincit ratione tituli. l. officiũ. §. eo. Et si esset alia
ratio hic, q̃ si res euinceretur, in publiciana esset idem, qđ
12 in rei uendicatione, quod tamen relinquo sub dubio. † Ve
niamus ad tertiũ, scilicet, eum qui à principio fuit bonę fi-
dei, sed ex post facto malę fidei. In quo dico de impensis fa
ctis tempore quo durabat bonę fidei, idem quod dixi §. de
bonæ fidei, & de impensis factis tempore quo erat malæ fi-
dei, in his casibus, in quibus esset bonæ fidei, posset exper-
sas deducere, isto casu deducet, prout dicitur §. l. prox. & sic
eligitur quædam media uia, scilicet q̃ non uidetur donare,
13 nec posit in totũ deducere. † Quęro quid ergo de eo q ab
initio fuit malę fidei, postea incipit esse bonę fidei, cogita-
bitis? Ad istam quæst. facit l. ij. post prin. j. quis or. in bon.
14 poss. ser. † Quæro quid si non esset malę fidei respectu ueri
domini, sed respectu alterius, quem dominũ putabat? uide
tur q̃ habeatur tanquã bonę fidei, arg. eorum quæ habui-
stis §. eo. l. item si uerberatum. fm unam lect. quęstionẽ ue-
15 rò habuistis j. cõmu. diui. l. in hoc iudiciũ. † Prædicta uera
quãdo impensę fiunt à poss. tanquã in re sua, secus si alius
impenderet tanquã in re aliena, animo repetendi, tunc em̃
haberet locum actio neg. gest. ut per totũ tit. §. de neg. gest.
uel alia, l. si seruos. j. de pig. act. & ibi no. & hæc nõ est nostra
materia. Et sic uides q̃ expensæ repetuntur quandoq; per
exceptionem, quandoq; per actionẽ. quandoq; per officiũ
iudicis. Vidimus theoricam, uidenda est practica prædicta
rum legum, & si quidem expensę repetuntur per actionẽ,
practica est clara, & non est nostra materia. Si uerò repetun
tur per exceptionẽ, uel officio iudicis, tunc quę sit differẽ-
tia in modo proponendi ista duo, dixi in l. planè. §. de pet.
16 hær. † Videamus ergo quando debeat opponi [k] ista exce-
k ptio, siue iudicis officiũ? Et uidetur quòd debeat opponi
ante sententiã, & ante æstimationẽ, ut hic in fin. ibi. eo dedu
cto, quia ut uides, cõdemnatio fit deductis expensis, ergo
ante æstimationẽ de expensis. in contrariũ uidetur, quia e-
tiam post sententiam potest opponi exceptio, quæ non im
pugnat sententiã. l. si fideiussores. j. de fideiuss. & l. ex diuer-
so. in fi. j. sol. mat. & l. Nesennius. §. fin. j. de re iud. doct. l. j. C.
de iur. & fact. ignor. ideò puto utrũq; procedere, scilicet, q̃
posit opponi ante sententiã, & post sententiam. Nam ille
qui dicit se retinere propter impensas, non dicit sententiã
malè latam, imò bene, sed se habere rationẽ propter impẽ-
17 sas factas. §. eo. l. non solùm. quod ibi uobis dixi. † Secun-
dò autem casu quando de expensis ante sententiã discutitur,
iudex formabit sententiã altero de duobus modis, ut
colligitur ex isto tex. gl. ponit in prin. gl. mag. teneas quam
18 uis. † Vltimo scias q̃ ad hoc dominus excusetur à restitutio-
ne impensarũ, non sufficit ipsum esse pauperẽ, imò requiri
tur ipsum esse pauperiorẽ, ita qđ quasi omnia cogeret uen
dere, ut hic in uer. finge pauperã. In quo aducrtas, ut scias
facere positiones, & articulos.

ADDI-

ADDITIO.

a P.PAV.P.*In fundo. circa istã materiã rei uendicationis, uide in repe. huius rub.per.Mar.laud.cir.med.uel post.et circa istã materiã melioramentorũ, uide aliqua in repert.in uer.melioramẽta.Ca.consˀ.cccxxxvj.per tot.& ibi etiẽ an & quando nõ sunt liquida,posit amoueri à possessione anteq̃ liquidentur.*Itẽ quando quis esset in mala fide,uel errat in iure, emẽdo rem,puta ecclesiæ,q̃ nõ sunt sibi soluẽda melioramẽta,Fel.c.cũ cã in ult.col.de re iud. & c.de quarta. de præsc. ad quẽ adde Bal.in trac. de dote,in vij.parte.in j. speciali.in xij.limi.illius primæ specialitatis.dũ loquitur in emente rẽ notatẽ,q̃ nõ consequitur melioramẽta.Bal.consˀ.c.inci.Colũbinus.in j.parte.& clij.& cliij.*Itẽ q̃ nõ tam attẽdatur,quantũ expendentur,q̃ quantũ res efficitur utilior, Abb.c.j.in ij.no.de in integ.resˀ.Pau.d.consˀ.cccxxxvj.nũquid aũt fructus cõpensentur cũ melioramentis, l.sumptus.& quæ ibi habes.ĩ.e. Item q̃o intelligitur illud de ruderib.qd'hic dicitur,q̃ dominus posit solue tantũ,quantũ ex ruderibus percipi posit.Pau.d.consˀ.cir.fi. quia iste tex.intelligitur in nõ habente causam à domino.Et ad hanc l.uide no.in q. quã posui in l.si quis domũ.§.hic subiungi põt.ĩ.loca.Bar.l.si sine hæred.§.interpositæ.de ad.tu.Pau.de le.a.c.fi.litibus.in ul.col.de dol.& contu.

b Restituitur.Bar.l.inter stipulantem.§.sacram.de uer.ob.

1 parietem cõmunem, & per cõsequens nõ licet facere caminum in pariete cõmuni, ex parte tua. Intellige ita q̃ si ignis qui ibi fieret, adhæreret parieti cõmuni. Sed si fieret ibi solum tuba camini, ita q̃ fumus ascenderet, ne ignis appropinquaret, tũc non puto esse prohibitũ. l. fistulam. in prin.
2 j. eo. †Secũdò no. q̃ §. parietem cõmunem non potest quis habere parietẽ proprium, ut hic. Si quis enim §. cõmunem parietẽ uellet ædificare, ita q̃ esset cõmunis paries, hoc liceret, l. in parietis. de dam. infe. & l. inter quos. in princ. eo. tit.
3 †Tertiò no.[a] gl. quæ dicit, q̃ dictio, ad,[b] significat propin-
a quitatẽ per duos pedes, uel unũ, & sic facit ad q. de statuto,
b qd' dicit, si quis fecerit insultũ ad domũ, & hoc dixi j. de in l. item apud Labeonem. §. cõuicium. ubi hoc tangit Iac. de
c Are. Vlt. no.[c] istam moralitatem, quam docuit Iurisconsultus ibi, uolo ut cum Iberio loquaris.

ADDITIO.

a *No. Alex. cons. cxx. j. col. ij. uol.*
b *Ad. Tex. & ibi Bar. l. decerninus. in fi. C. de aquædu. li. xj. & in l. meminisse. de off. procons. in prin. & de dictione iuxta, in l. j. & ibi Bald. C. de epis. & cle. & de dictione, ad, Bal. & quæ ibi dixi, in l. obseruare. de off. procõs. tex. & ibi gl. & Bar. l. militis codicillis. in prin. de test. mil. limitaui sin. in l. cætera. §. senatus. post 1mo. de leg. j. adde de istis dictionibus, j. intra, iuxta, usq;, ante, ubi, tanquam, quasi, fere, & alijs dictionibus, Old. cons. xlviij. & Bald. cons. ccxv. primo lib. Et q̃ dictio, ad, significet propinquitatem, adde Alex. cons. cliij. v. uol.*
c *Vlt. no. Bal. l. non ignoret. C. de fru. & lib. expen. uer. modò quæro. l. debitores. & ibi Bal. C. de pi. Ro. sing. cccxcj. & seq. Barb. cons. v. in ij. uol. Abb. c. nouit. in fi. de iud. Are. c. ij. de accus. Ro. sing. xlij. inci. alio sero. & etiã no. in fin. seq. ubi concludit q̃, in dubio præsumatur talis interpellatio præcessisse. Bar. l. sciendum. de uer. ob. & ibi uide etiam nouissimos in lect. & de ista monitione, & de eius effectu propter expẽsas, Fel. c. ij. prope fin. ex. de ac. & c. nouit. in fi. de iu. ubi etiam aliquid de dicto Ro. prædallegati. & Ias. l. certi cond. in prin. ff. si cer. pet. Dec. d. c. nouit. ad fi.*

§. PARIETEM. Parietem cõmunem licet incrustare, & pingere, nõ tamen ex hoc tempore demolitionis plus æstimabitur. Gl. ponit hic distinctionẽ, qualiter cautio de dam. infe. habeat locum in pariete communi, quod plenè examino in l. inter quos. j. de dam. infec. Dic ut ibi.

LEX XIII.

IMPERATORES. Quis potest in suo liberè ædificare, si seruitus non impediat & lex seruetur.

LEX XIIII.

1 *Seruitutibus in realibus potest nunciari nouum opus.*

INTER SERVITVTES. Ponit differentiã inter seruitutes, ne prospectui officiatur, & ne luminibus officiatur. Et gl. legit duob. modis, uno modo ne officiat prospectui simpliciter, & ista mihi plus placet. Opp. q̃ pro seruitutibus non possit nunciari nouũ opus, siue sit seruitus personalis. l. j. de no. ope. nunc. siue sit seruitus realis. l. qui uiam. eo. tit. Gl. se inuoluit ubi q̃ circa seruitutẽ personalẽ.
1 gl. bene dicit. †Circa seruitutẽ realem dic, q̃ potest indistinctè nunciari, ut hic. Nõ ob. l. qui uiã, quia ibi loquit' in reficiẽte fm formã antiquã, hic in faciente de nouo, ut ibi dixi.

LEX XV.

LVMEN. Quæro quæ est differentia inter lumen, & prospectum? ueritas est q̃ habent se ut excedentia & excessa. Si enim debeatur prospectus absq; determinatione certi loci, tunc habet se in plus quã lumen, §. l. proxi. si prospectus debetur respectu loci, tunc posset haberi prospectus, licet lumen non habeatur, uel econuerso, ut patet ad sensum.

LEX XVI.

SI ARBOREM. Arbor quæ impedit uideri cœlum, contra seruitutem luminis habetur, secus si impediat uenire solẽ, nisi multũ impediebat, depressio aũt ædificij, uel arboris, regulariter nõ est cõtra seruitutẽ luminum.

§. HAEC LEX. Pactio obscura interpretat' cõtra proferentẽ. Concor. §. de pac. l. ueteribus. Opp. gl. j. de cõt. emp. l. in uẽdendo. & de euic. l. q̃ libertatis. dic ut in gl.

LEX XVII.

SI FISTVLAE. Damnũ quod datur ex fistulis, uẽnit in actione in factum, & in cautione dam. infe. Legitur ista lex duobus modis, primò q̃ fistulæ essent applicatæ ædibus meis iure seruitutis, & hoc prosequitur j. gl. magna. Secundò, q̃ nulla seruitus debeatur, & hoc prosequitur gl. ult. Ad j. lect. opp. gl. & uidetur q̃ pro eodem nõ competat actio l. Aquil. cautio dam. infec. l. fluminũ. §. præterea. de dam. infe. gl. dicit, fateor cõtrarium, & hæc l. diuersis casibus loquitur, quod habet locũ cautio dam. infec. quod nõ habet locũ actio in factũ, potest dicere q̃ cautio dam. infec. licet extraordinaria, concurrat cum actione in factũ subsidiaria legis Aquil. ut hic, licet non cõcurrat cum actione l. Aquil. ordinaria. l. quemad. §. magistratibus. j. ad leg. Aql. & C. de leg. Aquil. l. de pecoribus. Opp. uitiũ naturale non præstatur ab eo, cui seruitus debetur, l. si mihi. §. seruitus. j. ti. j. Sol. ut in gl. & prædicta fm j. lect. fm aliam fistulæ non erant hic iure seruitutis, ut dicit gl. ult. hic.

LEX XVIII.

1 *Aquariolum non licet facere in communi pariete.*
2 *Pariete in cõi nõ licet appropiquare illud, q̃ pariete sublato p̃ se nõ staret.*

FISTVLAM. Ista est no. lex & quotidiana, & breuiter hoc intẽdit. In pariete cõi nõ licet aliquid facere, uel ei aliquid adhærere p̃ quod paries corrũpat', & quo sub-
1 ducto paries stare nõ posset. †No. q̃ in parietib' cõib', nõ licet habere fistulas, p̃ quas uadat aqua, & sic nõ licet aqua-
2 riolum facere, & similia. † Secũdò no. q̃ parieti cõi nõ possum appropinquare illud quod pariete sublato per se nõ staret, uel q̃ parietis refectionem impediret.

LEX XIX.

SERVITVTES. In seruitutib' tigni, uel stillicidij immittendi, immissione facta dicitur quis habere continuam possessionem.

§. SI DOMO. Licet alicui facere id, sine quo seruitute uti non potest. §. SI

a §. SI SVBLATVM. Quantũm ad iura seruitutũ realium, ædificium destructum & restitutũ, a idem uidet, secus quò ad personales seruitutes. Facit † ad quæstio-
b nem b utrũm ecclesia destructa & postea refecta, durent priuilegia indulgentiarum.* Sed quæ est ratio in seruitutibus realibus, & personalibus. Dic ut in gl.

* *Indulgentiarũ. Stupida hæc quæstio est, autor enim salutis, Christus, qui solus peccatorũ miseretur, templorum demolitionem non spectat, sed cor contritum & humiliatum.* I. Conc. B.

ADDITIO.

a *P. PAV. P. Restitutum. Intellige quando in eodem solo. Cast. l. iij. §. de ser. Sal. Ful. & Bald. l. Paulus. §. domus. de ser. quem Bar. alleg. in l. inter stipulantem. §. sacram. pro concordia ad istum tex. ad probandum suam doctri. quam ibi dat. Item adde q̃, sicut durat seruitus, ita pactum personale, l. fi. ff. de pig. Bal. l. si plures. uer. uide dubitationem. C. de cond. infer. de pedagio pontis distructi, & refecti. In cont. Alb. de Rosa. l. si usus fructus ciuitatis. §. quib. mo. usus f. amit. in alio solo, ibi, contiguo reædificatum est.*
b *Ad q. Bar. l. inter stipulantem. §. sacram. de uer. ob. Bar. & gl. l. damni. §. si is qui. de dam. infec. Bal. cons. cccl. viij.*

§. SI ANTEA. Dñs domus dominãtis nõ potest facere id per qd' cõditio seruientis fiat deterior, sed melior.

§. QVI IN AREA. Dominus domus, seu prædij debentis recipere stillicidium, potest ibi ædificare dũmodò stillicidiũ seu seruitutem debitam non impediat.

LEX XX.

a SI DOMVS. Qñ uni cõpetunt plura iura, uno sublato, aliud illæsum remanet. a Vel sic. Quando uni competunt plura iura, si unũ remittit, aliud remittere non dicitur. No. istum casum, secus ecõuerso si remitteretur seruitus stillicidij recipiendi, dicit gl.

ADDITIO.

a *Remanet. l. hæres de cond. & dem. uidetur tamen limitandum, nisi unũ ius necessariò dependeret ab altero. l. quæro. §. Lucius. de test. tut.*

LEX XXI.

1 *Indefinita æquipollet uniuersali ex interpretatione, non ex significatione propria.*
2 *Indefinita in statutis æquipollet uniuersali, quia non est ratio, quare magis intelligatur de uno particulari, quàm de alio.*

QVI AEDIFICIVM. Seruitus ne luminibus officiatur, porrigit' ad lumina præsentia, uel ad futura, si est actum, & in dubio indefinita locutio æquipollet uniuersali. No. q̃ indefinita æquipollet uniuersali, Dy. ex. de reg. iu. super rub. lib. vj. & per alios doc. l. si pluribus. j. de
1 leg. ij. †No. q̃ indefinita æquipollet uniuersali, ex interpretatione, nõ ex significatione propria, l. prox. seq. ibi, humanius &c. Qñ tex. dicit, ex humanitate, hoc est, non ex propria significatiõe, licet tñ indefinita æquipollet uniuersali
2 ex interpretatione, tamen in † statutis, uniuersali æquipollet, per illam rationẽ, quia non est ratio, quare magis intelligatur de uno particulari, quàm de alio. l. j. de lib. præt. De quo dixi in l. omnes populi. §. de iust. & iur.

LEX XXII.

SI SERVITVS.

ADDITIO.

a *Seruitus. Bar. l. si stipulatus fuerim. §. j. de uer. ob. Et ad hanc l. de indefinita seruitute, uide Bal. l. nõ modus. C. de ser. & ibi uide duas no. q̃ per ipsum. Alij ponuntur per Bar. l. damni. §. si is qui uicinas. de dam. infec. & in l. fi. C. quæ res pig. ob. pos. gl. & Bal. Dy. & Bar. l. si mihi & tibi. §. fi. de leg. j. & Io. And. veg. qui sentit in mercuri. & Bal. auth. excipitur. C. de bo. quæ lib. ubi per hanc l. dicit, q̃, si pater dicit, dono filio fructus aduentitiorũ, intelligitur singulis annis. & Sal. d. l. non modus. maximè in fi. C. de ser.*

a §. FVTVRO. a Ædificio futuro potest seruitus imponi
1 & acquiri. Facit ad q. utrũ † quis possit instituere hæredem, ecclesiam construendam. Videtur q̃ non, c. abbate. §. nec. ex. de re iud. lib. vj. ubi dicitur q̃ monasterio non-
dum constructo non potest donari. In cõt. uidetur tex. hic. & l. seruos. j. de ali. & cib. leg. & ibi etiam dixi.

ADDITIO.

a *P. PAV. P. Futuro. Intellige tamẽ q̃, nõ sit seruitus ipsa cõstituta statim, sed oritur obligatio personalis ad eam constituendã, cũ erit ædificatũ, c. ad diss oluendum. in gl. iij. in fi. de despon. impub. Bart. hic in fi. Are. cons. lxx. & hic in apostillis. gl. c. dissoluendum. de despon. impub.*

LEX XXIIII.

HOC QVOD DICTVM. Seruitus tigni immittendi potest deberi ei, qui nõ habet ædificium. Hoc non potest intelligi iure seruitutis, sed ex iure cuiusdam pacti, seu conuentionis. l. ut pomum. in prin. §. tit. j.

§. SI EX TRIBVS. Seruitus quæ tibi debet' à domo uicina, non impedit dominum alterius domus ædificare supra parietem communem.

LEX XXV.

IN RE COMMVNI. In re cõmuni non potest quis aliquid facere, uel prohibere iure seruitutis, sed ei per cõmuni diuidundo iudicium succurritur.

LEX XXVI.

1 *Seruitus per unum ex socijs acquiritur tempore, & non pacto, & quare.*
2 *Immissum in re communi, etiam à socio, possum propria autoritate tollere, & destruere, sicut immissum in re propria.*

SED SI INTER. Pro eo quod fit ex ædib' proprijs in cõmune, uel econuerso, potest agi negatoria. No. ex eo q̃ dicit, rem perdere, innuit q̃ seruitus potest acquiri tempore, & sic amittitur pro parte. Opp. l. pro parte. §. tit. j. Dicit gl. fateor q̃ potest acquiri tẽpore per unum, non autem per pactum, ut in contrario, C. de ser. fugit. l. j. & ibi per doc. in iij. opp. Facit q̃ no. j. de diuer. & tẽp. præsc. l. lõge. Sed
a contra istam opp. j. a quemad. ser. amit. l. nam satis. Sol. ibi loquit' de seruitute amittenda, hic de acquirẽda. Sed tunc
1 quæro, † quæ est ratio quare per unum potest acquiri tempore, & non pacto. Et dicũt quidam, q̃ tempore non acquiritur persona, sed lege. gl. dicit q̃ hæc ratio non uidetur bona, quia etiam tempore nõ quæratur sine facto præscribentis, uel utentis seu possidentis. l. si ædes. §. libertas. j. e. Vnde gl. dicit aliam rationẽ esse, quia, s. hoc est propter publicam utili. j. de usuc. l. j. uel potes sustinere primã rationem, s. qñ tẽpore quæritur lex, est causa immediata acquisitionis, licet cum facto hominis, sed qñ per pactũ, tunc totũ econuerso, quia homo est causa immediata cũ autoritate legis, ut declarauit in l. legitima. §. de pac. Alij timore cõtrariorũ legũt
b alio modo, b ut illud quod dicitur, rem perdere, intell. git', i. deest, destruere propria autoritate. l. quemadmodũ. §. j. j. ad
2 l. Aquil. No. † istam lec. c q̃ sicut illud qd' immittit' in re propria à me possessa, possum tollere & destruere propria autoritate, ita illud q̃ immittitur in re communi, licet à socio, hic in secundo casu legis, uide istam gl. & no. Opp. l. sed & loci. §. fi cõmunem. j. fi. regun. Sol. dic ut ibi.

ADDITIO.

a *Opp. Cy. l. j. in iij. op. C. de ser.*
b *Alio modo. dixi post Bar. l. j. ff. de arbo. ceden.*
c *Lec. Bart. l. j. §. nunciatio. de ope. no. nunc. in j. col. ubi restringit id quod ipse hic dicit.*

§. SI IN AREA. Inuito socio nõ potest quis ædificare in re cõi, licet sibi permittat' à dño prædij seruientis,

LEX XXVII.

1 *Seruitutes perpetuæ, quæ sunt continuæ, & quæ discontinuæ.*

FORAMEN. Seruit' quę nõ habet causam cõtinuã, nõ põt acquiri tpe, & causam cõtinuã non habet ois seruitus, ad cuius usum factũ hois requirit', & damnũ quod ex seruitute nõ iure debita cõtingit, uenit in actione dã. infe. Diuide, Primò ponit dictũ, secũdò illud limitat, tertio illud ꝓbat p̃ rationẽ, quartò ponit tres illatiões. Sed a ibi, Hoc ita. Tertia ibi, neq; em. Quinta ibi, & ideò. Ad cuidẽ tiã dicas, qd est cõclaue dic ut l. cõclaue. j. de dã. inf. & qd
1 sit triclinij, dic l. si ut certo. §. si de meis. j. cõ. No. ex hac l. †q̃
a seruitutũ quędã hñt cãm ꝓpetuã, a ut seruit' tigni immittẽdi, quia

dl, quia tignum semper stat ibi, idem in seruitute aquæductus, quia aqua semper fluit. ſ. e. l. seruitute. in prin. Quædã est seruitus, quæ habet causam quasi continuã, ut seruitus stillicidij immittẽdi, & fistulam recipiendi, quæ recipiat aquã ex tecto, licet enim nõ semper fluant, tñ aptæ sunt semper fluere. Quædã est seruitus quæ habet causam discontinuã, ut illa, ad cuius usum requirit factũ hois, ut hic. Opp. ꝙ in omni seruitute requirit quasi factũ hois, non enim potest poni stillicidiũ sine hois facto, necꝫ fistula quæ recipiat aquã ex tecto. Sol. intellige ꝙ requirit factũ hois ad usum seruitutis, nõ ad ipsum primũ actum cõstituendi. Opp. dicitur hic, ꝙ omnes seruitutes debẽt habere causam perpetuam. Cõt. quia seruitus itineris non habet causam perpetuam. l. seruitutes. ſ. tit. j. & tñ seruitus est. Sol. dicit hic, oẽs seruitutes debẽt habere causam ppetuã. ſ. ut possint quæri tpe, & hæc est lec. clara, & ponit in princ. gl. & in gl. antiq. nõ erat. Alij legũt istum tex. alio modo, ſ. illud quod dicit, oẽs seruitutes debere habere causas perpetuas, nõ est ratio precedentis, sed est quoddã dictũ per se, ex quo sequit sequẽs illatio de lacu & stagno, & tũc pro declaratione ꝟrij debes scire, ꝙ ad hoc ut sit seruitus, requirit ut habeat causam cõtinuam, & hoc est, ꝙ res quæ debet seruitutẽ continuam, si nec extinguatur tẽpore, & ideò seruitus itineris quantùm ad hoc, dicitur habere causam cõtinuam, hoc est, quę debetur rei, & à re, quę continuò est, licet non habeat usum continuũ, meritò est seruitus, sed qñ res non est continua, ut lacus, & stagnũ, qui qñq; exsiccantur, tũc non potest ei seruitus imponi, necꝫ tpe necꝫ pacto. Ita loquit hic, & ista lec. uidetur probari per l. j. §. hoc interdictũ. de cisterna. ſ. de font. ꝙ uerũ puto, quia seruitus non potest imponi directò, sed dicit seruitus utiliter. Rof. in libel. suis, super interdicto de fonte. Et hoc uidet sentire ista gl. quæ dicit, ꝙ licet seruitus desinat stagno desiccato, tamẽ eo reassumente aquam, de æquitate cõualescit. Opp. de ser. rust. præd. l. uia. §. j. Sol. stagno non potest imponi seruitus aquæductus, sed seruitus nauigij recipiẽdi sic. Rationẽ assignat gl. quia per nauigiũ nõ minuat aqua, sed per aquæductum sic. Certè lex ꝟria loquit in lacu, qui habet aquam perpetuã. Et hoc modo bene dicit gl. si uerò haberet aquã temporalem, nõ posset cõstitui seruitus nauigij directò, sed utiliter, quia licet uerba deficiãt, tñ mens cõcordat, d. l. j. de font. fm Odof. ibi.

ADDITIO.

a *Perpetuam. Bar. l. ij. de ser. & l. j. ad fl. de aqua plu. arc. Inn. c. de quarta. de præſc. Bal. d. l. ij. Sal. l. j. in iiij. opp. eo. tit. & ibi Cy. in q.*

LEX XXIX.

SI QVIS AEDES.[a] Si ad aliquod prædiũ seruiens incipiat pertinere insolidum, seruitus extinguit, secus si pro parte. De parte uidistis in l. pro parte. ſ. tit. j.

ADDITIO.

a P.PAV.P. *Aedes. Cæp. caut. cv.*

LEX XXX.

SI TESTAMENTO. Domus destructa potest usq; ad statum pristinum restaurari, non obstan. seruitute, ne luminibus officiatur.

LEX XXXI.

1 *Mala fides non nocet, nisi aduersus eum, aduersus quem est.*

a SI AEDES MEAE.[a] Potest aduersus unum præscribi libertas, aduersus aliũ nõ, eadem ædificatione. No.
1 ꝙ libertas põt præscribi sine tit. † No. ꝙ mala fides nõ nocet, nisi aduersus eum, aduersus quẽ est malafides. l. qui bona. in fi. de acq. re. do. & l. Fulcinius. §. ꝙ si aduersus. ꝟ. qb. ex cau. in poss. eat. No. ꝙ si plura sunt prædia dominantia, plures dicentur seruitutes.

ADDITIO.

a *Meæ. Bar. l. j. C. de ser. & aqua.*

1 *Libertatem præscribere, est occidere seruitutem.*
Seruitus est aliquid respectu dominij dominantis.
2 *Dominium per usucapionem non occiditur, sed per præscriptionem sic.*

a §. LIBERTAS. Nisi prædia Vrbana possideantur cõtinuẽ, eorum libertas nõ præscribit.[a] h. d. Istum §. intelligo in præscriptione libertatis à seruitute urb. præd. in qua requirit factũ, & bonafides præscribẽtis. l. hic aũt iura. ſ. eo. meritò si nõ possidet domũ, nõ habet bonã necꝫ malam fidẽ, nec aliqd facit, ideò nõ præscribit, ita loquit hic. Sed in præscribẽdo libertatẽ prędij rustici, putarẽ secus, qa tũc perdit seruitus ex sola negligẽtia nõ utẽtis. l. sequit. §. si
1 uiã. de usuc. Videbitis in l. pe. quẽad. ser. amit. † Quæro qd est præscribere libertatẽ? Dicit gl. nihil aliud ꝙ occidere seruitutẽ, sicut præscribere dñium, est occidere dñium alteri⁹. Vide glos. cũ seruitus sit quędã priuatio, & sic est nihil, quõ põt occidi. l. qd' attinet. ꝟ. de reg. iur. ℞. seruitus respectu dñi dñantis est aliqd, ſ. ius ipsius dñij, dixi ſ. e. l. j. probat' in l. a
b bor. in fi. ꝟ. cõi diu. & ideò qui occidit illud ius, [b] præscribit libertatẽ, & quod hic loquit, nõ dicit seruitus, prout respi-
2 cit prædiũ seruiens, quod est mera priuatio, sed prout respicit ius prædij dñantis. In eo uerò † quod dicit de præscriptiõe, ꝙ occidit dñium alterius, nõ est uerũ in usucapione triẽnij, nam dñium nõ est nisi unũ. l. si ut certo. §. si duobus uehiculũ. ꝟ. cõm. Vnde dñium per usucapionẽ nõ occidit, sed de uno ad aliũ transfert. l. usuc. sed in præscriptione lõgi tpis per quã nõ queritur directũ dñium, fm gl. nostras, sed utile occidit. istud dictũ, pcedit, nã illud utile occidit, hocꝫ extinguit effectũ illi⁹ directi dñij. C. de præſc. xxx. an. p totũ.

ADDITIO.

a *Præscribitur. Bar. l. j. C. de ſer. & ibi doc.*
b *Ius. Gl. l. iij. §. si ex pluribus. uer. poſideo. & ibi Ang. de acq. poſſ. & Bald. procurator. cum concor. de proc.*

LEX XXXII.

1 *Perpetua quæ dicantur, & quæ non.*

EVM DEBERE. Nihil in hoc seculo potest esse ppetuũ, nisi per surrogationẽ. Opp. ſ. e. l. si seruitus. in pri. Sol. fateor ꝙ intelligit tantũ de præsenti colũna, sicut ibi de pñti lumine, tñ lumẽ põt esse perpetuũ absq; aliqua surrogatione, colũna uerò surrogatione nõ potest esse ppetua, Ratio, quia lumẽ est uidere cœlũ, ut ſ. e. l. lumẽ, quod fit per aerẽ, ꝙ est simplex elementũ, necꝫ recipit corruptionẽ, seu extinctionẽ, sed de colũnæ cõpositę ex reb⁹ elemẽtatis, & oĩa elemẽtata corrũpit, ita loquit hic. Opp. ꝟ. l. loc. l. Mart⁹. Sol. ibi in gl. opp. ſ. de ser. l. quoties. §. fi. Sol. ibi ſpãle est in seruitute oneris ferẽdi, ꝙ seruiẽs debeat ædificare, ꝙ uidebitis in l. & si fortè. §. j. & ꝟ. ꝟ. si ser. uẽ. Opp. ſ. e. l. si arborẽ.
1 fi. Sol. hic nõ est oratio ambigua, ibi sic. † Opp. ꝙ imò multa possunt esse ppetua, ut inst. de perpe. & tẽp. act. & ſ. e. l. foramẽ. ℣. oẽs. ℞. quędã sunt opera naturalia cõposita ex simplici elemẽto, ut prędia ex terra, & fons ex aqua perpetua. & ista pñt esse ppetua. ꝟ. de fon. l. j. & de flu. l. j. & de riuis. l. j. & d. l. foramẽ. §. oẽs. ſ. e. quædã sunt artificialia, & ista aut componunt ex rebus elemẽtatis, & nõ pñt esse perpetua, ut hic, aut nõ cõponunt ex his, ut actiões, & obligatiões, quę sunt simplices imaginationes, & istę possunt esse perpetuę ad nutũ principis. Ita loquit tit. de perpe. & temp. act. Vlt. no. gl. quę facit differentiam inter æternum, & sempiternum.

LEX XXXIII.

ET QVI DVAS. Rei suæ nemo potest quis seruitutẽ imponere, nisi in actu quo alteri tradit.[a] h. d. cũ l. seq. Opp. & uidet ꝙ in traditione non possit istud pactũ apponi, qm̃ in isto instãti, quo tradit, adhuc est tradẽtis. Gl. rñ. ꝙ ꝑpter multã ꝓximitatẽ quã habet cũ tpe, quo erit alterius, ualet istud pactũ, & ꝑpter hoc puto ꝙ hæc l. debet itelligi, qñ fuit facta traditio ex magno iteruallo, uel uidet ipsũ pac. in traditiõe ipsa repetitũ, l. itẽ qa ĩ fi. ſ. de pac. & ibi dixi. ADDITIO.

a *Tradidit. Iaſ. l. quamuis. §. cum inter. ij. no. ff. de cond. ind.*

LEX XXXV.

BINAS. Si ædes legantur, uel uenduntur, uidetur actum ut contignationes uti stant, ita stent. Opp. ſ. de reiuendicatione. l. Pomponius. scribit si ex equis. ubi res mobilis nõ potest esse communis pro diuiso. Sol. glos. inuol

inuoluit se, ueritas est ꝙ tignum donec cohæret domui, nõ censetur res mobilis, sed immobi. & ideò potest esse cõmunis pro indiuiso, ſ. cuiusq; pro regione sua, sed si fuerit exẽptũ à domo, esset cõis pro diuiso. l. arbor. in fi. ꝟ. com. di. & l. idem. ꝙ quicquid dicatur de itinere, non uidetur concedi, tamen ista seruitus, tigna uti stant, ita stent, uidetur concedi, ut hic in uenditione, & legato, dixi in l. j. de ser. leg.

LEX XXXVII.

SI AEDES. Aedificia quę inuicẽ non uidentur, nõ possunt inuicẽ seruire. Puto ꝙ hæc lex debeat intelligi, qñ distantia loci uel modus impediat cõmoditatem unius prædij uenire ad aliud, aliàs secus. l. si seruitutes. §. publico. & l. fi. ſ. tit. j. & ideò si aqua duceretur per circuitum unius montis, non uideo quare mons medius impediat seruitutem aquæductus, sicut uides exemplũ in aquæductu Perusino, qui transit per duos montes.

LEX XXXIX.

EOS QVI. In pariete communi, non potest quis fenestras facere, nisi sibi fuerit concessum.

LEX XL.

OLYMPICO. Si res legatur ad uitam, in dubio nõ uidetur imposita ei seruitus, licet duret facultas eundi. Opp. ꝙ legata domo, uideantur relicti horti dñi coniuncti. l. prędijs. §. pe. ꝟ. de leg. iij. Sol. intellige hic, ꝙ testator expresserat, ꝙ hortus non ueniret, uel separatim emerat. Opp. & uidetur ꝙ seruitus uideat' imposita. ꝟ. si cer. uen. l. testatrix. Sol. ideò hic non uidetur seruitus imposita, sed facultas eundi, quia prædia non erant relicta perpetuò, aliàs haberet locum quod ſ. dixi eo. l. binas.

§. LVCIVS. Potest quis aperire ianuam uersus uiam, quatenus se extendit stillicidij uigor.

De seruit. rust. prædio. *Tit. III.*

LEX I.

1 *Confessoria quando agitur contra tertium possessorẽ fundi seruientis, patientia uenit officio iudicis.*

a SERVITVTES.[a] Iurisc̃ol. nominat hic seruitutes rust. præd. inter quas gl. dicit, ꝙ sunt quædã seruitutes noiatæ, quędam innoiatę. Primò ponit noiatas, scd'ò innoiatas. Secundа ibi, in prędijs. & hoc facit usq; ad l. item. §. qui habet. ꝟ. co. uer. traditio. Opp. ꝙ quis cogat' ad tradendũ, & patiẽdũ iure actiõis, nõ officio iudicis. l. quoties. ſ. tit. ij. ꝙ apparet, qa tradẽdo nõ liberat' qs, sed adhuc remanet obligatus parti, l. corruptionẽ. de usuf. C. & ſ. tit. j. l. inter seruitutes. in fi. Sol. duob. mod. põt intelligi, uno modo qñ agit' ipsum, qui ser. uẽd. uel promisit, & tũc fateor ꝙ ad hoc agit' iure actionis, & officiũ iudicis erit super hoc, ꝙ faciat eũ cauere de obseruãdo. l. harũ. & l. egi. si ser. uend. Secũdo
1 modo potest intelligi, † qñ agit' cõfessoria cõtra tertiũ possessorẽ prædij seruientis, tũc quia ille nunquã fuit obligatus, patientia nõ uenit iure obligatiõis, sed sicut in rei uẽd. per off. iud. quis cogitur restituere. l. qui restituere. & l. officium. ſ. de rei uend. ita hic per officium iudicis quis cogit' pati, quia illud haberet' pro restitutione. l. quoties. ſ. tit. ij.

ADDITIO.

a *Seruitutes. Et dum iste tex. facit mentionem de seruitute calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, de eius practica, & intellectu differente ab alijs, Bar. l. si priu. iij. opin. j. par. de ope. no. nunc.*

LEX II.

RVSTICORVM. Circa istam l. dic. ut l. Lucio. de aqua quoti. & æsti. & ibi uide.

LEX III.

ITEM SIC POSSVNT,

1 *Haustu aquæ concesso, iter tacitè sequitur, & nõ est seruitus, sed accessio.*

a §. QVI HABET. Cui cõcedit' aliqd, uidet' cõcedi[a] id sine quo illud esse nõ potest, & si non ualet expressum,
1 nõ ualet tacitũ. † Quæro circa hũc §. qñ cõcedit' haust⁹, & sequit' iter tacitè, utrũ iter sit seruit⁹? Gl. dicit ꝙ nõ, sed est quędã accessio. Vide gl. Ex hoc apparet so. ꝟrij signati i seq. gl. quę opp. l. si fideiussor. de le. j. & l. j. §. j. q. mo. pig. uel hyp. fol. & de her. inst. l. q filio. & no. so. gl. nã ibi uitiato expresso, nõ uitiat' tacitũ, qd' est æquè principale cũ expresso, hic uerò uitiat' tacitũ, qd' est accessio expressi. Gl. quærit, qd si per x. annos iuit per aliam uiam, siue per alia loca. Dic ut in gl.

ADDITIO.

a *Concedi. Bal. l. quamuis. C. de fideicom.*

LEX IIII.

PECORIS.[a] Seruitus pecorũ pascẽdi, & ad aquã appellẽdi, est prędialis, & potest finiri cũ persona, si hoc
1 est actũ. Quæro † quare hęc seruitus nõ transeat ad hęredem? dic ut in gl. Sed quęro utrũ in istis casib⁹, in quibus ad hęredẽ nõ trãsit, dicat' seruitus realis? Breuiter, si nõ habet ibi prædium dominans, tunc nõ est seruitus realis, sed personalis obligatio. ſ. tit. ij. l. ut pomũ. Si autẽ iste cui promisit, habet prædiũ dominans, tunc est reale, siue quoddã ius quod extinguit' cum persona, ope exceptionis, nõ ipsó iure. l. iiij. ſ. tit. ij. Dixi in l. Mela. §. fi. de ali. & cib. leg.

ADDITIO.

a P.PAV.P. *Pecoris. Bal. l. j. §. libertatib⁹. cũ uer. ſe. in fi. de cad. tol. Quod autem nõ poſſit cõstitui aliqua seruitus personalis, excepto usu, fructu, usu & habitatione, uide Cõ. conſ. cl. viij. in iiij. dub. & ibi etiã quod non potest acquiri præscriptio talis seruitutis, uide etiam an dicatur seruitus, quãdo non est prædium dominans, sed permittitur personæ. Bar. l. Mela. §. fi. ff. de ali. & ci. leg. ubi Alex.*

LEX V.

ERGO NERATIVS. Seruitus realis nõ potest imponi, nisi quatenus exigit utilitas prędij dñantis.

LEX VII.

a QVI SELLA.[a] Istã l. allegaui semel ad q. t in castro plebis erat statutũ, ꝙ quicũq; in die fori habuerit co-
ria in platea, soluat tantũ pro gabella, modò quidã
b tenebat coria super quodã bancho, [b] dicebat ille se nõ debere soluere gabellam, quia non tenebat ea in platea. Dicebam, ſ. ꝙ debeat soluere gabellam, per hanc legem.

ADDITIO.

a POMA. *Sella. Bar. in ſuo cõſ. incipi. ſtat. caſtri plebis. cõſ. cxxx. & clix.*
b *Bancho. Sed quid ſi tenet in p. platio, Cy. l. j. C. de inter.*

a §. IN RVSTICIS. Medium prędiũ impedit[a] seruitutem rusticã. Istã l. intelligo, qñ mediũ prædiũ impedit cõmoditatẽ ex uno fundo peruenire ad aliũ. Quid enim si nõ impediret, puta, inter prædiũ meũ, & tuũ est illud medium, tamẽ per uiam publicam possum uenire ad tuũ, ad hauriendũ aquam pascendi animalia, & similia. Certè credo ꝙ seruitus possit imponi, ſ. tit. ij. l. ult. ꝟ. co. l. fi. &c.

ADDITIO.

a *Impedit. l. non ſolùm. in prin. & ibi Bar. de ope. no. nun. & l. in tradendis. §. j. ꝟ. com. præd. & in l. ſi priu. §. fi. de aqua plu. arc.*

LEX XI.

1 *Contrauenire facto proprio licet, non ualido de iure, quando quis posit.*
2 *Inualidum à principio, tractu temporis confirmatur, alio interueniente.*
3 *Facta retro an trahuntur ad præsens.*
4 *Argumentum de toto ad partem non ualet in indiuiduis.*

PER FVNDVM.[a] In his quæ sunt communia pluribus, ut singulis, requiritur consensus omnium qui potest separatim adhiberi. uel sic, Quandocunq; reducitur consensus plurium ut singulorum, potest separatim adhiberi. Item licet unius concessio non transferat ius reale in concedentem, tamen obligat personaliter. h. d. Opponitur & uidetur quòd sufficiat consensus maioris

partis

partis.l.q maior.ĩ.ad muni. & l.planè.s. q cuiusq; uniuer. Sol.hic in his quæ sunt cõmunia pluribus ut singulis, ibi pluribus ut uniuersis.Opp.C.de decur.l.ij. ubi requiritˉ cõsensus plurium simul.Sol.eodem modo,ibi quãdo plures consentiunt ut uniuersi,hic ut singuli.Opp.s.de pac.l.& sum hæredem,aliàs incipit,& seruum.ſ.fi.ubi in his quę cõmunia sunt pluribus ut singulis, sufficit consensus partis maioris,& requiritur q cõsensus adhibeatur unũ.Sol.speciale est ibi,ut ibi dixi,Ratio,quia ibi cõsensus maioris partis præiudicat alijs,sicut in consensu uniuersitatis. Vltimò
2 gl.colligit ex l.ista multa notabilia,Primò † q quis contra factum suum uenire nõ potest,licet de iure nõ sit ualidum. cont.C.de agri.& censi.l.quemadmodũ.Gl. remittit ad no. in l.post mortem.s.de adop.Tu dicas quantùm ad præsentẽ l.q hęc concessio nõ est ualida quò ad iusreale,quia nõ est seruitus constituta,sed quoad ius personale ualida est, quia ille qui cõcessit,obligatus est,& ideò nõ potest uenire contrà,& ideò Inn.in simili exˉ.de don. c.inter dilectos. circa prin.dicit q officiũ iud.erit super isto casu pronunciare, istis,qui hoc promiserũt,non cõpetere ius prohibendi.Se-
b cũdò no.b gl.q;† illud quod ab initio nõ ualet, tractu temporis cõfirmatur.Cõt.ĩ.de reg.iur. l.quod in initio. & Inst. de inut.stip.ſ.j.Sol.q solus tractus tẽporis nõ cõfirmatur, sed alio interueniẽte sic.Item no.Dy.c.nõ firmat.exˉ.de reg.
3 iur.lib.vſ.† Tertiò no.gl.q retro facta,trahũtur ad præsens. Cont,C.ad Maced.l.fi.de do.inter uir.& ux.l.don. Sol.illud quod fit hodie,trahitur retro,ut fit in ratihabitione solum modò per fictionẽ,quæ habet locũ, ubi æquitas suaderet, æquũ est autem quod meo nomine est gestum,si ratum habeo,trahatur retro,quoniã ab initio est factũ mea contemplatione, quæ æquitas hic cessat, licet enim unus ex socijs concesserit seruitutẽ suo nomine,& ego concedo hodie,non
4 est æquitas. quare fingatur q ego retro cõcesserim.† Quartò no.gl.q hic nõ est idem iuris de toto ad partẽ. arg.cont. de admi.tut.l.ſi duo.de usu.l.qui scit.in princ.gl.nõ sol.Dic breuiter,in indiuiduis non procedit arg de toto ad partẽ, quoniã in parte diuidi non potest.l.per partẽ.s.tit.ij.ita loquitur hic.In his uerò quæ sunt diuidua,bene procedit,ut quod iuris est de toto quò ad totũ, idem de parte quo ad partem.l.quæ de tota.de re.uen.& d.l. qui scit.in princ.non autẽ procederet hic arg.quod iuris est de toto ad totũ, idẽ
5 de parte quò ad totum,l.an pars.ĩ.pro derelicto. † Vltimò gl.no.tua dicit q nõ staturiudicio maioris partis,hoc examinaui s.in contrarijs.

ADDITIO.

a POMA.*Fundum.Bar.l.ij.ſ.ex his.in fi.de uer.ob.Limitat Bal.c. cùm omnes.de const.*
b *No.Bal.l.j.C.ſi ſer.exte.*

LEX XIII.

1 *Fructuum uineæ quartam partem qui dare promisit, dat etiam quartam partem arborum in ea existentium.*

CERTO GENERI. Appellatio uineę in dubio refertur ad solũ,nõ ad superficiem.Quæro quomodo hic dicitur,agi cõtrarium,ſ.q appellatio uineæ referatur ad uites,seu ad superficiem tantũ:dicit gl.duo. mod.
1 Dic ut in gl.†Vlt.gl.inducit in ar.ad q.de rustico,[a] qui pro-
a misit dare domino quartam partẽ fructuum uineæ, an debeat de fructibus arborum quas ibi plantauit? Gl.arguit pro & contra,& non determinat. Certè puto in dubio debere intelligi,fructuum uineæ,hoc est,illius terræ,uineatæ,
b hoc est,ut debeantur fructus arborũ,per istam l.Cont.[b] l.si quis legauerit.ĩ.de leg.j.ꝛ.ibi testator excidit uineas, nõ facta certa demonstratione certi loci,unde cum nõ reperiantur uineæ,non ualet exceptio,hic uerò est certum,de quo solo senserit appellatione uinearum.

ADDITIO.

a *Rustico.l.damni.ſ.ſi is qui.de dam.infec.ubi quæritur,an promissa, & cõcessa trahantur ad futura.Et ista gl.bene ad q.Bal.l. diuortio.ſ.ſi fundum. ſo.mat.ubi dixit q, à toto utili,potest excipi aliquid particulare quod uaniebat de natura agentis,& contractus.Et sic secundum eum facit, q quis possit dare fundum emphyteuticũ,reseruato sibi usufructu arborũ. l.damni.& l.obligationũ ferè.ſ.placet.de act.& ob.Bal.per tex.l.ſi fundus.ibi, nisi contraria uoluntate.Sed quid econtrà,si agatur,q arbores sint emphyteticæ,Bal.l.j.ad fi.C.de iu.emph.& ad hic no.per gl.& doc.l.ſi fundum sub conditione.ſ.qui fundum.de leg.j.& Bal.l.j.in fi.C.de iur.emphy. Pet. d.l.ſi quis legauerit.de leg.j.in q.hic formata per gl.dicit idem quod Bart. hic,per istum tex.& ibi etiam dicit,q appell.uitis,uenit solum,donec uitis ibi est,quia aliàs non dicitur uitis,sed eradicata uite nõ debetur solum,secundum eum,ibi,& l.ſi fundum.ſ.qui fundum.eo.tit.& Io.And.in Spe.de Io.ſ.j.post prin.in addi.incip.ubi.adde Alex.cõſ.xx.lib.iiij.*
b *Cont.Pe.de Bel.per d.l.ſi quis legauerit.dicit q, appellatione uineæ, uenit solum,ſi tempore,in quo cõfertur dispositio,est ibi uinea.d.l.ſi quis legauerit.& ibi Cast.sed de Pe.mentionẽ nõ faciat.Bar.ibi respõdet,sed nõ clarè.*

§. SI TOTVS. Seruitus respicit totum fundamẽtum antequàm certus usus certo loco loco limitetur,quę limitatio fiet per iudicem,secundum legem, nisi actum fit.h.d.usq; ad fi.l.

LEX XIIII.

PER QVEM LOCVM. Si uni cõceditur seruitus una,non potest alij concedi alia, per quam seruitus primi impediatur.h.d.

LEX XV.

QVINTVS MVTIVS. Qui habet ius aquæductus,potest facere in riuo quicquid uult,si domino prædij non noceat.h.d.

LEX XVI.

1 *Aues captæ in fundo à prohibito ingredi fundũ,efficiuntur capientis.*

1 DIVVS PIVS.[a] Quærit gl.quid si post prohibitio-
a nem † ingressus,cœperit aues.gl.tenet q efficiuntur capientis,idem in l.iij.de acq.re.do.Cont. tenet Inst. de re.di.ſ.feræ.Dy.& omnes tenẽt istam gl. Solus, enim ingressus est prohibitus,non capere.Alia autem gl.est clara.

ADDITIO.

a P.PAV.P.*Pius.Iac.de Rau.An.& Imo.l.iij.ſ.Nerua.de acq.poſſ.& Bar.l j.de acq.re.dom.Circa istam reg.huius tex.an liceat intrare fundum alterius,maximè domino inuito, uide multos casus,in quibus licitum est,per gl.& Fel.ibi post Abb.c.omnes.j.distin.*

LEX XVII.

IMPERATORES. Aqua ex flumine publico ad rigandos agros,secundùm mensuram diuiditur,nisi alicui aliter sit cõcessum.h.d.Vides q aqua ex flumine publico,non potest duci cum iniuria alterius, quod facit ad q.de molendinis,De quo dic ut dixi in l.quominus.de flu.

LEX XVIII.

a VNA EST VIA.[a] Si per plures fundos itur ad unum,seruitus una est,& per usum in parte, retinetur seruitus tota.Opp. & uidetur q sint plures seruitutes.l.si ædes.s.e.Sol.ibi erant plura prædia dominantia,ideò ibi plures debẽtur seruitutes,hic plura prædia seruientia,& unum dominans.De hoc diceˉ in l.nam satis.ĩ.quib. mod.ſer.amit.

ADDITIO.

a POMA.*Via.Ro.consſ.cxcviij.*

LEX XIX.

1 *Iurisdictionem ſi habens in castro longo tempore, & processit per uiam accusationis,non perdit ius acquirendi.*

SI VNVS. Seruitus non potest acquiri pro parte,sed per plures potest acquiri,& per unũ peruenire ad plu-
1 res.h.d.L.una est uia,quę præcedit,facit† ad q.Aliquis habet iurisdictionẽ in uno castro,lõgo tẽpore,ipse processit super accusationibus,& nunquam processit per inquisitionem,nunquid perdidit ius acquirendi? & hæc l.est ar. quòd non perdat,una enim est lex, qua maleficium punitur,licet diuersis modis ad hoc perueniatur,& ideò si utor uno,retineo totum.Vel dicas,una est iurisdictio quæ diuersis modis retinetur.

LEX

LEX XX.

SI MIHI.Qui habet duo iura,remittendo unum non uidetur remittere aliud.

§. SERVITVS.Pro læsione ex seruitute naturaliter cõtingente,non tenetur dominus.

§. SI FVNDO.Licet fundum medium redimam,non extinguitur seruitus,quæ à tertio fundo debetur.

LEX XXI.

SI MIHI.Licet totus fundus debeat seruitutem, tamẽ debet quis uti per eam partem quæ minus lædit.

LEX XXIII.

VIA CONSTITVI.

§. SI LACVS.Per lacum perpetuum potest constitui seruitus nauigandi.De hoc dic ut in l.foramen.s.ti.j.

a §. SI FVNDVS.[a] Si fundus publicetur, non extingui-
tur seruitus.

ADDITIO.

a *Si fundus.l.iij.& ibi Bal.C.de ſer.in prin.*

1 *Diuisione facta,nõ debetur aditus per partem alterius,sicut primò ante diuisionem ibatur,nisi specialiter sit conuentum.*

§. QVAECVNQVE.Ius seruitutis totũ est in toto, & totum est in qualibet parte totius, nisi usus eius aliqd
1 impediat.† No.q [a] facta diuisione, nõ uidetur actum
a [b] ut quis habeat aditum per partem alterius, sicut primò
b ante diuisionem ibat,nisi specialiter sit conuentum, quod no.Idem in uendit ione,uel alia concessione inter uiuos.l. in uendendo.de contrah.em.Secus in concessione in ulti. uolunt.dixi in l.binas.s.ti.j.

ADDITIO.

a POMA.*No.quòd.Iaſ.l.ſeruum filij.ſ.fi.de leg.j.*
b *No.Actii.Bar.l.quod conclaue.prope fi.de dam.infec.& l.j.de ſer.leg.Iaſ. l.ſeruum filij.in ult.no.de leg.j.*

LEX XXIIII.

EX MEO.Non potest quis concedere aquam ex suo aquæductu,quam habet ex fundo alieno.

1 *Accedere duobus quando una res non potest,accidit pretiosiori.*
2 *Reali in iure non inſpicitur usus sed res.*
3 *Diuisio aquæ fit secundum quantitatem partis agri,non secundũ qualitatẽ.*
4 *Seruitus aquæductus est indiuidua,usus eius diuiduus.*

LEX XXV.

SI PARTEM.Diuisio aquæ fit ad mensurã prædij dominãtis,non inspecta partium bonitate,uel necessitate.Opp.dicitur hic nõ debere inspici necessitatem agri.Cont.s.e.l.ergo.ſ.j.Sol.intelligo hãc l.ſic,q cuilibet parti tota illa aqua,quę eam contingebat ex diuisione,erat utilis,tamen una pars indiguisset plu.aquæ:Sed ſi tu ponere q una pars esset, cui aqua non esset utilis,neq; necessitate,non uideo quomodò ei deberi possit.per d.l.ergo. ſ.j. sed quando utriq; parti est utilis. licet uni magis cp alij, in diuisione nõ inspiciẽ illa necessitas.Ratio, quia illud ius ẽ totũ in toto,& totũ in qualibet parte,ut s.e.l.uia.fi. & ideò diuisio debet fieri per mensuram, ita loquitur. Intro gl. & op.q debet inspici bonitas rei,ut ĩ.de acq.re.do.l. qcquid.
1 So.qñ una res nõ põt accedere duobus, † accedet pretiosiori,ut ibi,sed hic põt accedere duobus, ideò pretiositas nõ inspiciˉ.Opp.q debeat inspici usus patrisfa. l:ex usu. ĩ. de uino.tri.& ole.leg.& de fun.instr.l.Seiæ.ſ.tyrãnæ.ꝛ.istud
2 † est ius reale cõpetens prædio magis cp personæ.l. si mihi.in fi.s.e.l.qui in aliena.in fi.de neg.ge.& ideò usus patrisfa.nõ inspicitur.prætereà usus ſi fiat ꝑ parte,respicit totũ,l. una est uia.s.eo.ideò usus partis nõ inspicitur. Vltimò op. q aqua nõ possit diuidi,l.pro parte.in fi.s.de ſer.Sol. non diuiditur ius,sed aquæ commoditas,Ita dicit gl.& bene,q qualiter procedat,examinaui in l.stipulationes non diui-
3 dũ. in primis quatuor ɔrijs.ĩ.de uer.ob.Vides ergo q † diuisio aquæ fit fm quantitatẽ partis agri, nõ fm qualitatẽ.

4 Pro ratione cogitabitis.† Vltimò no.ex hac l.q licet seruitus aquæductus sit indiuidua,usus tamen est diuiduus.

LEX XXVI.

a SI VIA.[a] Hæres potest eligere per quam partem fundi,uiam constituat,sine captione legatarij.

ADDITIO.

a *Si uia.Lud.l.ij.ſ.ex his.de uer.ob.*

LEX XXVII.

SI COMMVNI. Si à socijs fundi dominantis emitˉ cõmuniter fundus seruiẽs, seruitus extinguitur, secº si fundis dominantibus nõ potest esse cõmunis. Opp. ad j.partẽ.ĩ.e.l.unº ex socijs.ij.rñ. quãdo duo socij redimũt in cõmuni fundũ seruientẽ,seruitus extinguitur,ut hic.Secus si non fieret redẽptio,sed cũ esset unus eorũ, alteri communicaret,ut l.cõt.tamẽ redẽptio, & cõmunicatio tollit ɔrium.Et hoc ꝑsequitur gl.per plures casus,tamen in qbusdam,ut arbitror,nõ bene dicit,& ideò uideamus eam per ordinem,in eo casu quo dicit,redemimus fundum seruiẽtem,& postèa meum communicaui tibi:hoc nõ placet mihi,nam per redemptionẽ primò factam de seruiente,seruitus non extinguitur,quia aliùs remanet proprius per cõmunicationẽ postea factã,& cõmunicatio nõ est causa extinguendæ seruitutis.l.unus ex socijs.ij.rñ.ĩ.in omnib.alijs gl.bene dicit. Rationẽ differentiæ inter cõmunicationẽ, & redemptionẽ in cõmuni,uidebitis in l.unius alleg.per gl.

LEX XXVIII.

1 *Iudex cogit plures discordantes inter ſe ad eorum incommodum ad concordiam.*

ITINERE. Nisi plures dñi de loco itineris consentiant seruitus effectualiter non acquiritur.Quæro,utrũ isti discordantes cogantur cõcordare? Gl.dicit fortè q sic, uel
1 fortè dirimantur.Alij dicũt † qd' qñ plures discordãt ad in-
a commodũ ipsorũ discordantiũ,tũc iudex nõ imminetª ad cogendum eos,ut hic,cum simi.Secus si ad incommodum tertij.l.huiusmodi.ſ.fi.ĩ.de leg.j.& ibi dixi,& Cy.l.ult.in prĩ. C.comm.de leg.

ADDITIO.

a *Imminet.Bar.l.ij.ſ.ex his.de uer.ob.reprehendit istam gl.*

LEX XXIX.

IS QVI Duo. Seruitus aquæ immittendæ intelligit de ea quæ in fundo colligitur.

LEX XXX.

QVI DVO.Quod seruituti accedit,iure seruitutis accedit.Opp.s.de usuf.ea.rer.quæ usu consu.l. j. & ĩ. de leg.j.l.ſi fundũ.sub conditione.ſ.qui fundũ.ubi uide-
a tur locus exceptus iure proprietatis.[a] Sol.ibi dicit Dy.hic decem pedes fuerunt excepti propter seruitutẽ aquæ,ideò iure seruitutis uidenˉ excepti,ibi secus.Et hoc innuit gl.tua prima, quæ exponit aquam,i.seruitutem aquæ.Nec intelligas q isti decẽ pedes debeantur iure seruitutis ad aquam, quia sic esset seruitus seruitutis,quod esse non potest,sed illi decem pedes seruiunt ipsi prædio dominanti, cui debetur seruitus aquæ.

ADDITIO.

a *Proprietatis.Dec.conſ.xlj.*

LEX XXXI.

TRIA Prædia. Redemptione partium, etiam pro diuiso,seruitus non extinguitur,nisi omnes redimant.

LEX XXXII.

FVNDVS.In concessione partis facta socio,potest cõcedens fundum proprium seruientem facere.

LEX XXXIII.

CVM Essent. Tempore diuisionis potest agi ut fundus qui obuenit uni, seruiat fundo, qui obuenit alteri.

§. PER PLVRIVM. Qui habet seruitutē aqueductus, non potest cōcedere haustū aquæ ex riuo suo, nisi hoc pepigerit cū dño fundi seruiētis. Duæ rōnes formant in fi.tex.per gl.quas forma ut in gl. ad istas duas rationes prædiū nō pōt seruire sibi,& seruitus seruitutis,&c.Opp.ff. de aqua quo.& æsti.l.j.§.illud.&. hæc lex procedit anteq̄ aqua ingrediatur fundū meū.Sed postq̄,aqua ingredit fundum meum,possum concedere cui uolo.Vlt.gl. inducit utrùm possum facere procuratorem ad substituendum alium? Dic ut in l.j.in prin.ff.de proc.

LEX XXXIIII.

VNVS EX Socijs.Vnus ex socijs non potest fundū cōmunem seruū facere, nec ei libertatē acquirere à socio,uel extraneo.Primò ponit unū dictum,Secundò unam illationē, tertiò rīdet cuidā arg.cōt. Secūda ibi, & ideò.Tertia tibi, q̄uis. Dictū est clarū,& prima pars ē clara,quia unus ex socijs nō pōt seruitutē imponere,per cōsequens nec remittere.l.tria prædia.ff.c.Secūda pars est difficilis,ad quā opp.& uidetur q̄ sicut q̄ plures simul emūt, eandē personā repræsentant, & ideò sicut si unus emisset, seruitus cōfunderet,ita q̄ plures inuicē cōmunicāt.Gl.sol uit plurib.mo.Vltima sol.est q̄ cōmunicantes nō repręsentāt personā unius,sed pluriū,ista est bona rō.Quæro, quæ ē rō q̄ nō possunt inuicē remittere?R.rō ponit in tex. quia pro parte nō pōt acquiri libertas, neq̄ cōcedi, hoc est,occasione partis,quā quis ꝓ indiuiso habet,nō pōt seruitus imponi,neq̄ remitti,sed in ꝓposito hoc fieret, si duo socij inuicē possent remittere,ergo,&c.Assignat gl.aliā rationē,qa in diuisione totus fundus posset uni obuenire, ista rō concludit modicū. Venio ad tertiā[a] parti.& ꝓ istius declaratione quæro, cū hic dicit,q̄ seruitus pōt retineri ꝓ parte, utrū retineatur in totū,ut dicat deberi tota seruitus, an pars seruitutis? Gl.determinat q̄ pars seruitutis.Idē dixi in l.ꝓ parte.in fin.ff.de seruit.Sed certè hæc opi.non est uera, quia seruitus nō recipit diuisionē, d.l. ꝓ parte.in fin.Prætereà tex. h.d.in l.si cōi.in fin.ff.eo.f.q̄ fundus cōmunis seruit ꝓprio. No.q̄ dicit,fundus cōmunis seruit nō ergo seruit, pars socij tm̄,sed totus fundus cōis.Prætereà h.d.tex. hic expressè, q̄ cuiq̄ sociorum soli debeat seruitus tota. Prætereà si esset uerū,q̄ cuilibet deberet ꝓ parte,ergo ꝓ parte posset remittere,non enim remitteret,nisi ius suū tm̄,cui renunciare est licitū,l.si qs in cōscribēdo.C.de pac. His præmissis opp. q̄ si cuiq̄ seruitus deberet insolidū,ergo quilibet pōt remittere insolidū.l.si rē.§.si duo.ff.de noua.l.si unus.in prin.ff.de pac.Sol.tex.hic uult soluere istud ꝓrium,Qd enim dicit,q̄ cuilibet debeat,intellige nō personæ principaliter,sed debetur fundo,& per fundū personæ cuilibet,ergo particulæ fūdi debetur insolidū.l.uia.in fin.ff.c.sed in qualibet particula quis habet sociū,ergo in nulla particula unus solus poterit acquirere,uel amittere,hoc uult dicere iste tex.

ADDITIO.

a Tertiam.Bar.l.stip.non diuiduntur.iij.opp.de uer.ob.

§. SI FONS. Qui nō utitur iusto impedimēto, cōgruo tēpore,seruitutē amittit, sed ei restituit ex clausula generali.h.d.cū l.seq.Opp. & uidet qd impeditis agere, nō currat præscriptio ipso iure,et sic nō sit opus restōne.l.j. in fi.de anna.excep.Gl.dicit aliud in præscriptiōe rerū corporaliū.Ista sol.nō uidet perfecta,quia ēt illa lex pōt intelligi in præscriptione rerū incorporaliū,hoc est, in præscriptione ꝫ actionē,& ideò dicūt alij,ut Pet.hic loquit,quādo quis est impeditus agere impedimēto facti,tūc currit præscriptio,licet restituatur,l.j.ff.ex quib.cau.ma. ibi loquitur q̄ñ est impeditus impedimento iuris.Cy.l.j.de bo.mat.iiij. opp.gl.l.senatusconſ.ff.de off.præſ.

LEX XXXVI.

CVM FVNDO.Stipulatio pœnalis ad personā relata,nō facit præsumi seruitutē personalem impositā.No.q̄ in dubio,cōcessio seruitutis intelligitur realis,nec ex stipulatione pœnali, ad personam relata, aliud præsumitur,dicam in l.prox.

LEX XXXVII.

1 *Seruitus quando dicatur realis,& quando personalis.*

a LVCIVS.[a] Ex indeterminata cōcessione respectū sui dominantis,præsumitur cōcessio personalis.h.d. quā l.no.cū l.seq.Op.ff.l.px. ubi in dubio, concessio præsumitur realis.Si indeterminata locutio, respectu sui dominātis,facit præsumi cōcessionē personalē, aliàs in dubio esset realis.Cōt.ff.de leg.j.l.apud Iul.aliàs,l.idē Iul.§.

1 si quis alicui.ubi in dubio præsumit personalis.Sol.† Aut

b uerba cōcessionis[b] referūtur ad factū, ut cōcedo tibi ire agere,licere,Aut referunt ad ius,ut cōcedo tibi ius eūdi.Primo casu in dubio præsumitur personalis.l.cōt.Secūdo casu standū est distinctioni huius l.Aut conceditur ius respectu fundi determinati,& præsumitur realis.ff.l.prox.Aut in determinati,& præsumitur personalis,ut hic,nisi ratio personarū aliud inducat.l.pater.ff. de ser.leg. & ibi examinaui tā in istis seruitutibus,quàm ēt in beneficijs & priuilegijs.

ADDITIO.

a Lucius.Ro.sin.ix.& Aret.sin.lx.Ias.§.æquè.inst.de act.

b Concessionis.Bar.l.si sub una.de uerb.ob. & l.stipulatio ista. §.si quis ita. & ibi Imo.eo.ti.

LEX XXXVIII.

FLVMINE.A flumine q̄ trāsitur ponte uel uado, pōt incipere seruitus uiæ,secus si in pontibus,uel nauiculis trahseatur,sed tale flumen, seruitutem itineris aliàs cœptam,non interrumpit.

1 *Strata cum intrat implatea, desinit esse strata.*

§. IDEM Iuris sit. Et certe est idem iuris, & ualet cōcessio, considerato eo qd nunc fit,nō qd fieri solet cōmuniter,& hoc sequitur,Et certè est idem iuris, ſm prædicta.Tene primam lect.positam in gl.quæ est uera. No. mo-

1 dum finiendi uiam.Et facit † ad q. strata cum intrat in platea,desinit esse strata,de quo dixi in l.fi.de loco & itin.pub. Et habui hanc q.in ciuitate Tuderti.

Communia prædiorum tam urbanorum quàm rusticorum. Tit.IIII.

LEX I.

a EDIFICIA.Hic ponitur quæ dicantur[a] ædificia rustica,& quæ urbana.No q̄ seruitus non potest deberi nisi à prædio.

ADDITIO.

a Dicantur.Sed an molendinum, furnus,uel nauis dicatur rustica uel urbana,Bal.l.certi.C.lo.Et quandoq; ædes appellantur rusticæ,sed improprie.l.cætera.§.sed & si quis.secundum Bar.ibi.de leg.j.

LEX II.

DE AQVA.Ius hauriendi,uel ducēdi aquā ex flumine per castellū, nō seruitus ꝓprie, sed in hoc iure qs tanq̄ in seruitute defendet. Hæc lex pōt intelligi de aqua tollenda ex flumine publico,& ideò nō est ꝓprie seruitus,quia nō debet à prædio alteri.Et per istud ego dicebā,q̄ si in uia publica est aliqua clausura, uel locus p quē duco aquā ad prædiū meū & aliquis me in illo iure impediat,possum agere utili actiōe.arg.huius l.Pro hoc ff. de aqua quoti.& æsti.l.j.§.ait prętor,si ex castello.Secundò pōt intelligi in aqua ex flumine priuato, & tūc nō est propriè seruitus,quia fortè nōn erat perennis,sed dicetur seruitus utiliter.ff.tit.ij. l. foramē & gl. hic no.& hanc l.adde ad dic. Rofre.quod ibi recitaui.

LEX IIII.

CAVERI.Post monumentum constructū non pōt limitari mensura,uel numerus sepeliendorum.

LEX V.

PROPRIVM.In ædib.est locus iuri non decrescēdi. Opp. de l.si mihi & Titio,ff.de uerb.obli. Sol. in contractibus nō est locus iuri accrescendi, utibi sed iuri non

* *Sic.Tu melius dic, q̄ in contractibus, si de reduiduā agatur, iuri accrescendi locus non est:l.stipulatio.§.alteri.de uerb.ob.Si de re indiuidua, secus est,ut hic.*I.Con.B.

ri non decrescendi sic,* ut Cuilibet enim attribuitur seruitus insolidum.Dixi plenè in l. re coniuncti.ff. de leg.iij.

LEX VI.

SI QVIS Duas.In tradēdo potest quis facere,ut prædium,quod traditur, seruiat ei, quod retinetur, uel econuerso.

§. DVAS Autem. Diuersas res simul tradendo diuersis,non potest quis inuicem seruas facere.

1 *Fundus diuiditur destinatione patris familias,*

2 *Domus pariete interiecto medio diuiditur.*

1 §. SI QVIS Partem.Tradendo partem pro diuiso,potest unam partē alter.seruā facere.† No.q̄ fundus diuidit destinatiōe patrisfamilias, domus uerò diuiditur

a pariete interiecto in medio.ff. de leg.j.l.qd i rerū.§.j.&l.si domꝰ.i prī.eo.ti.& ibi dixi.& l.ita stipulaᵉ.circa prī.ff.de ỽ. ob.

ADDITIO.

a §.j.Vide ibi gl.communiter approbatam. Et qualiter accipiatur hoc casu paries,melius dixi post Io.de Imo.

§. ITEM Si duo.Plures tradendo simul, uel separatim id efficere possunt,quod unus solus insolidū sit dominus,secus si pro parte dominus fuerit.

LEX VII.

1 SI IN Venditione.[a] Si aliquis dixerit rem uenditā esse seruam simpliciter,potest quā uult seruitutē imponere,secus si respectu certæ personæ. Item secus si hoc

a dixerit dubitans de seruitute iam constituta.

ADDITIO.

a P.PAV.P.Alex.cōſ.xxviij.uol.j.Ang.& Imo. post Bar. l.si quis legauerit. de leg.j.Bar.l.quicquid.ff.eo.circa intellectum l.in tradendis.iuncta gl.hic, in uer.facere potest.Limita ut per Alex.conſ.xxviij.uer.& sic patet.j.uol. Fel.c.inter monasterium.de re iud.

LEX VIII.

8 eccl.Sequitur nona pars,† l.uers.nisi obsiciatur.Ex quo no. q creditor in pignore est quasi procurator debitoris. Simile dicimus in usufructuario,q est quasi procurator.s. usuf. quemad.caueat.l.j.in fin.& l. ij. de oper.no.nunt.Simile in colono,qui omnia diligẽter debet ,pspicere, ne ius rei fiat deterius.ff.loc.l.uideamus.§.item prospicere.Venio ad ult. partẽ,s.ad uers.ut & eius.dicitur hic,q ,pter impensas habet actionẽ.Quæro quãr Certè contrariã pignoratitiam.l.
9 tutor.§.ꝑiam. de pig.acti.Secũdò dicitur hic † ut colligit ex dictione,sed,& ex dictione, etiã quod habebat actionẽ pro eo quod soluit,quod debebatur cohæredi, & ,p eo qđ soluit plus. Quæro quam actionem habet? Gl.super uer. ꝫ quoq;.in fin.dicit,quod pignoratitia cõtraria non competit,quia nihil est expensum in re conseruanda,uel reficienda,sed habet locum actio neg.gest.uel antiqua ex mutuo. Fortè istud, quod dicit de actio.neg.gest.nõ uidetur uerũ, Non emꝫ gessit negotiũ debitoris.sed suũ in dubio. l. si prior.§.j.ff.de pig.Illud quod dicit de antiqua ex mutuo, põt procedere in ea pecunia,quæ cohæredi debebatur, ut illa directa quæ competebat cohæredi,cõpetat ei directo, l.gregge.§.cũ pignori.ff.de pign.& l.nomẽ.C.quæ res pig. ob.pos. sed in eo quod ultra soluit, illa antiqua ex mutuo nõ põt cõpetere.Dico ergo q ei cõpetit pignoratitia actio ꝑtia.Cũ enim hoc teneatur facere ex necessitate ꝑctus pignoris, qa si dimitteret apud cohæredẽ, fortè res perisset, & propter hoc teneretur, si non fecit illud quod diligens homo erat facturus.l.ea igitur.ff.de pig.act.ideò totum uenit in actione ex eo contractu.Sicut in simili dicit Iurisconsul.de rei uendicatione,l.hæredes.§.si unus.s.eo.nec potest dicere q ipsa impensa non sit facta ad rem conseruandam, quia imò est facta ad rei conseruationẽ perituræ,aliter,si hoc nõ fieret.l. pupilli.§.fi.Titij.s.de neg.gest.Quærò ultimò an istud plus quod cohæres soluit cohæredi suo, quod debitor ei reddere tenetur,possit debitor ab illo cohærede recipiente repetere? ꝫ.sic,ff.de pign.l.si inter.§.fin.

ADDITIO.

a *Cessa.l.si hæres pecuniam.ad Treb.Bar.l.fideiussor obligari. de fideiuss. ff. & in l.si in solutum.de ac.& ob.& hic adde Bal.l.ij.de hæred.uel act.uẽd.*

LEX XXXI.

FVNDVS. Fundus,in quo est locus religiosus, uenit in diuisione,loco religioso excepto.

LEX XXXII.

QVAE PATER.Ea quæ non sunt diuisa in uita, ueniunt diuidenda post mortem.

LEX XXXIIII.

a SI PATER.[a] Quod uni ex hæredibus obuenit ex diuisione,si est obligatus pro omnibus,est tuendus.

ADDITIO.

a *Pater.Bar.l.qui Romæ.§.duo.fin.q.de uer.ob.*

LEX XXXV.

SERVOS. AEstimatio quæ fit tempore diuisionis,nõ facit emptionem.

LEX XXXVI.

a b POMPONIVS.[a] Inter patrẽ & filiũ ex cã dotis[b] cõsistit donatio,* Iste intelle ctus,qui tangitur hic per gl.tãgitur pleníus.in l.ij.C.de inoff.dona.

* *Donatio. Ista tamen ut filius succedere uolens, rem donatam conferat,nisi nominatim à patre uetitum sit:auth.ex testamento. C. de collat.*l.Con.B.

ADDITIO.

a *P.PAV.P.Pomponius.Idem esset in augmento dotis.Ias.in rub.ff.sol. mat. ad fin.Limitat Cast. cons.cv.Et extende etiam si matrimonium non sequeretur.Ias.l.si extraneus.in ult.no.ff.de cond.ob causam.Ale. l. ij. §.sed si.in prin.sol.mat.in j.no.& l. si cùm dotem.in.prin.ij.no.sol. mat. aliqua per gl.& doc.l.si donatione.C.de col.*

b *Dotis.Id quod dicitur hic in dote,etiam trahitur ad legitimam filio assignatam per patrem in uita,Bal.l.cùm oportet.§.non autem. C.de bo. quæ lib. Et an ista l.extendatur ad paraphernalia,Lud.tenet. q non, in l.placet de acq.hær.Et ad hanc l.uide Bal.& Im.l.ij.§.j.ff.sol.mat.An filia possit habere condictionem ob causam ad dotem nõ secutis nuptijs, si pater ita uoluit quando dotem dedit,tex.uidetur quod sic,in l.si extraneus.ad fin.ff.de cõd. ob cau.quæ Ro.dicit per se singulariter ad hoc ponderari.*

LEX XXXVII.

a CVM Putarem.[a] Hæc exceptio, tibi nõ competit ius agendi,non potest opponi post sententiam,necredit iudicium retro nullum, & solutum autotitate
b sententiæ* non repetitur[b] ut indebitum.

* *Sententiæ.Iustæ intelligas,iniustæ enim cùm naturalem obligationem non tollit,l.si pœnæ.ff.de cond. indeb. neq; etiam inducit,quò fit ut solutum ex sententia iniusta repetatur.*I.Con.B.

ADDITIO.

a *P.PAV.P.Putarem.Limitat.Ale.cons.ccccxxxv.j.in j.col.Barb.cons. xcj. Item an talis diuisio præiudicet substituto,Cast.cons. cxxx.ad fin. & cons. seq.Ias.et alij. l.si me & Titium.in ult.col.ff.si cer.pet.Ia.l.si Titius.de uer. ob.ubi refert intellectum Ang.& Aret.Et quædam alia uide in materia huius l.per Bar.& alios in l.cũ solus. ff.de usuc.& ibi late Cast. & in l.si per errorem.ff.eo.ti. Alex.cons.clxviij.col.v.ubi ponit de diuisione sponte facta cum eo qui putabatur cohæres,& non erat,ut in hoc tex.ad fin. Et qđ diuisio non præiudicet etiã si sit facta per errorẽ iuris,Bal.cõs.cclxxxvj. uol.j.Cast.l.fin.§.idẽ quæsijt.ff.de cõd.ind.quam sequitur Ias.ibi de eo qui diuisit hæreditatem fratris,quæ tota ad eum spectat.Limitat Ang.§.quidã. Inst.de act.*

b *Reperitur.Hoc speciale autoritate rei iudicatæ, & idem in transactione, Bal.l.j. in prin. C.plus ualet quod agitur.gl. & Bal. l.si soror.C.de col.& Bal.& Imo.l.iustè.de acq.pos.Bar.l.si Titius.de uer.ob..*

LEX XXXVIII.

a QVI FAMILIAE.[a] Verba enunciatiua propter aliud emissa, uim irreuocabilis confessionis non habent.

ADDITIO.

a *Familiæ.Bal.l.ex hac scriptura.in fin.et quod ibi dixi post Bar.ff.de don.et Bal.l.j.C.de confess.*

LEX XL.

1 *Nomine alterius agens si obtinet,repetit expensas,alias non.*
2 *Communem causam agens,repetit à socio,quatenus plus expendit.*
3 *Cautela quòd qui agit causam communem,promittat aduocato salaria cõmuni nomine.*

1 EX PARTE.Qui obtinuit in causa cõmuni, repetit expẽsas ,p rata.Intellige,si in cã propria nõ erat,aliàs tm̃ expẽsurus,quia tũc repetit, aliàs nõ. † No. q qui agit noĩe alterius,repetit expẽsas,si obtinet,secus si succũ-
2 bit, C.mãd.l.etiã si ꝫ.& iud.sol.l.iã tm̃.§.in hac.† Secũdò no. q qui agit causam cõmunẽ,repetit à socijs,quatenus plus expendit,ideò quia cõmunẽ causam agitauit. Aduerte tm̃ quia in dubio præsumitur plus expẽdisse,p rata socij, nisi per aduersam partem aliter probetur. Exemplũ habes in
3 gl.Sit ergo † cautus ille,qui agit communem causam,ut ,p mittat salaria aduocato communi nomine,quod no.

§.INTE-

§.INTESTATO.Quo ad collationẽ testatus uidetur decedere, qui in codicillis de omnib[a] bonis disponit. No. ergo q quando testator omnia bona diuidit per prælegata,illa prælegata assumunt uim portionis hæreditatis.l.quid ergo.de leg.j.scripsi in l.Marcellus.§.j. ad Treb.

§.FILIVS.Debita contracta per unum ex fratribus cõmunem hæreditatem possidentibus, non ueniunt de communi soluenda.

§.DVOS.Peremptο principali facto testatoris, permittitur accessorium.

LEX XLII.

1 *Nullitatis causa quod ueniat in causa appellationis.*

a QVAEDAM[a]. Causa nullitatis pertinet ad iudicem appellationis, qui potest sententiam pro parte
b confirmare, & pro parte nullam pronuntiare.[b] No.
1 † ꝙ in causa appellationis uenit causa nullitatis.ad quod l.Carmelia Pia. de iure pat.& in l.j. C. quando prouo. non est necess.

ADDITIO.

a *POMA.Quædam. Alex.cons.xcvj.ad fin.iiij.uol.Ro.cons.xxviij.*
b *Pronuntiare.Bar.l.j.§.libelli.de app.& c.Ray.de testa.& l.j. C.si aduer. rem iud.*

LEX XLV.

INTER COHAEREDES.

§.SI FAMILIAE.Intellige hunc §. quando uenditio fuit facta ex causa necessitatis.C.eo.l.j.

§.SI QVIS Stipulatus.Stipulatio facti diuidui, contra hæredem facientem tantùm committitur. *

* *Committitur.Secus in facto in diuiduo:l.4.§.cato. uers. ab omnibus. ff. de uerb.ob.*I.Con.B.

* *Hæredẽ. Hoc generaliter receptũ est,ut qs soluendo pro debitore,repetere possit.l.utrum.ff.de const.pec.*I.C.B.

§.VSVFRVCTV.No.casum quòd soluendo pro hærede,* si non soluat, ab eo repetitur.

LEX XLVII.

a SI MARITVS.Actio de dote datur cõtra hæredes soceri recipientis dote,& licet maritus nõ sit hęres,ei sub uenitur,ut apud eum sit dos,qui sustinet onera matrimonij.Quæro,isto casu,quo factum est diuortiũ post mortem,utrũ detur actio de dote ꝫ filiũ,licet non sit hæres. Gl.
a dicit q sic,& ita intelligit hic,quod nõ puto[a] uerum. Licet enim filio,uel marito detur dos, tamen alij hæredes mariti tenentur,& sunt cõueniendi,ideò præstatur eis cautio,q eos defẽdet.ff.eo.l.si filia.§.hoc amplius. Sed hic dicitur q licet filius non sit hæres,põt petere q dos sit apud cũ,quia matrimonij onera sustinet, ut hic, & j. de iur.dot.l. si is. Et potest hoc petere,si onera matrimonij sustinet tẽpore mortis,licet tempore petitionis non sustineat,est casus hic.qua autem actione agit,dic ut in l.si constante.§.j.sol.mat.

LEX XLVIII.

IN IVDICIO.In successorem singularem ex necessitate transit instantia iudicij.No.gl.super uer.recepta. &c.

LEX XLIX.

SI FAMILIAE.Plures hæredes unius hæreditatis,debent unum procuratorem constituere,non seperatim agere.h.d.lex ista.

LEX L.

1 *Iudex ex officio cogit eos qui succedunt,defunctum sepelire.*
2 *Defuncti res pro eo sepeliendo iussu iudicis ante aditam hæreditatem uenditur.*
3 *Vendens ex necessitate,non cauet de dupla.*
4 *Executor uendens rem,non promittit de euictione, sed iudex decernit actionem.*
5 *Cautio,quæ non debet interponi interposita commi-*

6 *Hæreditate nõdum adita facta,non ueniunt in hoc iudicio.*

a QVI ERAT.[a] Qui uendidit ex necessitate,non tenet de dupla ,mittere,& cautio, quæ nõ debet interponi,interposita committetur.Itẽ quod quis facit ante aditam hæreditatem,in directum ercisc undæ iudicium nõ uenit.Itẽ ,p sepeliẽdo defuncto, ante aditẽ hæreditatẽ, iussu iudicis res hæreditariæ possũt uẽdi. h. d. Quã legẽ nota
1 qa fuit quoddã consiliũ.Vlpiani.† No.q ad officiũ iudicis
2 ptinet cogere eos, q succedũt,sepelire defunctũ.No. † q ,p sepeliendo defuncto,res põt uẽdi ante aditã hæreditatem,
3 iussu iudicis.† Itẽ no.qđ qui uendit ex necessitate,non te-
4 netur cauere de dupla.Itẽ,† qđ qñ executor uendit aliquã rẽ,non debet ipse de euictione ,mittere,sed iudex ipse de-
5 bet actionem decernere sibi.† Itẽ no.qđ cautio,quæ nõ debet interponi,interposita cõmittitur. Et dic plenè in l.si patronus.ff. de dona. per Dy. Vltimo no. † ꝙ quæ fiunt ante aditam hæreditatem,non ueniunt in hoc iudicio.

ADDITIO.

a *Hæres.Bar.l.alio.in fi.q.de ali.le.*

LEX LI.

QVAE PATER.Expẽsę,quas pater fecit pro filiõ in studio,non debent filio imputari tẽpore diuisionis, nisi aio repetẽdi patrẽ fecisse cõstet. hoc dicit. Quid de libris? Scitis q gl.tãgit & Cy.C.eo.l. si filius fam.Ego plenè dixi in l.j.§.nec castrense.de collat.bon.*

* *Bon.& in repet.auth.ingressi.nu.47.C.de sac.ecc.& l.filiæ.nu.j.fa.ercisc. Cæterum Io.And.c.j.uers.ea quæ patri.de sum.trin.putat receptiorem sententiam esse,q libri conferantur.*I.Con.B.

LEX LII.

FVNDVS.Si fratres sustinent communiter onera matrimonij,fructus dotis ueniũt in communi,secus post diuisionẽ.Vel breuius,Fructus dotis debent esse fratrum existentiũ in cõmunione,secus si facta fuerit diuisio.

§.SI EGO.Si iudicium diuisorium non facit præiudicium petitorio,admittitur ipsorũ cõcursus.Opp.l. fundi.& l.fundũ.j.de excep.Sol.hic uterq confitebatur alium cohæredem,unde sententia lata in uno,non parit præiudicium in alio,meritò admittitur concursus,ibi secus.Et ideò quædam gl. quæ est hic,super uer. confiteor, quæ dicit,tu uerò confiteris me hæredem.optimè dicit, uolens euadere illud contrarium.

LEX LIII.

MEVIVS.Quod fuit defuncti,uel eius occasione obuenit,in hoc iudicio uenit.

a §.ARBITER.[a] Valet sententia si portiones inuicem cõpensantur,seu adæquantur,& in aliquo superfluo alter tantummodò condemnatur.Et est tex. iuncta gl.in l.hoc iudicio.s.eo.

ADDITIO.

a *P.PAV.P.Arbiter.An arbiter possit cognoscere de exceptione compensationis,Alex.cons.cix.uol.ij.Bal.l.j.C.de arb.& in l.neq;.C.de compen. & in l.cùm Pap.aliqui habent in l.nemo.in uers.quæro numquid. excep. C.de senten.Alex.cons.cxix.in j.col.uer.non obstat.ij.uol.*

§.CVM FAMILIAE. Res est æstimanda prout ualet tota,non prout ualet diuisa.

LEX LV.

EX HAEREDITATE.Si unus ex hæredibus uẽdidit partem suam certæ rei,non uenit illa res in iudicio famicercis.

LEX LVIII.

a ARBITRO.[a] Si diuisio fiat iudicio pendẽte, iudicis officium euanescit.

ADDITIO.

a *Arbitro.Bal.l.j.in ult.col.C.com.diuid.*

Communi

LEX I.

COMMVNI. Quæro quando fuit inductum communi diuidundo iudicium? Dic ut in gl.

LEX II.

a NIHIL. No. l. quod si eminus rem simul, q̃ in ea re dicimus esse socij, quod est no.[a]

ADDITIO.

a *No. l. cùm proponas. & ibi Bar. & Bal. C. pro soc. & l. ut sit. ff. pro so. & dicit ibi hoc uerum, si animo contrahendæ societatis emeret, aliàs secus. exemplum, si incontinenti post emptionem diuiserunt. Nam tunc præsumitur non animo societatis contrahendæ. l. sed iul. §. proinde. ff. ad maced. ita egregiè declarat Rapha. in l. reos. in prin. ff. de duob. re. & idem dicit in duob. si mul mutuò accipientibus per hanc l. Et q̃ ista dicatur impropria societas, sunt gl. Inst. de ob. quæ ex quasi contract. §. item si inter.*

LEX V.

SED ET Si res. No. q̃ per secundũ decretum dominus efficitur, qui mittitur in possessionẽ, si prior possessor erat. Vidistis in l. ij. ff. si ex nox. cau. aga.

LEX VI.

SI QVIS PVTANS.

§. SIVE Autem. Fructus uenitũt in hoc iudicio, siue immediatè percipiantur à socio, siue locentur colono nomine communi. Si uerò locentur nomine proprio, dãnum ad locantem spectabit, lucrum uerò erit commune.

§. SI FVNDVS. Ius reale in parte pro indiuiso uni ex socijs non remanet in parte, quæ ipsi socio ex diuisione obuenit, sed totũ fundũ etiã post diuisionẽ respicit.

LEX VII.

COMMVNI. Fundus uectigalis uenit in hoc iudicio non uidendus, sed adiudicandus.

§. INTER Prædones.[a] Inter eos qui non habent iustã possessionem, non cõpetit hoc iudicium. Item si petitor tantùm iniustè possidere dicatur, ab hoc iudicio remouetur. h. d. no. gl. Hoc fortè est uerum, quando cõstat q̃ dominiũ non habet, aliàs cũ hoc iudicio dominiũ uenit
b incidenter, eò q̃ possidet, præsumitur[b] iustè possidere. l. j. §. fa. erc. & l. quidam in suo. de cond. inst. & ibi dixi, & gl. l. ficuti. §. sicut. §. si ser. uen.

ADDITIO.

a *Prædones. Bal. l. non epistolis. C. de prob. Et an ista iudicia diuisoria dicantur possessoria, Bal. l. post sententiam. C. de senten.*
b *Præsumitur. Bal. & Ang. l. super longi. C. de præsc. lon. tem. & gl. c. j. §. si duo. de pace tenen. quæ idem dicit, quòd præsumitur sine rapina possidere.*

§. SI DEBITOR. Debitor certæ partis pro indiuiso, si in diuisione tota res sibi fuerit adiudicata, totum dare debebit, & habere quod pro adiudicatione dedit: sed si tota alteri fuit adiudicata, liberabitur soluendo, & pretium, quod pro adiudicatione dedit, recipit. Opp. q̃ diuisio
à ista non præiudicet[a] huic, quia habet istud ius. §. eo. l. si q̃s putans. §. si fundus communis. & §. seq. Sol. ibi ille tertius qui non interfuit diuisioni, habebat ius reale, scilicet, hypothecæ, hic uerò debebatur actione personali, tenementi.

ADDITIO.

a *Præiudicet. Bar. l. fraudati. ff. de publi.*

LEX X.

ITEM QVAMVIS. Delictũ defuncti si purgatur per actionẽ descendentẽ ex delicto, nõ nocet hæredib. secus si purgatur per actionem descẽdentẽ ex ꝯctu, uel quasi.

LEX XII.

a SI AEDES.[a] Dy. c. in re commũi. ext. de re iu. li. vj. & in l. si ædib. de dam. infec.

ADDITIO.

a *Aedes. Ang. l. quidam Iberus. ff. de ser. urb. præd. Quomodò in pariete communi possit aliquid fieri, C. ep. in trac. de ser. urb. præd. c. iij. in j. co. Bar. l. si stipulatus fuero per te non fieri. de uer. ob.*

LEX XIIII.

IN HOC Iudicium. Quod quis fecit in fundo, quẽ scit cõmunem cum aliquo, quem cognoscit, uenit in hoc iudicio, sed quod quis facit in fũdo, quem scit proprium qui uerè communis est, nõ uenit in hoc iudicio, sed possessori retentio dabitur, quæ etiam ad singularem successorẽ transibit, sed quod quis facit in fundo, quem putat cõmunem cum eo cum quo non est, uenit in hoc iudicio. h. d.

a §. SI CONVENIAT.[a] Pactum ne perpetuò diuidatur, non ualet.

ADDITIO.

a *P. PAV. P. Conueniat. Iaf. §. quædam. inst. de act. Floren. hic, qui dicit q. si fuit pactum factum in perpetuum, intelligitur, donec uiu. Bertac. in uerb. diuisio. ubi multa addidi. No. q. quis non cogitur stare in communione. l. iij. C. comm. utriusq; ind. l. fin. C. de alien. iud. l. pen. & fin. C. eo. Habui de facto an ualeat pactum, quod toto tempore uitæ liceat diuidere. Istud hic clarè in tex. non decidit, & respondi quod sic, per l. j. iuncta. l. nulla. ff. pro soc. Adde quòd cont. tenet Rom. cons. ccxxv. ipse Alex. cons. xviij. lib. iij.*

§. SI INTER. Ius excipiendi transit contra singularem successorem, h. d. Opp. C. loc. l. emptorem. Sol. ibi per Cy. iij. opp.

LEX XVIII.

a VT FVNDVS.[a] Sentẽtia debet esse cõformis libello, aliàs iudex non intromittit de his, quæ ex natura actionis non ueniunt.

ADDITIO.

a *POMA. Fundus. Limitat Alex. l. uinum. si cer. pet. & Fel. c. cùm inter. de iu. & c. licet Heli. de simo. scripsi ad Bar. l. quid ergo. §. pœna. ff. de his qui no. inf. Et ideò si unum petitur, & reus aliud confiteatur, non potest sequi sententia condemnatoria, in eo quod non est petitum. Com. cons. lxxj. ante fin. & similiter si unum petatur, & aliud probetur, Com. cons. lxxvij. post prin. Et de prima confessione, Com. cons. lxxvij. ante fin. & illud etiam procedit in his, in quibus proceditur summariè, simpliciter & de plano, quia debet nihilominus adesse petitio, & cum eo formare sententiam, Com. cons. lxxxv. sed ubi causa est cognoscenda de æquitate, sola ueritate inspecta, posset sequi condemnatio super eo quod non est petitum, & sit probatũ, Alex. l. si stipulatus. §. chrysogonus. ff. de uer. ob. faciunt quæ scripsi in Berta. in uer. clausula. uer. sine figura iudicij, ibi, uide. Itẽ limita non procedere in casu l. bouem. §. aliquando. ff. de ædi. edic. Ro. fin. lxiij. Item q. modus agendi quem quis intentauit, sit diligenter attendẽdus. Fel. c. j. in ul. col. uer. ult. cõclusio. ext. de excep. Iaf. l. qui se patris. x. no. ff. sol. mat. Item uide ad limita. huius reg. Alex. cons. xxxiiij. in iij. uol. q. propter clausulã illã, petẽs ius & iusticiam ministrari, licet quis petierit exequi aliquid, poterit iudex condẽnare, alleg. Io. de Imo. l. si cum nulla. ff. de re iud. Item q. agens ex una causa, & probauit ex alia, nõ potsit obtinere ex causa probata, Ca. l. si is ad quẽ. j. col. ff. de acq. hær. An autem & quomodo libellus ineptus possit suppleri, uel sustineri, Iaf. l. j. ff. de off. ass. Item de prædicta regula, q. sententia debeat esse conformis petitioni. & xix. limita. ad eam, uide Geor. Natam in cle. sepè. §. non sit tamen. de uer. sig. Item uide ad eam, xxxj. limit. Fel. c. licet. Heli. de simo. in ult. co. et Soc. ĩ l. uinũ. ad fin. ff. si cer. pet. ubi Iaf. ponit xiij. lim.*

LEX XIX.

a ARBOR.[a] Quod una elementatione cõtinetur, si solo cohæret, dicitur cõmune, pro parte diuisa, quę diuiditur solum, sed à solo separatum dicetur pro indiuiso esse commune.

ADDITIO.

a *Arbor. gl. & Bar. l. in prouinciali. de ope. noui. nun.*

à §. DE VESTIBVLO.[a] Illud quod est cõmune q̃d nõ potest diuidi, nec licitari sine proprio, in hoc iudicio non uenit.

ADDITIO.

a *Vestibulo. Bar. l. aquiliana. ff. de transac. Barb.*

§. SI PER. Pro iure incorporali diuidẽdo, uel pro eo q̃ sit circa illud, hoc iudicium locum non habet.

§. IVDEX. Iura incorporalia nõ ueniunt iudicio cõmuni diuidũ, nisi sint accessoria rei corporalis pro indiuiso cõmunis. Quæro, quõ hoc fit q̃ ista seruitꝰ diuidat? Dic plenè

plenè in l. stipulationes nõ diuiduntur. maximè in ij. op. ff.
a de uer. ob. Quæro nũquid[a] iurisdictio cõmunis pluribus in uno castro ueniat in iudicio cõmuni diui. ff. aut iurisdictio competit seu coheret personæ, & non ueniret in hoc iudicio, sicut cætera iura incorporalia, ut ff. ea. l. si per eundẽ. Aut iurisdictio cohæret castro, seu territorio, & tũc sicut castrum territoriũ põt diuidi, eodẽ modo iurisdictio, ut hic.

ADDITIO.

a *POMA. Nunquid. Abb. c. prudentiam. in prin. de off. deleg. Alex. cõs. lxx.*

LEX XX.

SI IS. Quod in re cõmuni culpa unius fit à magistratu, uenit in hoc iudicio cõm. diui. Facit ad q. de duob. socijs habẽtibus cõmunem, de qua in l. Atheius. cum l. seq. de aqua plu. arcen.

ADDITIO.

a *Si is. No. hic singularem tex. quod propter contumaciam, in locum multæ, iudex potest domum destruere. Caue tamè hodie, per l. fi. C. de modo mult. Dy. tamen, & Bal. l. cætera. §. sed & si quis. de leg. j. uidentur tenere cont.*

LEX XXVIII.

a SABINVS.[a] In hoc prin. reserat integra. In tex. ibi, sed & si in re. hic opus erat facto altero scitẽ nõ prohibente. In uer. sin autem hîc consentit socius. In uer. quod si quid hîc ignorauit socius.

ADDITIO.

a *Sabinus. Bar. l. Labeo. de aqua plu. arc. & in l. qui bona. §. quis. de dam. infec. Bertach. in uer. socius. ubi habes additum.*

Ad exhibendum. Tit. IIII.

LEX III.

a N HAC.[a]

b §. IBIDEM. Exceptiones quæ requirunt[b] altiorem indaginem, in causis summarijs non admittuntur, sed in causis principalibus reseruantur.

ADDITIO.

a *P. PAV. P. Hac. Mod. §. prætereà quædam. de actionib.*
b *Requiruntur. Et quæ dicantur istæ exceptiones, l. si is à quo. ut in poss. leg.*

§. INTERDVM.[a] Pro instrumentis non potest agi ad exhibendũ pro alio interesse cẽ dominij, secus in alijs reb. Dic ut ff. ea. l. §. sciendũ. & quę sit ratio, tangitur per
a Cy.[a] C. eo. l. instrumenta. No. q̃ res potest uendicari ab eo. qui ciuiliter tantũ possidet, ut no. gl. de rei uẽd. super rub. & in l. ij. C. ubi in rem act.

ADDITIO.

a *Interdum. Pet. Cy. & Sal. l. j. in x. opp. C. de eden.*

LEX V.

CELSVS SCRIBIT.

* Possessione. l. a naturaliter. de usuc. Verũ intelligas hũc locum procedere, quando colonus in aliam possessionem transfert: l. j. §. q. ff. de acq. poss. Alioquin retinemus possessionem per ipsum, tametsi possidendi animum habere desinant: l. si id quod. §. j. ff. de acq. poss. I. Conc. B.

§. IVL.[a] No. ergo q̃ restitutio quã facit usufructuarius colonus, priuat dominũ possessione.*

ADDITIO.

a *Iul. Bart. l. qui restituere. in fi. de rei uendic. & Bald. l. peregre. §. fin. in fi. de acq. posses.*

LEX IX.

IVLIANVS. No. q̃ per contestationẽ factam in actione ad exhibendũ, non interrũpitur præscriptio, uel usucapio, nec ipso facto, nec effectualiter. Secũdo no.[a] q̃ qs potest pati, ut conueniatur ab alio cẽ ab eo, qui habet ius in re, ut plenè dixi l. ubi pactum. de transac. Tetigi in l. cum putarem. fam. ercisc.

ADDITIO.

a *No. Bar. l. ij. ff. de do. præl. & in l. si Titius. de uer. ob. Et cum isto tex. concordat d. l. ubi pactum. & ibi Bal. de intellectu huius tex.*

LEX XV.

a THESAVRVS.[a] No. q̃ in istis summarijs cognitionibus iuramentũ ad cognitionem sufficit, & puto q̃ loquatur hæc lex in iuramento ad probationẽ, non ad totius causæ decisionem.

ADDITIO.

a *Thesaurus. Gl. l. iij. §. sciendi. ff. eo. in uer. summatim. Bar. l. j. in prin. quem ad. test. ape. & an istud sit uerum, q. ubi unum iudiciũ est præparatorium alterius, in illo sufficiat summaria probatio, Bal. l. quod tẽpore. C. de resti. mil. Bal. l. ij. col. fi. C. quando fis. uel priua. Fel. c. quæ in ecclesiarum. uer. iiij. declaratio. de const. & c. ueniens. el. ij. in fi. de test.*

DIGESTORVM, SIVE PANDECTARVM. LIB. XI.

a *De interrogatorijs actionibus.*[a] *Tit. I.*

ADDITIO.

a *P. PAV. P. Actio. Circa materiam interrogatoriorũ, uide Cast. cõs. cxliij. in prin. Item q. statutum loquens de positionib. non habeat locum. in interrogatorijs, Cast. cons. xxx. post prin. nunquid interrogans uideatur confiteri, sicut penens Fel. c. quoniam. eẋ. de prob.*

GL. continuat istam rub. & dicit in ea. Quæro an de-
a beat dari libellus,[a] quãdo petitur fieri interrogatio? Gl. dicit q̃ nõ, sed fit per officium iudicis, & sic nõ fit per libellũ. Ista prima ratio nõ est uera generaliter, ut dicit gl. Nam in integrum restitutio petitur per officiũ iudicis, & tamen requiritur libellus. l. in causæ. §. causa cognita. ff. de min. sed istud debet intelligi quãdo officiũ iudicis mercenariũ imploratur, quod deseruit actioni intẽtandæ. Nam quãdoq̃ imploratur officiũ iudicis nobile, & ex eo debet sequi condemnatio, tũc est necessarius libellus, ut eẋ. de off. iud. c. fi. Item ubicũq̃ implorat ur iudicis officium, nec ex eo quod petitur, debet aliqua cõdemnatio sequi, nõ est necessarius
b libellus.[b] de quo per gl. & Gul. l. nec quicquã. §. ubi decre. ff. de off. proc. & ibi diximus.

ADDITIO.

a *b Libellus. Bal. l. ij. C. quando fis. uel pri. in ult. col.*

LEX I.

1 *Interrogationes fieri debent ante lit. contest. per iudicem.*
2 *Interrogatio pro quæ parte quis sit hæres, ut ualeat, quot requirantur.*
3 *Titulus de interr. à titulo de confess. differt. quia hic ad litis ordinationem, titulus de confes. ad litis decisionem.*
4 *Interrogationes poterunt fieri, etiam post litem contest.*
5 *Interrogationes ad litis ordinationem, quibus casibus sint faciendæ.*
6 *Interrogationes istæ ab interrogationibus quæ fiunt sub iuramento de calumnia, in quo differant.*
7 *Scire & credere quomodo differant.*
8 *Interrogationes fiunt officio iudicis, etiam post lit. contest.*

OTIES. Interrogatio est facienda secundũ q̃ necessitas proponendæ actionis exigit. Item fit officio iudicis, non iure actionis. Primò ponit unum dictum, secũdò illud limitat, tertiò ponit quo iure fiat interrogatio, quartò quis sit interrogationis effectus. Secunda ibi, est autẽ. Tertia ibi, interrogatorijs. Quarta ibi, & tã-
1 tũmodo. Pro declarãda prima gl. † Quæro quãdo debeat
a fieri interrogatio, utrũ ante datum libellũ, an postea? [a] Tex. uidetur dicere postea, dum dicit, actio instituit. Veritas est q̃ exponatur, i. instituẽda dicitur, ut eo ipso q̃ quis narrat iudici, ego uellem conuenire te: lem tunquã hæredẽ ad tale
b quid, iudex cũ debet interrogare,[b] an sit hæres, & pro qua
2 parte sit hęres, si natura narrationis exigit. † Venio ad ij. gl.

& quæro quot requirant ad hoc, ut ista interrogatio, pro qua parte sit hæres, locũ habeat. Gl. dicit q tria. quæ dic ut
c in gl. quæ clara est. Pro declarãda tertia glossa, c quæro † in
3 quo differt hic titulus, à tit. de confessis. Gl. dicit hoc enim ante lit. cõtest. ibi posteà. l. non solùm. in princ. ff. de procur. & C. de confess. l. j. Doct. dicunt & melius, q hic titulus loquitur de interrogationibus, quæ pertinẽt ad litis ordinationem, titulus de cõfess. loquitur de his, quæ pertinẽt ad litis decisionẽ. Et hoc fortè uoluit sentire gl. quia ea quæ pertinent ad litis ordinationẽ, regulariter fiunt lite nõ contesta-
4 ta, ea quę pertinent ad litis decisionẽ, fiunt posteà. † Quæro, quid si aliquis fuerit oblitus ante lit. contest. facere istas interrogatiões, an poterit posteà facere? Gl. nõ tangit hic, sed in l. qui petitorio. in prin. ff. de rei uen. tenet q sic. quòd
5 no. † Tertiò quæro, in quot casib. sunt faciendæ interrogationes ad litis ordinationẽ, per hunc tit. Gl. enumerat hic undecim casus. Finaliter ponit reg. generalem, ubicunq; e-
6 quitas moueat iudicem. j. e. l. ubicũq. † Quæro, in quo differunt istæ interrogationes, ab interrogationib. quæ fiunt sub uirtute iuramẽti de calumnia. Dicũt quidã, q ibi quis tenetur respõdere de credulitate. l. ij. §. quod obseruari. de iura. calum. hic de ueritate. Gl. hoc non tenet, imò dicit q d' ubicũq; fit respõsio de credulitate. Vidēte, istę interrogatio-
d nes differũt ab illis, d quia ille qui interrogat, in istis nihil ponit, hoc est, nihil de ueritate asserit, sed petit se certificari ab aduersario, sed ex illo ti. de iura. calum. ille qui interrogat, ponit & asserit esse uerũ illud de quo aduersariũ interrogat. Et hæc differentia ex parte interrogantis, ex parte ue-
e rò respõdentis, puto q non sit differentia, e quia in utroq; habet nũdere de credulitate, nec puto q habeat necesse respõdere de ueritate tantũ. Nam si hoc esset, uerè nõ posset fieri interrogatio de æquitate, quod esset cõtra l. de æquita-
7 te. in prin. j. eo. † Ad cuius intelligentiam est sciendũ, q dif-
f ferentia est f inter scire, & credere, g nam scire est certitudina-
g riè ex eo q ipse uidit, & suo sensu percepit, hoc modo uidetur ueritas. Hanc autẽ scientiam nõ potest quis habere de sua ætate, sed ætatem nostrã quilibet nostrũ scit per fidem parẽtum, & relationem antiquorũ, ergo apparet q in l. de ætate. non debet respõdere de ueritate. Credere uerò est firmiter inhærere alicui rei, non ex eo quod ipse uidit, sed ex aliis relationibus, & ideò tex. de iur. calum. l. ij. §. q obserua-
ri. dicit de eo quod credit, & posteà subijcit de eo quod scit, ut ponat ibi de scientia impropriè, si quã habet cõtra credulitatem. l. ij. §. idem Labeo. j. de aqua plu. arcen. & ibi gl.
8 † Venio ad quartã gl. & quæro quo iure sit interrogatio-
h. olim iure actionis, hodie officio iud. Quæro quid si post lit. contest. Certe idem quod per officiũ iud. Quæro, quid
9 in iudice delegato h. idem, ut habes gl. in fi. † Venio ad ultimam gl. dicitur hic, in iure, quęre quid si extra iudicium? Dic ut l. j. C. de confes. & l. generaliter. de non num. pecu. &
10 j. prox. † Quæro an ualeat stipulatio h fine

* *Causa. Dicito* h causa. * Glos. remittit ad no. in l. ij. §. circa. j. de *in uniuersum, omnes obligationes, causa non expressa, inutiles esse: ut stipulatio, l. ij. §. si quis. ff. de doli excep. pacto. l. Iurisgent. §. sed cùm nulla. ff. de pac. cum similibus.* doli excep. & ibi dixi per Cy. in d. l. generaliter. de non num. pecu. I. Conc. B.

ADDITIO.

a Posteà. Spec. de interrog. act. §. j. uer. sed nũquid prius. ubi Io. And. & Bar. *l. qui petitorio. de rei uend. But. c. pen. de iur. calũm.*
b Interrogare. Bar. l. controuersia. ff. de transac. an ad petitionem partis possit pars interrogari post lit. contest. Bal. l. data. C. qui accu. non poss.
c Tertia gl. Bar. rub. j. de confes.
d Illis. Aliam differentiam ponit Bald. in l. j. C. de confess. & hic. per Spec. de positio. §. iij.
e P. PAV. P. Differentia. Abb. c. pe. eẋ. de iur. cal. Cur. in trac. iiij. breuilo. & etiam quod tenetur respõdere iur. cal. et Abb. ubi ff. & ibi etiã Ant. de But.
f Est. Bar. l. admonendi. j. de iureiur.
g POMA. Credere. Fel. c. j. col. j. & de fum. trin.
h Stipulatio. Et dũ gl. hic ault q, confessio sine causa in iudicio ualeat, adde l. sicut. Bal. C. de repud. hær. Ex quo infert q, instrumentum guarentigiæ sine causa tenet. Limita istam gl. de qua hic, non habere locum in arbitrio, uel arbitratore, Alex. consi. incip. in his quæ narrat. & cõs. seq. iiij. uol. & cõs. xiij. uer. nec illud. j. uol.

LEX IIII.

VOLVIT PRAETOR.

a §. QVOD AIT. a Interrogationes dicunt fieri in iure, ubicũq; fiũt corã iudice, licet pro tribunali nõ sedeat. Hoc est uerum in his & simil. quæ causæ cognitionem
b non requirunt. b Cy. C. de confes. l. j. in iij. q.

ADDITIO.

a Ait. Bar. & quod ibi dixi in l. iiij. §. hoc aũt. de dam. infe. in vj. & vij. opp.
b Requirũt. Dixi in l. de pupillo. §. si quis ipsi. de ope. no. nunc. Bar. l. si ut proponis. la ij. in duobus locis. quõ & quando iud. Imo. c. cùm mulier. sol. mat. Cy. l. j. de confess. in ij. q.

LEX V.

a QVI INTERROGATVR. Interrogato dandum est tempus ad deliberandum. a

ADDITIO.

a P. PAV. P. Delib. Istud est uerum, quãdo interrogatus tenetur respondere per uerbum præcisum, & assertiuum, secus si per uerbum credit, Ro. sing. dcxxvij. aliàs est, dxv. Fel. c. quosdam. in prin. eẋ. de præsum. Spec. iii. de pos. §. vj. uer. quid si interrogatus.

LEX IX.

SI SINE. No. q præsumit q interceſſerit interrogatio. De responsione procuratoris, an teneatur respõdere, dic ut in l. non solùm. in prin. ff. de procur. & j. de cõfes. l. certum. §. sed an. Dy. l. j. de confes. in xij. q.

LEX X.

SI DEFENSOR IN IVDICIO.

a §. QVI INTERROGATVS. a Qui dicit se hæredẽ,
b intelligitur in dubio b insolidùm, nisi ex præcedential legatione aliter limitetur.

ADDITIO.

a POMA. Interrogatus. Alex. l. sicut. §. j. de leg. j.
b Dubio. Quod hic dicitur, q, responsio in dubio intelligitur secundũ interrogationẽ, limita non procedere in rescripto, Imo. l. iudex. de re iud. & per illud quod dicitur hic, dicit Bal. l. sed & si possessor. §. item si iuratùero. ff. de iureiur. q, dictum testis refertur ad articulum.

1 *Agens ut hæres, quãdo cogatur exprimere ex testamẽto, uel ab intestato.*
2 *Iudex summatim cognoscit, an petitio sit impertinens.*
3 *Hæres per mediam personam alterius, non cogitur hoc dicere, nisi deliberatio partis impediatur.*

§. ILLVD. a An quis sit hæres ex testamẽto, uel ab intestato, non cogitur respõdere, nisi natura intentandę actionis hoc exigat. Ex isto §. habes, b utrũ ille qui agit
1 ut hæres, † debeat exprimere in libello utrũ sit hæres ex testamẽto, uel ab intestato. q si per hoc deliberatio aduersa-
2 rij nõ impedit, nõ cogitur, aliàs secus. † Itẽ q summatim cognoscit iudex, an petitio sit pertinẽs, uel impertinẽs, quod
3 no. † Itẽ no. q si aliquis sit hęres per mediã personam alterius, non cogitur hoc dicere, nisi impediret per hoc deliberatio aduersarij, de uulg. l. pen. C. de hæred. inst. l. ij.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Illud. Bal. & Cast. l. si is apud quem. de acq. hær. ubi limitat Pau. per Bal. l. ij. C. de suc. edic. Qualiter istud intelligatur, Cast. cons. ccxxvij.
b POMA. Habes. Alex. l. si is ad quem. in prin. de acq. hær.

LEX XI.

NON ALIENVM. Facit ad id quod dixi uobis in l. non solùm. ff. de nox.

LEX XII.

DE AETATE QVOQVE.

§. SI QVIS. Statur confessioni alicuius, licet non uerę contra se.

§. SI CVM ESSET. Pœna mentientis est, ut si primò tenebat pro parte, posteà teneat insolidũ, nisi iustè erraverit

i rauerit. No. † quid est mendaciũ. Aduerte cum istis interrogationibus respondet per credit, & nõ credit, quo possum cõuinci de mendacio, licet cm̃ potest res aliter se habere, tm̃ tu non probas me aliter credidisse. Iurisconsul. hic uidet uelle, q uero similiter debeat hoc scire, & si dixerit contra, præsumatur contra eum, ut conuincatur de mendacio, quod
2 no. † quem puniri de mendacio.

a §. QVI TACVIT. a Tacẽs, † quò ad sui cõmodum ha-
1 b betur pro negante, & insolidũ conuenit. Opp. j. l. px. b
ille enim qui negat, nullo modo tenetur. Huius timore iste §. legitur per gl. j. l. prox. tribus modis. Primo modo sic, quæ hic erat hæres pro parte, & sic habetur pro negãte, ut insolidũ conueniatur, ut §. prox. §. & sic bene continuat
c §. iste ad præcedentẽ. Vel dic c q licet nõ erat hæres, poterat tm̃ esse. Vel potest alio modo intelligi, ut uidebitis. j. l. prox. Doc. moder. legũt §. istum aliter, q ille qui tacet, tenetur insolidùm, ut habeatur pro cõfesso, ut hic, in prin. §. & quod j. sequitur, quasi negauerit similitudinariè ponit, q. d. sicut
d §. ille qui negat, condemnatur & tenetur insolidũ, propter suum mendaciũ, ita hic habetur contumax d & pro confesso, ut teneatur insolidũ propter taciturnitatẽ. Cy. l. ij. §. q d' obseruari. de iuramen. calũ. Et sic patet ex prędictis q tacẽs
e habetur e pro confesso, uel pro negante, prout suũ incõmodum respicit. Sed quæro, dicitur hic, qui non respondet, cõtumax est, sed quid requiritur ad. q. q sit præsens, & iussus respondere recusat absq; rationabili causa, ut ext. de confess. c. ij. lib. vj. l. certum. j. de confess. & Cy. in l. ij. §. sinautem. de iuram. calum.

ADDITIO.

a Tacuit. Limitat Inn. c. cum in cunctis, in gl. decurso tẽpore. de elec. si præcesserit tempus ad deliberandũ, & refert Bal. l. ij. §. q, si actor. de iur. cal.
b Prox. Bar. l. eius qui delatorẽ. de iur. fisc. & in l. quamdiu. la ij. de acq. hær. l. si quis instituatur. de hær. inst.
c Dic. Bal. l. sicut. C. de rep. hær.
d Contumax. Et quare in interrogatorijs contumax habetur pro negante, et in positionibus pro confitente, Bal. l. j. de confes.
e Habetur. Quid in contumacel. absentem. de pœ. & Bar. hic, & l. ij. §. quod si actor. de iur. cal. Ro. cons. ccccl.

a §. QVOD AVTEM. a Non uidetur respõdere, qui ad interrogata non respondet. Facit q d' qñ accusatio esset simplex, & alius respondet modificate, q non uideat ad interrogata respondisse, & eum iudex audire nõ debet, ut hic, & l. j. §. si quis simpliciter. j. de uer. ob. & dixi etiam in fi. illius l. in distinctione, quam ibi posui. Modo pone q examinatus super inquisitione facta contra te, quod tu occidisti Titium tali tempore, tali loco proditorię. Tu respondes, dicis te occidisse, sed nõ illo tẽpore, nõ illo loco, uel nõ proditoriè. Certè tu omnino nõ uideris ad interrogata respondisse, quia de alia re respondes. ergo iudex poterit te cogere, ut certum respondeas, ar. huius l. cõiuncta cũ alia.

ADDITIO.

a Autem. Non respondẽs inquisitioni, potest cogi ad omnia capitula certè respondere, aliàs fortè pro confesso potest ipsum habere, Bar. l. certũ. in prin. de confes. & in l. pe. j. de quæst. Lud. d. §. si quis simpliciter. Bar. hic.

a §. NIHIL INTEREST. a Obscurè respõdere, & nihil
b respondere, paria sunt. No. q si aliquis b respondet, q credit, si apparet maleficiũ, certè iste obscurè respõdet, incertũ enim dimittit interrogatorẽ, ideò iudex potest nõ admittere, & cogere cum ut respondeat. l. certum. in princ.
c de confes. Sed quid si dicat, non credit, c nisi appareat? Certè ista respõsio est certa, quod si appareret, reduceretur ad credulitatem.

ADDITIO.

a Interest. Istum tex. limita, & intellige ut per Inn. c. cum in cunctis. in gl. decurso. de elect. si præcesserit tempus ad deliberandum.
b Aliquis. Lud. l. j. §. si quis simpliciter. de verb. obl. Bald. l. cùm ad præsens. si cert. pet.
c Credit. Dubito de differentia inter istas duas responsiones. Istud ultimũ facit cõtra l. inter omnes. §. rectè. de fur. & l. Marcellus. §. j. j. rer. amo. Itẽ istud dictum intelligas, nisi statutũ diceret, deberi simpliciter respõderi, Bart. l. j. Bar. super. ff. uet.

in prin. j. de uul. & in l. j. §. si quis simpliciter. de uer. ob. Item istud ult. similiter intellige, quãdo illa uerba, nisi appareat, restringũtur ad acta in præteritũ facta in causa illa, quia aut hoc apparet esse uerum ex actis præteritis, & positio est confessata, aut nõ apparet, & nõ intelligitur negata, aliter non intelligitur sufficiẽter esse respõsum, quia ponens non releuatur ab onere probãdi, & oportet eũ facere noua acta producẽdo testes, uel instrumenta. sicut si nullas feciſſet positiones, quod nõ est dicendum, cùm positiones fuerint introductæ, ut quis releuetur ab onere probãdi. clementi. sæpè. circa mediũ. de uer. sig. & in l. ij. quod obseruari. de iura. cal. & ita fuit obtentũ. Bar. d. §. quod obseruari. in fi. dixi post Imo. l. j. §. si quis simpliciter. de uer. ob. Et certè contra Bar. quod nõ procedat illa responsio, non credit, nisi appareat, facit ultra ea quæ dixi j. quia ista respõsio uidetur cõditionalis per dictionem, nisi, ut plenè per Bar. l. j. de cond. & demon. illud autem quod pendet ab euentu cõditionis, dicitur esse incertũ. l. ubi autem nõ apparet. in prin. de uer. ob. responsio autem positionũ debet esse certa. l. certum. de confeß. Et in specie gl. c. præsentiũ. de testi. in vj. in uer. figillatim. ubi dicit q, responsio alternatiua positionibus data nõ procedit, quia incerta & similiter dicta responsio, habet uim alternatiuæ, quia non apparet, & non credit, aut apparet, & credit. contra Bar. facit quod no. Spec. de teste. §. qualiter. uer. quid ergo. cum uer. seq. & quod no. Bal. l. ij. §. quod obseruari. de iur. cal. in uer. ij. quæritur. ubi uoluit q, ubi respõsio nõ est talis quæ releuet ab onere probãdi, non est sufficiens. Ad illud enim inductæ fuerũt positiones. c. j. & ibi gl. de confes. in vj. no. in d. §. quod obseruari. & in cle. sæpè. de uer. sig. Et ita obtinuit in curia mercatorũ Bononiæ, & fuit iudicatũ per Pet. de Magnania, maximè stante statuto, q, si quis in facto proprio negauerit possẽsionem, & probetur cõtrarium, puniatur. Nam si dicta responsio admitteretur, nũquam locus esset pœnæ. Non ob. dictum Bar. hic, quia potest intelligi quãdo ex actis productis apparet, uel quãdo respõdens hoc facit apparere, Spec. in locis prælleg. uel in facto alieno, quãdo habet pro babilem ignorantiam. Et ad istas responsiones uide Spec. de instru. edi. §. nũc dicemus. uer. quid si quis in libello. & Bald. hic & cons. ccxxxix. lib. iij. Et quæ requirantur ad hoc ut positio dicatur cõfessata, Ang. cõs. cxxxv. Bal. cõs. clxxxij. Et quãdo cõfessio erronea posit reuocari, Ro. cons. ccccl xxv.

§. EX CAVSA. Ex causa iusti erroris, potest quis suã confessionem, reuocare. No. q de nouo emergẽtia nouo egent auxilio. Item no. q parcitur ei qui scriptura est deceptus, quod facit ad q. de eo qui interfecit eum, qui non erat bannitus, erat tamẽ in libro bannitorum. de quo in l. pe. j. de adult.

a §. QVI INTERROGATVS. a Qui interrogat, tenetur quasi celebrasset cõtractum, super quo interrogatus esset. Opp. imò uidetur q cõfessus habeatur pro cõdemnato. l. j. C. de cõfes. Gl. fatetur cont. quod ista confessio inducit probationem, & facit eũ haberi pro cõdemnato. Sed ista cõfessio probationẽ tantũ inducit. ff. eò. l. j. in fi. Idem in his quę pertinẽt ad litis decisionẽ, & sunt decisiua partis. Ratio apparet in prõptu, quia licet sit uerum, tamẽ id de quo est cõfessus, non sufficit ad condemnationem.

ADDITIO.

a Interrogatus. Istum tex. allegauit Bar. ad unũ, quod no. in l. ij. §. idem scribit. de pec. & q, talis respõsio præmissa interrogatione nõ credit, &c. non releuet aduersariũ ab onere probãdi, nec sit admittenda, Bart. post gl. d. §. quod obseruari. Bal. an admittatur responsio conditionalis, & qualificata, & quid si dicat, dico ut in instrumento continetur, ubi allegat Spec.

1 *Error iuris est, lata culpa.*
2 *Error probatur probando rem aliter se habere.*
3 *Cautela pro eo, qui iuste reuocare confessionem.*

§. QVI IVSTO. Erronea confessio post litem cõtestatam potest reuocari ex causa iusti erroris, secus si fuerit in dolo uel lata culpa ante litem cõtestatam, potest reuocari indistinctè, nisi captio actoris emergat. Primò loquitur qñ quis iuste reuocare post litem cõtestatam. Secundò qñ ante lit. contest. Secũda ibi, Celsus. Primò quæro exemplum de iusto errore, & de errore qui cadit in culpã, & no-
1 † q iuris error est lata culpa. l. liberorũ. §. notat. de his qui no. inf. Opp. de uer. Celsus. ad §. qui iusto. Sol. §. qui iusto. loquitur post litem cõtest. uer. Celsus. ante. Item §. qui iusto. loquitur in errore facti, uer. Celsus. potest intelligi in errore facti & iuris, ut colligit ex dictis Dy. eẋ. de reg. iur. c. ignorantia. lib. vj. ibi, ulterius, &c. Item uer. Celsus. potest intelligi

qñ scienter falsum confessus est in his, quæ spectant ad lites preparationē. Ita intelligit gl. C. de iur. & fac. ig. l. error. &
a hoc tangit gl. Quæro qualiter[a] probabitur error † Gl. hic
2 notabiliter dicit, probando rem aliter se habere, præsumitur error. C. de iur. & fac. ign. l. si post diuisionem. Istam ma-
3 teriam examinaui plenè in l. non fatetur. ff. de cōfes. Itē no. fi. ex quo pluries feci fieri cautelam talem, qñ aliquis dixit, q̄ uult reuocare cōfessionem, & aliquis notarius est rogatus de hoc q̄ faciat q̄ notificet illi, & ille uadat coram iudice, & dicat q̄ cùm peruenerit ad eius noticiam, rem se habere, prout inuenit in tali instrumento, quod aliter dicit.

ADDITIO.

d POMA. *Quæro qualiter. Imo. cons. j.*

LEX XIII.

SI FILIVS. Filius ex mendacio punitur, non ex taciturnitate.

LEX XIIII.

CONFESSIONIBVS.[a] Confessionibus est standum, quibus ius uel natura non repugnat.

ADDITIO.

d P. PAV. P. *Confessionibus. Ro. cons. cclxxv. Ideò si quis confiteretur se occidisse aliquem, & constaret eum esse uiuum, non præiudicaret sibi. Ioan. de Ana. cons. xvij. & ibi Bolog. dicit etiam istud per testes posse probari, scilicet, ipsum esse uiuum. Iaſ. l. errorem. de iur. & fac. ign. quod non potest ex confessione damnari, nisi constet de corpore mortuo, & q̄ si fuisset punitus, & postea constaret alium interfecisse, ille alius etiam esset puniendus. Super quibus etiam uide eundem latè in l. iusiurandum quod ex conuentione. §. procurator. de iureiur.*

LEX XVII.

SI SERVVS AB HOSTIBVS.

§. QVANQVAM. No. §. q̄ sicut quādo fit translatio de uno tempore ad aliud, requiruntur extrema habilia. l. sciendum. ff. ex quib. cau. ma. Ita quādo
* *Personam. Vt in extraneo hæ rede instituto,* de persona ad personam,* quod no. De quo plenissimè in l. si quis pro emptore. de usuc. *quem conditi testamenti, & mortis testatoris tempore habilem esse conuenit: §. in extraneis. Inst. de hæred. qualit.* I. Conc. B.

LEX XIX.

QVI EX PARTE. Si ille qui alium ut principalem defendit, non est soluēdo, in alium actio restituitur. Vel sic, Sententia lata contra unum ex sua confessione, non liberat uerum dominum.

LEX XX.

SI FILIVS.[a] Quando non tenet iudiciū, contumax in non respondendo non potest haberi pro confesso. Vel breuius, Inter quos nō ualet iudiciū, nec cōfessio.

ADDITIO.

d POMA. *Si filius. Ro. cons. ccxxiiij.*
b P. PAV. P. *Valet. Istud quō procedat, Abb. c. Pisanis. i. ul. no. ex. de rest. spo.*

LEX XXI.

1 *Procurator in omni actu facto non est necesse q̄ dicatur q̄ facit procuratorio nomine domini*
2 *Quando ex uarietate personarum, uariatur causa, impeditur constitutio duorum reorum.*

a QVI SERVVM.[a] Si ex uariatione personæ cōuenti, non uariatur causa unius, confessio & solutio liberat uerum debitorem, secus si ex uariatione personę, contingit uariatio causæ, nisi ueri debitoris nomine factū fuerit. Quam no. & ponit duo dicta quæ uidentur contraria & soluit cum magna subtilitate. Et no. distinctionē pulcherrimā, quæ est in tex. isto, ut apparet ex summario. No.
b etiam[b] ex fi. huius l. quod non est necesse, † q̄ in omni actu
1 facto per procuratorē, dicat q̄ ipse facit procuratorio noīe dñi, nam hic in fine, licet haberet mandatū, non dicebat se facere noīe alterius, & habet locū actio mandati. l. post do-

tem. sol. mat. fm lect. Dy. & ibi dixi. Vlt. no. ex lectura huius
2 gl. † q̄ qñ ex uarietate personarum, uariatur causa, impedi tur constitutio duorū reorum debēdi. Sed opp. nōne duo rei debēdi, &c. ut in gl. Idē in l. si id quod. ff. de duo. re. prout loquitur in promissione dotis & usus.

ADDITIO.

a Barb. *Qui seruum. Bal. in addit. Spec. ti. de confes. q̄ confessio eius, qui non delinquit, licet sit punitus, non liberat uerum delinquentem. Ro. cons. cclx.*
b *Etiam. Bar. l. si ita stipulatus. §. Chrysogonus. de uer. ob. No. q̄ si Titius confessus est se interfecisse hominē, & propter hoc decapitatus est, & postea apparet Sempronium fuisse delinquentem, & non Titium, an Sempronius debeat decapitari? Tex. hic no. alle. Bal. c. j. §. iniuria circa fi. de pac. iur. firm. & Ang. & Im. l. quoties. §. j. fol. mat. Im. l. is qui reus. in fi. de pub. iud. & gl. ibi præcedente die, & c. & Bal. l. ij. in fi. C. quib. res iud. non noc.*

LEX XXII.

1 *Causa est, ad cuius esse sequitur aliud.*
2 *Causa proxima intrinseca, existente uera, ualidat relictū in testamento,*
3 *Interrogatoriæ actiones de quibus hic, fiunt officio iudicis.*
4 *Libellus non requiritur in istis interrogationibus.*
5 *Libellus in officio iudicis quando requiritur.*
6 *Clausula generalis subiecta post casus speciales, illos casus comprehendit, quando non comprehendat. nu. 8.*
7 *Iudex in quacunq; parte iudicij, etiam post conclusum in causa interrogat partem, & positiones facit ex officio.*
9 *Iudex quando supplere possit etiam super facto.*
10 *Imperator facit æquitatem non scriptam, iudex inferior scriptam.*
11 *Interrogatio & positio quomodo differant.*
12 *Positio quid sit.*
13 *Positionibus quibus sit respondendum.*
14 *Positiones quo iure inductæ sunt.*
15 *Positionibus officio iudicis respondendum est.*
16 *Positio dicta est quòd super ea lis ponatur.*
17 *Positiones fiunt ut ponēs ab onere probationis releuetur.*
18 *Positiones fiunt post lit. contest. & etiam ante litem cōtestatam & in emergentibus ante.*
19 *Positiones usq; ad quod tempus fieri possunt.*
20 *Positionibus responsio debet fieri coram iudice pro tribunali sedente.*
21 *Positiones possunt fieri ab actore, reo, & eorum procuratoribus.*
22 *Positiones qualiter fiant, & qualiter eis respondeatur.*

a VBICVNQVE.[a] Quæro quando debeat monere æquitas iudicē? Dico quòd quatenus actionis causa proponitur, ut hic. b In Christi noīe, Repetiturus.
b l. ubicunq; in eius litera hūc ordinē seruabo, Nam primò cōtinuabo rubricā ad superiora, secūdò omittēdo casum summariū, quia lex ista, ppter eius breuitatē seipsam summat, ponā casum in terminis, tertiò legam literā, ipsam exponendo, quartò notabilia colligā, quintò apponā, sextò quæram, septimò audiā, & ero de præsenti actu expeditus. Redeo ergo ad primū, uidelicet ad rubricæ cōtinuationē, & cōtinua ipsam, ut no. ff. in gl. Contra quā opp. q̄ non sit
1 bona, & sic causa debet præcedere suū causatum, † quia fm philosophū, causa est, ad cuius esse, sequitur aliud. l. iij. §. ex plurib⁹. & quod ibi no. ff. de acq. pos. & de exceptio. rei iud. l. si mater. §. eandē. & l. cū de hoc. & l. an eadē. §. actiones. Facit quod uulgariter dicimus, Remota causa, remouetur ab eo causatus. l. generaliter. de episc. & cler. & l. in omni. ff. de adop. & de dona. l. ij. §. fi. & l. seq. cū simil. Sed ita est, q̄ actio personalis hæreditaria, per quam certū petitur principaliter, est causa istius interrogatoriæ actionis & interrogationis per hoc edictum fiendæ, ut patet in l. j. ergo tractatus talis tanquā causa debuit præcedere materiā, tanquā effectū ab ea causatū. ꝛc. & dico quod expositio tua est uera, q̄ causa debet præcedere causatū, quò ad producendū rem in esse, ar. ff. de or. iur. l. j. & quod ibi dixi. & ita est etiam hic, quia quò ad proponendā rem in esse, id est, materiam huius tit. oportet q̄ talis actio præcedat, & q̄ cōpareat actori, sed quò ad & ordinē iudiciarium, ista debet præcedere, & ita loquitur gl. & patet in legib⁹ prædictis. Sed cōtra premissa opp. quia causatum potest in esse produci sine causa, l. demonstratio. & l. cùm tale. §. falsam. ff. de cond. & dem. inst. de leg.
2 §. lōgè. & C. de fal. cau. adie. l. ij. Sol. † præmissa loquūtur in causa

f Pares. Adde gl. in d. c. cùm contingat. Bar. l. Gallus. §. ille caſus. de liber. & poſth. Bal. l. in inſulam. ſol. mat. Bal. c. cùm tu. & ibi Card. ext. de teſti. & Bal. §. quibus. in j. conſt. C. cont. eſt de mente gl. in c. noſtra. de teſt. et in iij. q. iij. c. teſtes. Ant. & Abb. c. cùm tu. Io. de Imo. l. inter ſtipul. §. j. deuer. ob. d. c. cum tu. Et cum hac opin. tranſit primam opi. ſequitur. Anch. conſilio trecenteſimo octuageſimoſeptimo, & trecenteſimo octuageſimonono, & Caſt. in addi. hic ad ſuam lect. & in quantum Alex. tangit, an teſtes reducãtur ad concordiam, ut probent, uel ut falſum euitent, dic q̃, Bal. iij. lib. conſ. quadringenteſimo undecimo, tenet q̃ non probent, idemq; tenet conſilio uigeſimooctauo, eo. iij. lib. incip. in quodam inſtrumento, ubi allegat dictum caput. cum tu.

1 *Mutuo perficiendo, ſufficit q̃ pecunia proficiſcatur uerè, uel fictè, & quòd tradens ſit dominus.*
2 *Mutuum triplex eſt.*
3 *Mutuum naturale merè, & mutuum naturale, cui ciuile cooperatur.*
4 *Mutuum ciuile quotuplex, & an ex mutuo uerè ciuili oriatur actio uel ex chirographo.*
5 *Procurator conſtitutus ad accipiendum pecuniam mutuo, ſi confiteatur recepiſſe, an obligat dominum. & nu. 6.*
7 *Procurator conſtitutus ad recipiendum pecuniam mutuo, & ad confitendum recepiſſe, & ad promittendum, non obligat dominum, ſi non conſtat de numeratione.*
8 *Mutuum quid ſit.*

§. IN MVTVI. Vt uobis dixi, hoc ponitur tertiũ exemplum, per qd' probatur creditũ differre à mutuo, ut genus à ſpecie. Nã in mutui datione oportet dñm eſſe dantem, * q d' nõ eſt in alio credi- * Dantẽ. Hoc eſt quòd dominiũ trãsferatur in mutuo, aliogn mutuũ non eo trahitur: not. Bar. l. jx. ff. de auto. iu. I. Cõ. to, ut puta in uenditione, depoſito, cõmodato, & ſi. Et ad hoc luriſcon. opponit de filio, & de ſeruo mutuante, & ſoluit per exemplũ de eo qui mutuat pecuniã ſuam mea uoluntate. Quæro ergo, quale exemplũ iſtud ſit, & quæ ſimilitudo dicit lac. de Are. q̃ primũ dictum de filio & ſeruo, põt intelligi duobus modis, Vno

Vno modo q̃ filius & ſeruus dantes peculiares nũmos, obligant accipiẽtes naturaliter ipſi filio & ſeruo, & tũc procedit exemplũ quod ſequiturclarè, ſ. q̃ illud ideò eſt, quia filius uel ſeruus habent dñi uoluntatẽ, ſicut ſi uoluntate mea tuos nũmos credas nomine meo. Nam mihi actio quærit propter uoluntatẽ tui dñi, licet ego non fuerim dñs. Secundo mõ põt intelligi, q̃ filius, uel ſeruus mutuantes, obligãt accipientẽ patri, uel dño, & hoc ideò qa ipſe pater, uel dñs fingit mutuare, & ſm hoc procedit exemplũ, quia hoc tale eſt, quale ſi uoluntate mea tuos nũmos credas noſſe meo. Nam mihi acquirit obligatio, & actio, quia fingor mutuare, cũ nomine meo mutuaẽ. Tũ in hoc eſt differẽtia, quia in hoc caſu ultimo ibi, quale ſi uoluntate mea, &c. ſunt duæ ſictiones, una circa actũ mutuãdi, quia ego fingor mutuare cui' noſſe mutuaẽ. Alia circa dñium, qa fingor mutuare pecuniã meã propter dñi uoluntatẽ, cũ uerè nõ ſit mea, ſed in præcedẽti caſu poſito in uer. nec ob. &c. ſ. in filio, uel ſeruo, ſolùm eſt una fictio, ſcilicet circa actũ mutuandi, cum uerè
1 illa pecunia fuerit patris, uel domini. Ex quo habes † q̃ ad perficiendum mutuũ, ſufficit q̃ pecunia proficiſcatur uerè uel fictè, & q̃ tradẽs ſit dñs uerè, uel fictè. Venio ad uer. uer bis. dixi uobis, q̃ hìc ponitur quartũ exemplum, ex quo oſtenditur q̃ creditũ differt à mutuo, ut genus à ſpecie, nam poſſumus credere per ſtipulationẽ, nulla in-
* Pecunia. Hoc falſum eſt, nã obligatio quæ re contrahitur ueluti hæc mutui datio, niſi reſequuta, non contrahitur: l. j. §. j. ff. de act. & ob. tu. ſtipulatiõe ſecuſ: l. j. de uerb. ob. I. Con. B. teruenìente pecunia, * uel etiam poteſt intelligi aliter, ut conueniat cum parte proxima præcedente, ubi dicunt q̃ ſufficit q̃ pecunia proficiſcaẽ uerè, uel fictè, hìc ponit exemplũ in mutuo ciuili, in quo nulla pecunia intercuenit, uel uerè, uel fictè. [a] Pro cuius rei euidẽ-
2 tia debes ſcire, put gl. no. dicit, q̃ triplex † eſt mutuum, quoddã eſt mutuũ naturale, & merè, quoddam eſt mutuũ ciuile, cui natura cooperatur, quoddã eſt mutuum merè ciuile.
3 Mutuũ † enim naturale eſt, qñ res mea ad te peruenit. Ita dicit gl. & bene. Tu tamẽ in hoc mutuo naturali dicas, quoddã eſt mutuũ naturale merè, ut qñ pecunia mea in te directò transfertur. Quoddã eſt mutuũ naturale, cui ius ciuile cooperatur per aliquã fictionem, ut qñ pecunia uerè interceſſit, ſed ius fingit eum numeraſſe, qui non numerauit, uel eſſe dñm qui non erat, ut ſ. prox. rñſo declarauí, uel quando pecunia debita ex una cauſa conuertit in cauſam mutui. l. certi condictio. in fi. ĵ. eo. uel quando mutuũ reconciliatur aliquo ex modis, quos uidiſtis ſ. in uerſi. appellata. ad qd'
4 facit ĵ. eo. l. ſingularia. Aliud † eſt mutuũ ciuile, cui natura cooperatur, dicit gl. ut quando ante ſtipulationẽ, uel pòſt incontinenti numeratur pecunia. Glo. in hoc dicit uerum, non tamẽ naſcitur in hoc caſu actio ex mutuo, ſed ex ſtipulatiõe impleta propter mutuũ. l. ſi ſtipulatus. §. Chryſogonus. ĵ. de uerb. ob. & l. ſi ita fuero ſtipulatus. & l. cùm enim, ĵ. de noua. Videbitis ĵ. eo. l. certi condictio. §. quoniã. Quod
5 dam † eſt mutuũ merè ciuile, ut in chirographo, ex quo qs obligatur poſt biennĩũ. l. in contractibus. C. de non nu. pecu. Dicit gl. & bene, q̃ tamen iſto caſu non oritur obligatio ex tali mutuo, ſed ex contractu literarũ propter mutuũ. Et iſtud quod gl. dicit poſt biennĩũ, habet locũ quando promiſſio, uel ſcriptura facta fuit ſpe futurę numerationis, ſed ſi fortè donandi animo, non ſpe futuræ numerationis promitterem centũ per ſtipulationẽ, quæ confiteor me habuiſſe & recepiſſe mutuo, ſtatim etiam non expectato biennio contraheretur illud mutuũ ciuile, & hìc eſt caſus in iſto reſponſo, ut gl. hìc intelligit in mutuo ciuili. Vide iſtam glo.
6 quæ incipit, id eſt, alienã fidem. & no. eam. † Et iſta ſunt uti
b lia [b] ad q. de facto, aliquis fecit procuratorẽ ad accipiendũ
c pecuniam mutuo, tamen in inſtrumento nõ fuit ſcriptum quòd recepit, ſed q̃ fuit confeſſus [c] ſe recepiſſe. Certè ex tali inſtrumento, niſi numeratio probetur, non poteſt [d] agi cõtra dominũ. Nam qñ facio te procuratorẽ ad accipiendũ pecuniam mutuo, intelligitur de mutuo naturali, qd' ſignificat iſta dictio, ad accipiendũ, ſed iſtud inſtrumẽtũ, in quo procurator eſt cõfeſſus ſe habuiſſe & recepiſſe, probat mutuum ciuile, cui natura non cooperatur, niſi probeẽ numeratio, ergo talis procurator non obligat dominũ, quia ad hoc non habuit mandatũ. l. j. §. ſi mutuam. ĵ. ſi quid in frau. pa. facit ĵ. de noua. l. ſi debitorẽ meum. & qd' ibi no. per Iac.
7 de Are. † Dico etiam q̃ ſi in inſtrumento procurationis diceretur, facio te procuratorẽ ad accipiendũ pecuniam mutuo, & ad confitendũ te recipiſſe pecuniã, & ad promittendum, &c. q̃ eodẽ modo dominus non poteſt conueniri ex illo inſtrumento, quia illa uerba, ad confitendũ te recepiſſe, intelliguntur ſecundũ pecuniam receptã. Si aliter intelli
e geres, eſſet donatio, [e] d. l. j. §. ſi mutuã. quæ donatio procuratori nõ uidetur permiſſa, niſi exprimatur, l. contra iuris.
8 §. j. & fi. §. de pact. † Vltimò ex prædictis poſſet tibi liquere, quid eſt mutuũ ? Nam mutuum eſt contractus celebratus ſtatione uera, uel ficta rei conſiſtentis in pondere, numero, uel menſura, cum ſpe recipiendi tantundem in genere ſuo, ut ex prædictis patet. b

ADDITIO.

a POMA. Fictè. *Quotuplex ſit mutuũ, Caſt. conſ. ccccxcvij.*

b POMA. Vtilia. Ro. *conſ. ccclij. Caſt. conſ. ccccxcvij. Alex. conſ. xiij. uol. iij. Are. conſ. v. Bal. cõſ. lxxxviij. & conſ. lxxxix. conſ. iiij. & conſ. xx. Ale. cõſ. clxxix. uol. ij. & conſ. cxxxij. uol. iiij. Pan. conſ. xvij. uol. ij. Barb. viij. conſil. ij. uol. Aret. conſ. lxiij. & conſ. lxxxvj. & Arch. conſ. ult. & Soc. cõſ. iij.*

c P.PAV.P. Confeſſus. *Com. conſ. cxlvij. Aret. conſ. iiij. Caſt. conſ. v. ubi ponit an ſaltem procurator obligetur, & quid ſi dederit fideiuſſores? Et concludit teneri. Ang. l. ad hæc uenditio. C. de præd. cur. lib. x. Fel. c. ſi cautio. ext. de fid. inſt. Fel. c. cum olim. de off. deleg. Barb. conſ. xix. uol. iij. in ij. dubio. et conſ. xx. in fi. uol. ij.*

d Poteſt. Io. And. *in addi. ad Spec. tit. de teſt. §. j. ſuper uer. ſed pone egi. Bar. l. à diuo Pio. ĵ. de re iud. & in l. non abſtulit. C. de nouat. Ant. de But. & Abb. c. ſi cautio. ext. de fid. inſt. Ca. conſ. ult. alias remiſiones etiã uide per Alex. cui adde in quantũ alleg. Frid. conſ. liij. ſentire contra Bar. qd' non eſt uerũ, quia imò idẽ ſentit, quia eius ultima uerba ſunt hæc, Do. procurat. nõ potuit liberare, niſi per realem ſolutionem, non fictam. Ro. conſ. ccclij. Bal. conſilio cccxxxij. j. lib.*

c Donatio. Bal. & Fulg. *in hoc tenent contra Bar. Caſt. Ang. Ro. idem faciũt. & cum opi. ipſorum tranſire uidetur Alex. Adde tu, q̃, pro opi. Bar. facit, quia in mandato eſt dictio, & quæ eſt copulatiua, & uidetur importare, q̃ ſola confeſſio ſine receptione, non ſit ſatis. l. ſi hæredi plures ĵ. de condi. inſtit. l. is qui ducenta. §. utrũ. ĵ. de reb. du. & maximè, quia ſub una & eadem ratione, & ſub uno & eodẽ uerbo reguntur, Bar. l. re coniunctì. ĵ. de legat. iij. Nam ubi qualitas uerborũ præcedentium, poteſt ſequentibus uerbis conuenire, intelligitur ſemper repetita, Bar. l. Seiæ. §. Cato. ĵ. de fun. inſtit. ergo qualitas naturalis accipi debet. Et bene facit quod dicit Bar. in hoc, in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. ĵ. de uerb. ob. Secundò facit, quia uerba ſunt ſequentia, ut ſecundũ ea intelligantur. l. ſi. §. cui dulcia. ĵ. de ui. tri. & ole. leg. & in Cle. non poteſt. de procur. cum ſimil. & bene, Bar. l. qui habet. §. ſin. ĵ. de tut. & maximè hoc eſt dicendũ, quia in hoc conueniũt reg. iur. uidelicet, quia uerba mandati intelliguntur ſtrictè. l. diligenter. ĵ. mand. Et ſic ut minus noceat conſtituenti, q̃ poſſit l. cùm de indebito. ĵ. de prob. Nam ſi dominus id non ſciſſet uero ſimiliter, ergo ſic non interpretetur mandatũ. l. ſi hominẽ. ĵ. mand. & propriè h. d. Bal. l. falſ. C. de fal. qd' eſt no. pro opin. Bar. licet magis cõmunis opin. ſit contra Bar. ut hic per Moder. Et ad rationes ipſorũ ſuſtinendo Bar. potes reſpondere, ut ĵ. & ad primum poteſt reſponderi, q̃, ibi erat ſic in mandato, quod non eſt hic. Ad ſecundũ reſponderi poteſt, quòd uerbum ad confitendum, non eſt quid diuerſum à uerbo, ad accipiendum, prout in ſimili dicitur mandatum ad uendendum, & inſtrumentum ad faciendum, quo caſu importat, ut primo uendatur, poſtea fiat inſtrumentum, ſic ergo accipiat primò, poſteà confiteatur, & ſic omnia iſta dicò referantur ad ueram numerationẽ. Tuatur iſta reſponſio, quia uerbum ad confitendũ, dupliciter capi poteſt, ſcilicet ad pecuniam numeratã, & non numeratam, ſed præcedens uerbum, uerificatur actualiter, ergo & uerbũ, ad confitendum, quia uerbum ambiguum, debet interpretari à præcedenti uerbo claro, & certo. l. j. & ibi Bar. ĵ. de reb. dub. Item non eſt ſuperfluum, quia confeſſio habet plura priuilegia, ut habetur in l. admonendi. ĵ. de iure iuran. & in auth. ſed iam neceſſe. C. de donat. ante nup. Ad tertiũ reſpondẽ, q̃, bene operantur in fauorẽ debitoris, ſi fiat confeſſio de recepto. Nec eſt uerum, q̃, in præiudicium conſtituentis ſint appoſita, quia imò ad confitendũ pecuniam numeratam. Ad quartum reſpon. confitendo id, ſcilicet negando q̃, habeat mandatum ad confitendum recepiſſe pecuniam non numeratam, ut ſ. dictum eſt. Et inquantum ipſi Moder. impugnant fundamentum Bar. dico & concedo, quòd mirã biennium non eſt donatio, ſed ex quo elapſo biennio*

biennio non pōt opponi exceptio. l. in contractibus. C. de non nu. pec. si non est oppositа exceptio, est donatio. Probatur hoc in simili, nam ille qui non potest alienare, non potest etiam facere actum, per quem in futurum sequatur alienatio. l. si ita quis. §. ea lege. ff. de verb. ob. & ideò est, q. qui non potest alienare, non potest compromittere, Inn. c. cum tempore. ext. de arbit. Ergo procurator iste, qui non potest donare, non potest facere actum, per quem in futurum sequatur donatio, sed ista confessio est huiusmodi, ergo &c. Nec obstat, si dicatur, quòd imò erit donatio, quia tenetur procurator domino, l. qui proprio. §. procurator. ut in cæteris. ff. de procur. quia posset dici, q. si nō esset soluendo, dominus esset in damno. Bal. d. l. in contractibus. & Imo. l. prædia. ff. de acq. poss. Ita dicebat dominus meus hic, scilicet, Fran. Pepi. & tu cogita.

LEX III.

1 *Vinum uetus est melius uino nouo. & nu. 4.*
2 *Tacitum habetur pro expresso. & nu. 9.*
3 *Contractus natura quod uenit, præsumitur tacitè inter partes conuentum.*
4 *Vinum uetus quod dicatur.*
5 *Vinum si mutuatum debeat restitui tempore uindemiarum, quod præsumitur actum ut reddatur de nouo.*
6 *Vinum uetus, an posit reddi pro nouo.*
8 *Testis senior & doctor senior prfertur iuniori.*
10 *Omissum à partibus quomodò probatur, aliud fuisse tacitè.*
11 *Mutuum uel donatio an & quando præsumatur si dictum sit, accipe istud uinum, uel tolle istam pecuniam.*
12 *Mutuum quando probetur, si testis dicat nescire an fuerit mutuū, & quid actum fuerit, sed bene uidit pecuniam numerare, & ipse eam recepit.*
13 *Libellus dicens se dixisse, tolle istam pecuniā, quam Titius recepit, & denegat restituere, ideò petit ipsum condemnari, libellus non procedit.*
14 *Libellum non sufficit præsumptiuè concludere.*
15 *Factum ex quo quis uult, quod aliquid præsumatur, quod debet allegari.*
16 *Bonitas duplex intrinseca, et extrinseca, et quādo extrinseca præsūmatur.*
17 *Pecunia si mutuatur, quando debet reddi secundum antiquam, uel secundum nouam.*
18 *Scholaris cui fuerat datus fundus per Abbatem, ipso reuerso ad domum, ut ipsum usufructuaretur, & causam monasterij diceret, an si nescisset causam defendere, debeat sibi auferri fundus.*

a CVM QVID. [a] Quod agitur tacitè, pro expresso habetur, & tacitè agitur ut æquè bonū reddat, hoc dicit. Et diuiditur in tres partes. Primò ponit dictū, secundò ponit rationē, tertiò docet practicam. Secunda i-
1 bi, nam in contrahendo. Tertia ibi, id autē. † No. q uinum
2 uetus est melius uino nouo, ut hic & l. iubemus. C. de erog. mil. ann. lib. xij. † Secundò no. q tacitum habetur pro ex-
3 presso. † Tertiò no. practicā, q illud quod uenit ex natura contractus præsumit à iure tacitè agi inter partes, nec est o-
4 pus probatione, ut hic dicit tex. † Opp. q uinum nouū sit melius uino ueteri, nam uinū uetus incipit acuere, l. si quis uinū. §. pe. ff. de uino, triti. & oleo leg. Sol. Pro huius declaratione debet scire, qd dicatur uinū nouum & qd uetus. Nā quidā dicunt uinū uetus esse, qd habet annū, d. l. si quis uinū. §. fi. cum l. seq. Alij dicūt in hoc inspiciendā esse consuetudinē regionis. l. legatis. §. fi. de leg. iij. Sol. quicquid doctores dicāt, dic q quædā sunt uina præcellentia, quæ possunt multis annis cōseruari, & in his fateor q uinū uetus dicit, qd transit annū, & eo casu melius est uinū uetus, q̄ nouū, & pretiosius. Quidā sunt uina cōia quæ ultra annum non durant, sed statim lapso anno incipiūt acuere, uel mucescere, & tunc uetus intelligit postq̄ incipit esse clarū, ita q deposuit illā grossitiā quā ex uuis assumpsit. Sicut dicimus de agno, qui incipit haberi in numero ouiū, cum detōsus fuerit. d. l. legatis. in fi. de leg. iij. Et ita se habet usus cōis, quē in hoc debemus tenere. l. ex usu. de ui. tri. & oleo le. Hoc modo intelligendo apparet, q uinū uetus est melius uino nouo. Si quis uellet ergo dare pro uino polito mustū, nō posset, ut hic. Prædicta uera, nisi ex qualitate tēporis, in quo de
5 reddendo actū fuerit, aliud præsumat. Quid em̄ † si fuerit actū, ut uindemiarū tēpore redderet, cum illo tēpore uinū uetus nō reperiatur in quibusdā partibus? Certè præsumit actū ut reddat de nouo. arg. ad hoc in l. Firmio. §. fi. qñ dies leg. ce. & l. nec semel. §. si in habitatione. eo. tit. Ex hoc appa-
6 ret sol. q. † quā gl. hic format in prin. utrū liceat reddere uinū uetus pro nouo. Breuiter ista est ueritas, si acceperis ui-
b nū uetus eo modo quo dixi, ita qd sit melius nouo, [b] nūc pōt reddi. Nam reddit in eodē genere, & in eadē bonitate. Nam licet sit melius, uel optimū, ipsum quoq; bonū est, l. ubi aūt. in prin. ff. de uer. ob. Sed si acciperes uinū uetus, taliter qd esset deterius nouo, tunc non posset solui, quia non redderet in eadē bonitate, ut hic, & quia cōditio creditoris
c efficeret deterior, l. Paulus. ff. de sol. Secundò [c] opp. in auth. de mona. §. fi. ubi nouū præfert ueteri, siue antiquo. Sol. in uino, pceditid qd dixi uobis, qd uinū uetus est melius no-
7 uo. In hominibus † uerò est præsumptio, qd antiquior sit melior iuuene, l. fi. de fide inst. & de iur. immu. l. semper. Potest tñ contrariū apparere, & tunc iunior præferet antiquiori, d. §. fi. auth. de mona. cū simi. Et sic est ar. qd in dubio te-
d stes [d] seniores & doctores † seniores præferunt. Sed in con-
8 trarium facit qd no. ff. de lib. posth. l. Gallus. in j. gl. Vlterius
e dicitur hic, q tacitū [e] habetur pro expresso, cōt. de uer. obl.
9 l. quicquid astringendæ. ubi habetur pro omisso. Sol. † dicit gl. ibi agebat ab uno, hic ab utroq. Vel uerius dicit gl. ibi in contractu qui celebratur uerbis, hic in contractu qui celebratur re. Hæc sol. est contra casum l. tritic. ff. de uer. ob. & ideò pro eius solutiōe dicas, quædā sunt, quæ dependēt ex uoluntate unius tm̄, ut ultimæ uoluntates, & in istis tacitum habetur pro expresso, l. inter uestem. ff. de aur. & ar. leg. & l. in conditionibus primū loc. de cond. & demon. Quædam sunt, quæ dependent ex uoluntate duorū, ut cōtract', & in istis, aut contractus celebrat uerbis, aut re, aut consensu. Primo casu aut omittit id. q est formale cōtractus, ut uerba, & tunc uitiat, & promisso habet. l. j. de uer. ob. & d. l. quicquid astringēdæ. primo tñ. fm primam lec. posita in prin. j. gl. Aut forma seruat, sed aliquid substantiale omittit, ut puta res, uel locus, & tūc aut illud agebatur tacitè, & potest probari. & habet pro expresso. d. l. tritic. aut non potest, probari, & habetur pro omisso, l. iij. §. si quis insulā. ff. de eo qd cer. loc. & l. ita stipulatus. in prin. de uer. ob. & l. qui insulā. c. tit. Quandoq; non omittit aliquid de substantialibus, sed de accidentalibus, uel naturalib. contractibus, & tūc idem est in contractu, qui celebrat uerbis, q est in contractu, qui celebrat re, uel consensu. In quo dic, aut aliquid agebat tacitè tm̄ ab uno, & non habet pro expresso. l. si repetendi. C. de cond. ob cau. & l. si maiores. C. de transac. Si uerò agebatur ab utroq; tacitè tūc habet, q pro expresso. casus est hic. Qua-
10 liter † aūt hoc probabitur q ab utroq; agebat? ar. primò si illud qd fuit omissum, ueniebat ex natura cōtractus, ut hic in fi. & de dam. infec. l. dāni infecti quidā. In prin. Secundò si de hoc erat cōsuetudo, l. q si nolit. §. quia assidua. ff. de ædi. edi. & l. si prius. §. j. ff. de aqua plu. arc. Tertiò [f] pōt probari ex præfationibus, hoc est, ex his quæ dicta fuerūt tēpore cōtractus, anteq̄ peruenirēt ad cōtractū. l. Titia. §. idē rñdit. de uer. obl. Idē si probaret alijs legitimis cōiecturis, l. semp in stipulationibus. & ibi per gl. de reg. iur. Pro huius aūt declaratione est uidendū, hic dicit Iurisc. q tacitè uidet agi, ut
11 æquè bonū reddat. Istud quō debet intelligi? Certè si hoc fuit actū ut reddat statim, intelligit ut reddat æquè bonū, ut hic. Sed si nō fuit actū aliqd de reddendo, sed simpliciter fuit dictū, † ut puta dixi, tolle istā pecuniā, uel istud uinū, utrū tunc uidet agi ut reddat, & æquè bonū reddat, pōt es-
g se dub. [g] Gl. hic dicit multū mirabiliter. primò debēt inspi-
h ci uerba quæ præcesserunt, & si ex illis præfationibus [h] pōt aliquid apparere, tūc illis est standū. d. l. Titia. §. idem rñdit. de uer. ob. Itē debent inspici uerba, quæ tunc fuerunt dicta. Quid. n. si dixi, accipe centū mutuo, uel mutuo tibi centū? Certè non est dubiū q uidetur actū, ut æquè bonū reddat, ut hic. Sed si simpliciter dixi, tolle istam pecuniā nec ex ueris præcedentibus, nec existentibus, uel sequentibus aliquid pōt apparere, tūc est recurrendū ad a-
i lias coniecturas, * primò ad conditionē per sonæ dantis [i] & accipiētis, gl. l. sed si ego. ff. ad Velle. Quid em̄ si dās erat homo diues, & recipiens pauper, exul de domo sua, & quantitas nō erat magna: certè præsumit donatio, seu datio amore Dei. Idē si erat fortè cōiuncta

* *Coniecturæ. Cum non facile donatio præsumatur. l. si cum dotē. §. si pater ff. de sol. mat.*

persona, uel si præcesserūt merita, uideret remuneratio. ar. l. sed & si susceperit. §. j. ff. de iud. & j. de don. inter uir. & ux. l. utrū. & l. si seruus cōis. co. ti. & de prob. l. Procula. & j. mand.
k l. si uerò nō remunerandi. §. idem Papien. [k] Si uerò ista talia non præcesserūt, in dubio censetur datū animo repetendi. & sic nō est donū, ar. j. de prob. l. cùm de indebito. facit j. de
12 don. l. donationes. §. j. & ibi no. † Ex hoc puto, q si testis in-
l ducat ad probandū mutuū, [l] & ipse dicit, nescio si fuit mutuū, uel quid, tū scio q ipse numerauit sibi in mea præsentia tantā quantitatē, & ipse recepit, quia ex hoc facto in dubio probat q est mutuū. Nam testis dicit factū, ex hoc aūt facto resultat iuris præsumptio, ut uidistis, licet aūt hoc sit
13 in teste, tñ puto q hoc non sufficeret in parte. Si enim in libello meo † ego ponerē, dico, q ego dixi tali, tolle istam pe-
m cuniā, & ipse recepit, quā negat mihi restituere, ideò ipsum peto mihi condemnari. [m] Puto q iste libellus non procede-
n ret, [n] Nam licet hoc ex facto partis præsumatur, tñ debet ab ea allegari, l. si adulteriū cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de
14 adult. † & sic non sufficeret libellū præsumptiuè concludere. Dices tu, hoc est cōtra l. omnes. §. Lucius. & quod ibi no. ff. de his quæ in frau. cre. Sol. illud uerum, qñ factū, ex quo
o aliquid præsumitur, non est factū [o] actoris proponentis libellum uel rei excipientis, sed est factū alterius. Nam qñ ex
15 facto † tuo tu uis q aliquid præsumatur, illud debes dice-
p re [p] & allegare. d. §. idem Pollioni. Ita debes intelligere hic, & ad prædicta, q dicta uerba, tolle istā pecuniā, sint dubia, facit C. de act. & ob. l. si quidē. Opp. l. actus. ff. de reg. iur. ubi est differētia inter tacitū, & expressum. Sol. ut ibi. & per Dy. c. actus legitimi. de reg. iur. in vj. Opp. & uidet q non debet reddi in eadem bonitate. l. uinum. ff. eo. Sol. dicit gl. multū
16 no. debes scire, q † quædam est bonitas intrinseca rei, ut q uinū sit talis saporis, & coloris, & similia. Quædā est bonitas extrinseca, ut q uinum tantum ualeat. Istud de ualore uenit ab extrā, quia idem uinū est, & eiusdē bonitatis quā-
do ualet plus, sicut qñ ualet minus, sed hoc qd ualeat plus uel minus, prouenit secundū accidētia. Ista bonitas extrinseca non consideratur, nisi à tempore moræ, d. l. uinum. &
17 ibi uidebitis. Et hæc faciunt † ad q. de pecunia mutuata, u-
q trum debeat reddi fm antiquam [q] formā, an uerò fm nouā? Breuiter quādoq; mutatur bonitas intrinseca pecuniæ quia in forma uel materia, & tunc dicitur omnino alia moneta, & ideò debet reddi de antiqua si pōt, uel eius æstimatio, ut hic, hoc enim uidetur agi, ut in eadem bonitate reddat, & in eodē genere. Quandoq; nō mutatur pecuniæ bonitas intrinseca, sed uariatur ualor, ut quia florenus ualet plus, uel minus q̄ ualebat istud non inspici-
* *Moræ. Quæ sententia licet impugnari possit eò uideatur, q. auctæ pecuniæ cōmodum, ad creditorem peruenisset, si adhuc apud se eadem pecunia remansisset. §. si grex. inst. de leg. Taciti certam causam habuerit contractus, quā credi-*
r tur nisi à tempore moræ. * d. l. uinū. quod dic pleniſsimè ut dixi. l. Paulus. ff. de sol. Vlt. [r] Gu-
s liel. format hic q. † scholaris reuersus est de studio. Abb. sancti Petri dedit sibi fundum, ut haberet de fruendū, cùm uerò ille iuit ad palatium, nesciuit quid diceret, & detecta est ignorātia sua. Abb. uult auferre ab eo illum fundum, seu reditum eius, quæritur an possit? Dicit Guliel. aut potest apparere aliqua causa, propter quam sibi dedit illū fundum, ut quia consanguineus, uel multū amicus, uel merita præcesserunt, & non posset ab eo re auferre, aliàs uideat in dubio tacitè actū, q sibi daret, ut cum iuuaret in quæstionibus suis, & ideò si nescit adiuuare, quia est ignorans, auferretur [s] ab eo, l. qui tutelam. ff. de testa. tut. & l. etiam si partis. ff. de leg. j. & l. Nescius. §. fi. cum l. seq. ff. de excus. tut.

tor mutare nō potuit, ea sequenda est ut ff. l. mutuum. l. Con. B.

ADDITIO.

a POMA. Quidā. Circa materiā hui⁹ l. an sit par uir⁹ taciti, et expressi Bar. *cons. iiij. uol. ij. Et ad istam l. uide Alex. cons. liiij. uo. iiij. Bar. l. naturaliter. ff. de uerb. ob. Alex. cons. lij. uol. iiij. & l. si ita scriptū. de leg. j. & Alex. consil. lxxxviij. uol. ij. & iij. text. Et ibi Ang. l. ex his. cum seq. C. de eui. & Fel. c. si quis contra. de fo. compe. Istam reg. q. par sit ius taciti et expressi, limita nō procedere quantū ad inualidum aliquē actum, Alex. cons. lix. incip. allegat Bar. super. ff. uel.*

tis uerbis testamenti. in ij. par. Ias. l. si emancipati. C. de iur. & fac. ign. quia aliquando plus operatur tacitū, q̄ expressum aliquando econtrà. Vide eundem latè hic, & casum, in quo plus operatur expressa professio, q̄ tacita. in c. nullus. de elec. in vj. cū gl. in uer. expresse. Et similiter expressius consensus extenditur ad similes casus, secus in tacito. Fel. c. si quis uer. & incidēter. de fo. compe. ubi quædā allegat pro & contra, & qd consensus expressus sit fortior tacito & aliquando econtrà, Dec. c. clerici. de iud.

b *Nouo. Multis modis dicitur nouum, gl. c. generali. de elec. in vj. Bar. rub. de ope. no. nun. in fi. & ibi Ang. & Alb. de Ro. in ij. parte stat. q. xv. Ang. l. j. §. quod quisq; iur.*

c *Secundò. Barb. cons. xxiij. in j. uol. Fel. rub. de maio. & obe.*

d *Testes. Gu. de Cug. limitat, nisi iuniores essent digniores, §. ordinationem. auth. Anch. l. dif. c. domino. & an doc. iuuenes præferātur antiquioribus, hic Alex.*

e *Tacitum. Tacitum non potest udere plus q̄ expressum gl. l. item quia. ff. de pac. quæ incip. ut perpetuò.*

f POMA. Tertio. Adde Barb. cons. x. in j. uol. & cōs. xij. & cons. xvj. & cōs. xxix. in prin. & cons. ij. uol. j.

g P. PAV. P. Dubiū. Quòd aūt in dubio præsumatur depositum, Peru. cons. ccxiiij. Ale. hic. Quod aūt in dubio præsumatur mutuū, etiā si præcessisset alius contractus, in cuius executione posset uerisimiliter præsumi fuisse data tam, puta, locationi, Ant. de But. cons. clxvij. De eo qd dicit gl. ff. tolle hanc pecuniā, quis contractus inducatur? Fel. c. si cautio. de fid. inst. Item q, si res mea relinquatur in domo Titij, eo sciente eius custodiā & curamē Alex. l. imitus. C. de procur. Barb. rub. ext. de depo. co. j. & Alexan. l. quæ dotis. ff. sol. matrim. in fi.

h *Præfationib. Gl. pro istis coniecturis, l. si ego. ff. ad Velle. & in l. si filij. C. de do. inter uir. & uxor. & in l. uxor. §. fi. de leg. iij. et Bar. l. quæ dotis. sol. ma. Alex. c. & si quæstiones. ext. de simo. Bal. cons. cccxlv j. iiij. lib. & cons. c. iij. lib. Ang. cons. ccvij. circa prin. Bal. etiam cons. ccccxvij. ij. lib.*

i POMA. Dantis. Can. c. & si quæstiones, ext. de simo. Ro. cons. cxxxviij. & & cons. ccxc. & cons. ij.

k POMA. Pap. Bal. l. j. C. de nō nu. pe. q, nunquā debet præsumi donatio, quoties potest capi alia cōiectura; & q potius debemus præsumere dementiā, q̄ donationem, But. cons. lxvj. Alex. cons. cxxxvij. uol. iij. Fel. c. quia uerò simile. de præsump.

l *Mutuum. Cast. cons. ccxiiij. Ro. cons. lxxvij.*

m POMA. Condemnari. Imo. c. super hoc. de renuncia. & Alex. cons. j. uol. v. Are. cons. cx. & Alex. cons. xxxv. uol. ubi dicit, q, licet aliquis ex aliquo præsumitur in dolo, q, tamē debet apertè allegari. Fel. c. afferte. de præsum. Are. c. ij. de lib. ob. Cæp. in tract. de seruit. tit. quæ sunt necessaria ad inducē dum præscriptionem. & But. in repē. c. uestra. de coha. cle.

n *Procederet. But. c. si cautio. de fid. inst. & c. ij. de lib. & ob. Imo. c. super hoc de renun. Abb. c. afferte. de præsump.*

o POMA. Factum. Fel. c. cùm ordinem. de rescrip.

p *Dicere. Aret. c. ij. de libel. ob. & ibidem Soc. in iiij. q. x. q. princ. & in q. xij. uer. circa secundum.*

q *Antiquam. Bar. l. Paulus. ff. de sol. & in l. cùm certum. ff. de aur. & arg. leg. & in l. nūmis. ff. de in lit. iur. & in l. quod te. ff. e. Gul. de Cug. l. uinum. ff. eo. Cy. l. in minorum. C. in quibus cau. in integ. rest. non est necessa. Iac. But. q. incip. quæstio talis est. And. de Isern. c. j. tit. quæ sint Regalia. Albe. de Ros. hic, & in prima parte statutorum. q. cxl. Bal. l. acceptam xvij. q. C. de usu. & in j. si quis argentum. C. de don. & in l. illud. C. de sac. eccl. & in l. ij. C. commu. de leg. Can. in Cle. si beneficiorum. de deci. & in c. cum canonicis. de censib. Anch. reg. peccatum. in v. oppo. in vj. & Ioan. And. in addi. ad Specu. in tit. de sol. §. nunc aliqua in fi. Old. cons. lxxxviij. & clxviij. Tu adde de qua moneta debeat solui dos, cum restituitur sol. mat. in qua mora non potuit euenire, Bal. cons. cccxxxix. ij. uol. De qua moneta debeat fieri solutio officialib. an de illa quæ currebat tempore introitus, an de illa quæ tempore solutionis, per eundem cons. cxxxvij. j. lib. De qua moneta fit fienda solutio uigore alicuius constitutionis, an de illa quæ tunc currebat, an de illa quæ currit tempore solutionis. Old. cons. ccl. Abb. cons. clxvij. ij. lib. Ro. cons. ccxiij. ubi improbat dicta Old. iij aliquibus suis consi. & ibi, quid in solutione legatorum, & quid in rescriptis.*

r POMA. Vltimò. Adde contra dicta Abb. & Mona. erga illum, qui fundauit monasterium, & dotauit, an debeat per hæc reuocari? Alex. cons. xcj. iiij. uol. Fel. c. ex literis. de const. & aliquid per eundem in c. ij. de excep. Præposit. in c. ueritate. viij. distin. Ro. cons. ccccxvij. & gl. in uer. literam c. cum in cunctis. de elec. Fel. c. j. de magi.

s *Auferetur. Io. And. in addi. ad Spe. in ru. o. de præb. format q. de episcopo, qui dedit præbendam imperito, quem putabat peritum, & de Barone, qui dedit feudum homini quem credebat probum uirum, & imperitia detecta*

est,utilitasq; & improbitas uassalli,an Episcopus, uel Baro posit reuocare ad prębendã,uel feudum? Sol.secundum Roff.q; non,ex quo causa quæ mouit,uel fuit mente concepta, non fuit expressa in collatione prębendæ, uel feudi.alle.C.de condi.ob cau.l.si repetendi. & C. de transac.l.si maiores.inducit etiam q; non licet alicui uenire contra factum suũ, dato q; non teneat. ff.de adop.l.post mortẽ. & ext.de cle.coniuga.c.diuersis.Item à prin.examinare debuit,ut ext.de elec.c.nihil est.subdit tamen quòd ecclesia posit iuuari beneficio restitutionis in integ. quæ utitur iure reip. l. fi.C.de sac.eccl. & Resp.utitur iure minoris. C. ex quib. cau.ma. l. Resp. & c.j.ext.de restit.in integ.Et hanc opin. sequitur Ro.ut refert hic Alex, licet motiua loũ. And.nõ referat.

LEX IIII.

1 *Depositi periculum spectat ad recipientem,quando eius causa factũ fuit.*
2 *Periculum casus fortuiti in deposito quando spectet ad recipientem.*
3 *Depositum quando reguletur secundum naturam mutui. & nu. 4.*
5 *Depositum quando est factum gratia utriusq; cuius sit periculum.*
6 *Principaliter agitur quando inspiciatur.*

* *Periculũ. Sed a culpam & diligentiam tantũ præstare tenetur:l.si ut.§. commodatum ff. commodat. l.Con.B.*

SI QVIS[a] NEC CAVSAM. Si depositum fiat † gratia recipiẽtis, & ad eũ spectat periculũ. * Primò ponit unũ dictum,ubi cõditio fuit expressa.Secundò ubi 1 2 nõ fuit expressa.Secunda ibi,nã & qui.† Op. C.de pig.act.l.quæ fortuitis. Huiꝰ timore sunt hic opin. Quidam dicunt,ut Io.q; hic ad recipientem spectat periculũ casus fortuiti. Hoc probatur per l.rogasti. ĵ.e. & probatur etiam
3 per rationẽ,† quia istud depositũ fit gratia mutui,ergo debet regulari fm naturã mutui.l.si eum qui.§. qui iniuriarũ. s̃.si quis cau. & l.j.§. si quis sub conditione.ĵ. ut leg.no.cau. sed in mutuo est periculũ debitoris, l. incendiũ.C.eo.ergo, &c. Alij,ut Azo, tenent cõtrarium, per d.l.quæ fortuitis. ad hanc legem rñdent,cum dicit,periculo est eius,scilicet præcedente eius culpa,saltẽ leuissima,hoc modo intelligunt.l. rogasti.& ita dicit Azo.& istam opin.tenent Gul.& Iac.But.
4 quam puto ueram. Non ob.qđ dicitur hic, † depositũ debet regulari secundũ naturam mutui,quia illud esset uerũ, quando pecunia non esset deposita signata in sacculo, sed ad numerũ,l. Lucius. la j.ĵ.depo. sed donec pecunia debeť in specie,de necessitate periculũ est domini.l.quæ fortuitis
b & l.pignus.C.de pign.act.Quæro,[b] quid si iste, † qui habe-
5 bat pecuniã,dedit eam sub usuris,an,an erit idem iuris? Videtur q; nõ,cùm tunc depositum esset factũ gratia utriusq; ergo periculũ non spectat ad recipientẽ.l.si ut certo.§.nunc uidendum. ĵ.com.In cont. casus ĵ.eo.l.rogasti.ibi,& ma-
6 ximè si fine, &c. & hoc tenet gl.hic.Ad cont.respondeo, † q
c debemus inspicere principale [c] propositũ, nam ab initio nõ habuit animũ, nec propositũ fœnerandi,unde tantùm gratia recipientis faciebat, & licet postea usuras acceperit, hoc nõ attendimus. Simile dicimus in Macedoniano, qđ principaliter fuit factũ in odium fœneratorũ, & redundet in fauorem filiorũ familiàs, tamen totũ illud dicitur odiosum,ita hic totus contractus, dicatur cõtractus celebratus fauore,seu gratia recipientis, inspecto principali proposito,q; est no.Nam ex hoc limitantur omnes leges,quę dicũt q; contractus usurarius celebratur gratia utriusq;.Debet enim intelligi inspecto principali proposito.Vide primã gl. quæ incipit,ut qa non præcesserat.& no.eam ibi, illud non curo, &c. Quæro quæ differentia est inter primũ casum, & fm[a].in primo fuit expressa conditio,in secundo non.

ADDITIO.

a P.PAV.P. Siquis.Ex reg. huius l.attendimus illud quod principaliter agitur.uide multas decisas q.per Alex.cons.j.in iij.uol.
b POMA.Quæro.Facit l.ij.§.tua & mea.ĵ.man.Ca.cõs.cccl xxxj. Ale.cons. j.iij. uol. & cons.xxiiij.uol.ij.Barb.cons.ij.uol.j.Alex.cons. vij. uol.iij. & cons.seq.& cõs.cxiij.uol.ij. in quibus locis uide hic multa quod attenditur initium,& quod principaliter.
c Principale.No.hoc Bar.pro limit.omniũ iurium dicentium,q; quando contractus celebratur gratia utriusq;, uenit leuis. non leuissima.Bar.l.rogasti. in princ.& Ang. & Im.l. qui Romæ.in prin.ĵ.de uer.ob.& Gul. de Cug. & Bald. l.j.§. unde quærit.ĵ.de exerc.per quẽ tex.decidunt no.q.& alias decidit Iac.But.dicens per hoc, q; si datum est arbitrium duobus super controuersis inter eos,& alter eorum decesserit,non potest alius arbitrari,quia non est ad idem arbitrium.

1 *decidit Iac.But.dicens per hoc, q; si datum est arbitrium duobus super controuersis inter eos,& alter eorum decesserit,non potest alius arbitrari,quia non est ad idem arbitrium.*

a §. RES.[a] A fure, & malæ fidei possessore res cõdici potest qđ tribus probatur exẽplis. h.d. totus iste §. qui est ual
1 de subtilis. † Opp. nemo cõdicit rem suam præterquã à fure,l.ult.s̃.usufr.quemad.ea.Sed hic iste,cui datur condictio,est dominus,ergo malè.Huius timore gl.intelligit omnia exempla huius §. q; reus contra quẽ datur hæc condictio furti,istas res mobiliores cõtrectauerit,ita q; fecerit furtum, meritò contra eum datur condictio furtiua,& condidio sine causa,omnis enim condictio degenerat contra furem.Inst.de act.§.sic itaq;. aliàs non procedit iste §.ita intelligit istam gl.quã uide.Contra istam lec.opp.quia hic simpliciter dicitur, q; res fuit pignorata,ergo potest esse q; fuit pign.res immobilis. Rz. gl.tunc intellige istum possessorem esse prædonẽ,tunc enim datur condictio contra eum, sicut contra furẽ. d.§. sic itaq;.& ibi gl.q; tene menti. Contra hoc opp.quia fm hanc lec.hæc l.non facit ad tit.Rz. imò facit ad tit.de certi condict. quia sicut competit cõdictio furtiua,& condictio sine causa,ita certi condictio generalis, ĵ. eo.l.certi condictio. in prin. Item opp.si iste, qui agit,est dominus, ad quid ergo aget,cũ dominiũ habeat? Quidã dicũt q; cõdicit possessionẽ.l.indebiti.§.fed & si nũmi.ĵ.de cond.inde, & l.ij.ĵ.de trit. Gl.istud reprobat per tex.qui dicit,q; res con dicit.& aliud est res,aliud possessio, l.si duo.in fi.ĵ.uti poss. Ad cont.tamen gl.rñdit.Dicebat Iac.But. q; in condictione duo sunt consideranda,unum ex parte agentis,& hoc modo iste condicit ratione dominij, & ideò dicitur condicere rem.Ita debet intelligi hic.Sed si condiceret ratione possessionis, tunc diceretur cõdicere possessionẽ.§.sed & si nũmi. & dicta lege ij.de triti.Secundo modo potest considerari re
b spectu rei, & tunc dicitur condici respectu possessionis,sola enim possessio restitui postulatur,& ita debetis intellige re hic.Opp. [b] tu dicis q; hic fuit factũ furtum,cont.furtum, nõ fit sine contrectatione. l. inficiando.de fur.& l.si quis uxori.§. necq; uerb.c. tit.Sed hic non præsupponitur aliquid de contrectatione, ergo nõ fuit furtum. Dicunt quidam q; animus qui habetur, non operatur ut præcedens contrectatio, & possessio operetur furtũ quòd est falsum.l. iij.§.si rem. ĵ. de acq. pos.Intellige ergo hic quòd pecuniã receptã cõtrectauerit.Item opp.dicitur hic,si non ex uoluntate domini, innuit, q; debeat probari condictio, domini, cont. l. qui uas.§.uetare. ĵ. de fur.Sol.illud uerũ in eo qui nunquã habuit domini uoluntatẽ conducendo ab eo. Vnde postea remanendo in condictione, dominus uidetur uelle,nisi probetur contrariũ. l. item quæritur.§.qui impleto. ĵ.loc.& l.legem.C.loc.ita dicit gl.q; intellige,si apparet dominũ scisse colonum remanere in conductione, nam tunc scientia inducit tacitum consensum. Secus si ignorauerit, l. qui ad certum.ĵ.lo.

ADDITIO.

a POMA.Res.Bar.& Alex.l.scire debemus.§.ĵ.de uer.ob.
b POMA. Oppo.l.si quis uxori. §. sed & si rem.ff.de fur. licet glo.uiolet illum tex.

LEX V.

1 *Interitus speciei, periculum post moram spectat ad debitorem.*
2 *Soluendi rem habitam qui habet facultatem,poterit in mora constitui.*
3 *Scire,uel scire debere idem est.*
4 *Quantitatis debitor quando liberetur per interitum rei, & ad quem spectet periculum.*
5 *Quantitas in genere,perire non potest.*
6 *Debitor librarum decem grossorum Perusinorũ,quando liberetur,si moneta illa reprobetur per statutum.*
7 *Materia inspiciatur in metallis magis quàm forma.*
8 *Generis debitor quando liberetur per interitum,& ad quem pertinet periculum.*

Speciei

9 *Speciei alternatiuæ, debitor quando liberetur per interitum,& ad ipsum spectet periculum.*
10 *Periculum interitus rei,ad hoc ut pertineat ad debitorem,an consideretur an res sit eadem modo peritura penes creditorem.*
11 *Morosus & fur æquiparantur.*
13 *Difficultas non impedit contrahi obligationem.*
14 *Difficultas quando non impediat moram.*
15 *Interpellandi,& constituendi in mora practica.*
17 *Perempta,si res debita non apparet,& ignoratur quid sit de ea,cuius erit periculum.*
18 *Debens par unum caponum,debet ipsos uinos.*

a QVOD TE.[a] Ad † debitorẽ speciei post moram, spe-
1 ctat periculũ interitus. Diuiditur, Primò ponit theoricã, secundò practicã. Secunda ibi, sed cum quæritur.
2 No.j.qđ dixi in summario.Secundò no.q; † ad constituendum quẽ in mora, requiritur q; habeat facultatẽ soluendi rem debitam. Item no.q; requiritur q; sciat uel scire debeat
3 se debere. Item no. q; † paria sunt scire, uel scire debere.Venio ad primã partem, & opp.q; indistinctè periculum spectet ad debitorẽ,l.incendium. C.eo.Huius timore gl.distinguit hic tria genera debitorum quæ explicabo per tria cõtraria Rz. ad l.incendium. ibi loquitur in debitore quantitatis, hic in debitore certæ speciei. Debet eĩ certam speciẽ,
4 putaStichũ, ut dicit j.gl. Vndeĩ † debitore quantitatis distingue,Aut quãtitas debetur respectu certę speciei aut simpliciter, Primo casu interitu illius speciei liberatur, ut s̃.de nox.l. electio. §.si is.& ĵ. de pec.l. quæsitum. & l.quidam.§.si
b tibi.de le.j.& l.Titiæ textores.[b] §.fi.eo.tit.& ĵ.loc.l.in naue.Secundo casu,aut fuit facta oblatio illius quantitatis,& ea pẽpta sine culpa debitoris,liberatur debitor ope exceptionis.l.qui decem.in prin.ĵ.de sol.Aut non fuit facta oblatio,
5 tunc periculum pertinet ad debitorẽ, quia † quantitas in genere perire nõ põt.d.l.incendiũ.Fallit si aliter esset conuentum,l.periculum.ĵ.de nau. fœ.& C.de na.fœ.l.j.Vel ibi ante quàm ad locũ debitum perueniretur, pecunia erat debita
c in specie, non in quantitate.Iuxta [c] hoc † moueo dubium.
6 Ego dixi quòd quantitas in genere non potest perire. Ponamus casum q; pereat, ut uerbi gratia, debeo tibi libras
d decem grossorũ [d] Perusinorũ, cõtingit quòd per statutum huius ciuitatis ista moneta est reprobata, ita q; non potest expendi, an debitor liberetur. Videtur quòd sic,quia eadẽ est ratio,quæ est in debitore speciei.l.in ratione.§.incertę.ff. ad leg.fal. Nec potes dicere,saltem remanet argentũ ut materia,quæ potest solui.Nam in obligationibus personalibus q; superest ex re perempta,ad creditorẽ non pertinet.l. mortuo boue. in prin. ĵ.de leg.iij.Cõt.puto, uidelicet quòd liberetur debitor à præstando pecuniã illam in forma, sed
7 saltẽ debet eam prędstare in materia.Nam in pecunia & † in omni genere metalli,materia inspicitur principaliter,& tra hit magis ad se formã, cĵ forma materiã. l. quæsitum. §. illud fortasis. ĵ. de leg.iij.Vide circa istam q.c.cũ canonicis. in fi.ext. de censi. & uidetur gl.s̃.eo.l.cum quid.in uer.boni tate. in fi. Secundò opp.q; periculũ indistinctè pertinet ad debitorẽ.l.in ratione. §. incertæ.ĵ.ad leg.fal.Sol.hic debitor
8 erat speciei, ibi debitor erat generis † generalissimi,ut hominis in genere, in quo debitore generis distingue. Aut erat debitor generis generalissimi, ut hominis in genere, & tunc indistinctè periculũ pertinet ad debitorẽ, quia genus perire non potest,d.§.incertæ.nisi præcesisset oblatio,l.qui decem. ĵ. de sol. Aut est debitor in genere subalterno,puta dum quis debet unũ de seruis suis,& tunc aut periit unum indiuiduũ de illo genere, & tunc idem qđ s̃.proximè dixi. Aut periit totũ illud genus subalternũ,& tũc idem q; in debitore speciei,ut distinguatur,an ante morã,uel post,d.§.in certæ.& statim dicam. Opp. l. Stichum aut Pamphilum in
9 prin.ĵ.de sol.Sol.hic † loquitur in debitore speciei alternatiuæ,in quo debitore alternatiuæ distingue, Aut erat debitor speciei alternatiuæ, & dic ut d.l. Stichũ. Aut est debitor speciei simpliciter,& tunc aut illa species perit facto debitoris,aut facto creditoris, aut facto neutrius, sed casu fortuito. Primò casu, aut facto debitoris iusto,& liberatur, l. qui seruum.ĵ.de uerb.ob.& l.quid ergo.§.si heres hominem,de

leg.j.aut facto debitoris iniusto,& tunc indistincte tenetur, l.si seruum. in princ.ĵ. de uerb.ob.& l.si ex legati causa.in fi. eo. tit. Si uerò facto creditoris,[e] uel tertij,dic ut l.arbitrio.§. fin.s̃.de dolo.& per doct.l.non moriturum.C.de contrahẽ. stipulat.Si uerò perit casu fortuito,tunc habet locũ lex ista, ut distinguamus an ante moram, & debitor liberatur, an post, & non liberatur,ut hic,& si habes expeditum princ.
10 primæ glo.Iuxta hoc ultimũ dubitatur,† an debeat distingui, utrum res essent eodem modo perituræ penes creditorem, uel non? hic in gl. ponitur opinio,& in l.mora.ĵ.de usur.Pet.hic & Cy.refert in l.in minorum.C.in quibus causis in integ. rest. non est ne.Gul.de Cug. ponit etiam hic suam opi.quorum opi.ego reprobo in l. nemo.§.j. ĵ. de uerb.ob. Ego dico uobis solum hic purã ueritatem, & distinguo sic, aut loquimur in actione reali, & tunc tenet gl. quæ est in l.item si uerberatũ.§.fi.cum l.sequen.s̃.de rei uendicat.Aut loquimur in actione personali,& tunc aut in actione,quæ descendit ex delicto,& tunc sine dubio non est adhibenda distinctio an esset eodem modo peritura, &c. l.j.§.rectissimè. & l.meritò.ĵ. de ui & ui ar.& C.qđ met. cau. l. j.& C.de fur.l. subtracto. Fallit in l. si cum exceptione. §. quod si homo. s̃. quod met. cau.Ratio, quia ibi tenebatur ad triplũ, si uerò obligatio personalis descẽdit ex cõtractu,uel quasi,in hoc sunt opi.Ego teneo opin.gl.q; non debeat adhiberi illa di
11 stinctio.Ratio,quia morosus & fur æquiparantur, † l.inter stipulantem.§.pen.& ibi no.ĵ.de uer.ob.& l.meritò. in fin.ĵ. de ui & ui ar. Sed in fure nullum est dubiũ, ut s̃.dixi,ergo, &c facit l.cum res.§.fi.de leg.j.Ad l.si plures.ĵ.de po.respondet ut in gl. Ad rationes Vltramon.dic ut dixi. in d.l.nemo. §.j.ĵ. de uer. ob. Venio ad secundã partem,& uidetur quòd hæc duo quæ ponuntur,non sufficiant ad probandũ mo-
12 ram, sed requiratur interpellatio. † l. si ex legati causa ĵ. de uer.obl.ĵ.de usur.l.mora.Gl.j.in fi.huius l.fatetur contrariũ, & dicit q; hæc lex debet sup- * *Suppleri.Vita* pleri * per illas gl.bene dicit, tñ in ueritate ar- *hanc l. correctionem,& sic* bitror Iurisc. sic intellexisse. Ponit etiam pro *dicito, quoties* constanti q; debitor interpellatus noluit sol- *dies in contra-* uere.tamen hoc non sufficit, nisi concurrant *ctu appositus,* alia duo, quæ hic ponuntur in tex. scilicet,q; *mora ante in-* potuerit soluere,& intellexerit se debere.Et p- *terpellationem* pter hoc quod ibi dicitur de interpellatiõe, *nõ committitur,* quidã intrant materiã interpellationis, & u- *secus uerò ubi* trum euẽtus conditionis interpellet pro ho- *dies interpositus est,l. tradi-* mine, sicut euentus diei, qđ hic recitat Gul. *ctitiæ. ff.de ac.* & Cy. ponit in l.in mitorũ. C. in quibus cau. *& ob.l.Con.* in integ.rest.nõ est ne.Ego istã omnia examinaui in l.quoties in diem.ĵ.de uer.ob. Procedo ulterius, hic dicitur q; requiritur q; debi-
13 tor habeat facultatẽ dandi, † Cõt. difficultas non impedit obligationẽ.l.continuus.§.illud.ĵ. de uerb.ob.Huius timore dicũt quidam, q; reus dicitur habere facultatẽ,si res debita est in rerũ natura,ut sic non inspiciatur facultas,seu
f difficultas personæ,sed naturæ. [f] Alij dicunt quod hic ponit Iurisconsul.id quod posuit ad ostendendũ maiorẽ contumaciam,non quòd hoc sit necesse.Sed ista sol. displicet, quia imò rectè Iurisconsul. hic posuit, ostendẽs q; sit necesse. Vnde alij dicunt q; difficultas non impedit contrahi obligationem. l. cont.sed moram cõmitti sic.Casus est hic,Hæc est uera sol.& multùm no.hanc tenebat Iac.alleg.l.si uehenda.§.pen.ĵ.ad leg.Rho.de iac.Sed ibi loquitur in eo, qui tenetur ad factũ, non in eo qui tenetur ad dandũ. Rogerius uerò,Pet.& Cy.hic aliter dicunt,aut difficultas suberat tempore contractæ obligationis, & non nocet, contraria.Aut superuenit ex post facto & tunc impedit moram.Ita loquitur hic.Hęc distinctio non placet,per l.cum seruus.& quod ibi no.ĵ.de leg.j.Et ideò circa materiã de difficultate,solùm
14 hoc examinabo nunc,an † difficultas impediat moram,& dico sic, Aut in obligatione est factũ, & indistinctè difficultas impedit morã. l. si uehenda.§. pen.ĵ. ad leg.Rho.de iac. & l.j.§.iubet. in uer.si frater.ĵ.de coll.bo.etiam si fuerit iuratum,ut ext.de iureiur. c. breui. Aut est in obligatione dari,
g seu datio, & tunc aut debetur species, [g] & difficultas impe-

dit moram cõmitti. Casus est hic, & in l.cum seruus.ff.de le. ff.& l.cum res in prin.eo.tit.Aut est obligatio quantitatis, &
h difficultas non impedit morã. h Licet enim in perpetuũ debitor non possit congregare pecuniam quam debet, tñ in mora constituit, d.§.illud.Si enim debitorẽ non excusat casus,d.l.incendiũ.& ſ.dixi,multòminus difficultas.Nec ob.
i ad prædicta.i l. Thais.§.j. ff.de fideicõmiſ.lib.quia ibi respectu serui nõ erat datio quantitatis in obligatione, sed eius
k respectu debebatur factũ,scilicet solutio seu liberatio. k Tene ergo tertiã solut.hic ponitam,&c.circa materiã difficulta
l tis dic ut d.§. illud. Venio l ad ult.dicitur hic q̃ ad moram
quando debet intelligi sufficit se debere intelligere, licet non intelligat. Cont.ff.de reg.iur.l. qui sine dolo.ꝛ. subaudi ibi sine dolo, uel lata culpa. Requiritur ergo quòd intelligat,uel intelligere debeat
15 se debere. Et per hoc do cui † uos pluries, qualiter debeat fieri interpellatio & protestatio. Nam si quidem tu es debitor ex facto tuo, sufficit quòd ego denũciem tibi quòd solquod dolo a debitore nat
l quod mora ff. deps. uas. Nam cum ex facto tuo dependeat,tu intelligis,uel intelligere debes te debere.l. quanquam.ff.ad Vellcianũ.Sed si tu esses debitor ex facto alieno, ut quia hæres,uel ,procurator tuus promisit, tunc ad constituendum te in mora non sufficit simpliciter denunciatio,quia non intelligis,nec intelligere debes te debere, quia in facto alieno est tollerabi-
m lis ignorantia.ff.pro suo.l. fin. m & ideò ■ est necesse quòd
n ostendã tibi n instrumentũ debiti, & legas,uel dem tibi copiam.ff.de pos. l. si quis inficiatus.& de reg.iur.l.qui in alterius.& ibi gl. & ext.de elect.c.causam.in Clemẽ.& sic feci fieri pluries in ciuitate ista. Opp.l.uideamus.la grande.§.fi actionem.ff.de usur.Sol.hic ponitur unus effectus moræ,scilicet quò ad interitũ, ibi ponuntur alij, scilicet quò ad fructus & quò ad usuras.De quibus dic ut l. mora.ff.de usuris.
16 † Pro declarãda.l.quæro quomodo practicabitur hec lexꝛ. actor petit Stichum, si reus non opponat de morte, uel difficultate, tunc processus est planus, quia reus condemnabitur,& habebit tempus,quod datur iudicatis ad soluẽ dum, secundũ quod habetur Instit.de inut.stipul.in fin.Vi debitis ff. de constit.pecu.l.promissor Stichi.Si reus diceret Stichũ esse mortuum , & probaret,tunc adhuc prima petitio stat,quia homine mortuo,adhuc ipse homo peti debet l.si seruũ.in fin.ff. de verb.obligat.sed tunc actor habebit necesse ptobare ipsum esse mortuũ, postquã reus fuit in mora, quòd probabit eo modo quo ponitur hic, probando quòd reus habuerit facultatẽ dandi,& quòd intellexerit se debere, uel intelligere debuerit, & fuit interpellatus legitiо mè, ut uidebitis hic. Quæro ° quid si dubitetur,quia reus probauit mortẽ, & actor interpellationem, & alia quæ ponuntur hic, tamẽ non apparet utrũ seruus fuerit mortuus ante interpellationẽ, uel post.Certè reus absoluetur.Nam actor habet probare quòd reus habebat facultatẽ eo tempore quo debebat soluere, hoc est, tunc cum interpellabatur. Ità debet intelligi hic, aliàs in dubio sequetur absolutio.l.eum actũ.in fi.& ibi no. ſ. de neg. gest.& in l.nõ solũ.§. sed ut probari.& ibi etiam no.ff.de op.no.nũc.facit qđ no.
p C.de prob.l.matrem tuã.Fortè tamẽ si actor p probaret debitorem tempore contractæ obligationis possedisse rem,
12 *Creditor qui mutuauit administratori ciuitatis, probat pecuniam uersam in utilitatem ciuitatis,ecclesiæ uel minoris.& nu.4.*
13 *Pecuniã uersam in utilitatẽ ciuitatis,ecclesiæ,uel minoris qualiter ꝓbetur.*

a CIVITAS.[a] Ex mutuo facto administratori ciuitab tis,conuenitur ciuitas,si est in eius utilitatem,cõuersum,aliàs ipse administrator. Opp. q ciuitas[b] ipsa obligetur,sicut obligatur delinquendo.ff. quod met. cau-

1 sa.l.metũ.§.animaduertẽdum.Pro huius† declaratiõe debetis aduertere,quia ista materia est quotidiana, & utilis,

2 dic quãdoq; accepit pecuniã mutuo ipsa ciuitas, seu † cõciliũ,quod totã ciuitatẽ repræsentat,C. quæ sit lon. cõsue. super rub.isto casu puto indistinctè,q ciuitas obligẽt.arg. d.§.animaduertendũ.& quia potest ciuitas circa alienationẽ rerũ suarum facere legẽ quã uult,l.prohibere.§.planè.ff.

3 quod ui aut clam. & iste contractus, † & omnis alius,qui fit ab eo,qui habet potestatem legis condendę,habet uim legis.l. Cæsar. de pub.& l.pe. C. de do.inter uir.& ux.qd' est

c no.[c] Et per hoc dico,† q pacta quæ apponuntur in cõtra-

4 ctibus,quæ fiũt cũ hac ciuitate, possunt allegari in iudicio tanq̃ statuta cõtra ciues huius ciuitatis,& ꝑ oẽs quos ligà-

d rent statuta.Per hoc etiam dico,[d] † q si consilium facit syn-

5 dicũ ad obligandũ cõmune & populũ & etiã singulares ꝑsonas,& res pro aliquo contractu cõmuni,q singulares ꝑsonæ ita poterunt cõueniri,sicut si de hoc esset factũ statutũ,non eim hoc ex solo ꝑctu iure obligationis procedit,qa cũ alia persona sit populus,& aliæ personæ singulares ipsius populi,nõ põt unus alterũ obligare.Sed hoc,pceditex

6 ui legis, quia talis † ꝑctus habet uim legis,[e] ut dixi. Q̃q̃

e non accipit † conciliũ pecuniã mutuo, sed administrator

7 ciuitatis,uel syndicus,tunc si quidẽ est ei hoc specialiter cõcessum,ut pecuniã mutuo accipiat,& tunc obligatur ciuita-

f tas,licet nõ appareat cõuersum in eius utilitatẽ.[f] l.habeãt. in prin.ff.de instit.Sed si erat ei cõcessum, ut acciperet pecuniã mutuo,in certã causam,tunc puto q sufficiat,qtẽpore quo mutuo accepit pecuniã,asserat se in dictã causam recipere,licet nõ appareat in illã causam esse cõuersam,ff. de exerci.l.j.§.nõ aũt.uersi.sed & si in pretijs.Azo in summa,de exercitoria.§.quid si seruũ.& Inn.c.fi.de fideiuss.quod apparet manifestè,qm̃ mandatũ impleuit, fuit enim sibi cõcessum,ut pecuniã mutuò acciperet in talẽ causam,& hoc fa-

8 cit,& ultra nõ habebat quærere creditor.† Q̃q̃ nõ habet speciale mandatũ ad accipiendũ pecuniã mutuò,sed est ei cõcessa simpliciter administratio ciuitatis, tunc loquit̃ ista lex,q accipiendo pecuniã mutuo,obligetur ciuitas,si in eius utilitatẽ probetur pecuniam esse uersam, aliàs secus.d.l.j.

g §.nõ aũt.ff.alleg.& C.de sac.eccle.auth. hoc ius porrectũ.& C.q̃ ex facto tu.l.fi in rẽ.Facit ẽt qd' no.[g] l.fi pupilli.§. j.in mag.gl.ff.de neg.gest.Quæro,dicit̃ hic,si pecunia nõ ẽ ꝑsa

h in utilitatẽ ciuitatis,tenent̃ administratores,qua actione[h]

9 tenent̃?Breuiter,† ut puto si q̃dẽ ipsi receperũt pecuniã mutuo simpliciter,uel etiã tanq̃ administratores ciuitatis, q̃ hoc nõ excluditur,quin ẽt ipsi ꝓprio tuo nomine teneant̃ ex eodẽ ꝑctu.Potuit enim mutuãs cõtemplatione utriusq; mutuare,qd' præsumitur in dubio,d.l.si pupilli.§.j.& C.q̃ ex facto tut.d.l.si in rem.& hic.Sed si expressè fuit dictũ,qd' recipiẽtes tanq̃ personæ priuatæ non teneant̃, tũc nõ ẽ dubium,q non tenebunt̃.Nam obligatio non obligat ultra animũ,& intentionẽ ꝑhentiũ,ut ff.c.l.nõ omnis.in prin.Et hoc uidetur tenere Inn.c.tua.ext.de arbit. Quid ergo tunc fiet?R.sicut creditor,qui ut creditor uẽdidit,ad duo teneẽ, s.ut se creditorẽ doceat,& se doceat cæteris potiorẽ. Cred. cuict.pig.nõ debere.l.j.& l.ij.ita ille qui ꝑhit,ut administrator ciuitatis,& ad ciuitatis utilitatem debet facere duo,s.se administratorẽ probare ciuitatis,& se ad utilitatẽ ciuitatis

i hoc fecisse.Aut ergo nõ docet[i] se administratorẽ,uel docet se minus legitimũ mandatũ habuisse,& tũc teneẽ de dolo, ut ff.de dolo.l.quidam debitor.& l.si legatarius.eo.ti.Dolo enim facit asserendo se administratorẽ, cũ nõ esset.Si uerò docet se administratorẽ,non aũt docet pecuniã uersam in utilitatem ciuitatis,puto q poterit cõueniricõdictione ob causam.Fuit enim ei mutuata pecunia ob hãc causam, ut in utilitatẽ ciuitatis uerteret,quæ causa secuta non est,ut ff.

k de cond.ob cau.l. si procuratori falso. & per tot.tit. Si uero k neutrũ doceret,nec se administratorẽ,nec pecuniam uersam in utilitatem ciuitatis,tũc puto q cessaret actio de dolo,& haberet locũ condictio ob causam,quia actio de dolo cum alia non cõcurrit, ff. de dolo.l.ij.& ij. C. de dolo.l.ij. & facit ad prædicta.ff.qd' falso.tut. aut.l.j.& per totũ illũ tit.

l Sed quæro[l] † practicã huius legis,quõ agam ꝑ administra-

10 torẽ,ut se administratorẽ doceat?R. potero agere primo ꝑ ciuitatem,& interpellare illũ,ut causæ assistat, & eã instruat probando prædicta.C.de euic.l.si parẽtes cũ duabus legibus seq. quod si non facit,tũc agetur ꝑ eum istis actionibus,de quibus. ff. dictũ est, posset ẽt ante iudicis officium implorari,ꝑ talem administratorẽ,ut prædicta faciat,arg. ff.de euic.l.in creditore.facit.ff. de fideiuſ.l.si cõtendat,& qd'

ibi

ibi no. Quæro & nunc intro gl.hæc lex loquitur in ciuitate,quid in alijs collegijs?R Glo. dicit idem,quam no.Iac. de Are.cõt.quia ista lex est ꝑ ius cõmune,ergo &c.Ius singulare.& l.quod uerò cõtra.ff. de legi. & l. sed & re,ꝓbari. in fi.

m de exc.tut. Gul. De Cug.& Iac.de But.[m] uidentur tenere, & dicere q quædã sunt collegia,quæ inuicem in cõmuni omnia tractant,sicut negotia particularia, ut collegium eorũ qui emunt salinas,uel alios reditus ex publico,de quibus habetur.ff. qd' cuiusq; uni.nomi.l.j.Et in istis non haberet locũ hæc lex,in alijs uerò collegijs magis haberet locũ hęc

u lex,quia est cadẽ ratio.Certè si prædicta bene † aduertatis, gl.nostra uidetur uelle,q nõ sit speciale in ciuitate,imò idẽ in omnibus,qui de necessitate per alios reguntur,gl.d.l. si pupilli.§.j.in fi.mag.gl.Cũ ergo omne collegium de necessitate regatur per alios, uidetur q in quolibet collegio sit

12 idẽ.Quæro,quis habet necesse probare † pecuniã uersam in utilitatem ciuitatis,uel collegij,uel alterius? Gl. dicit q

13 creditor.Sed qualiter hoc ꝓbabitur? Dicũt quidã,† si mun tuatum est administratori præsente[n] collegio,ex hoc probat q fuerit uersum in utilitatem collegij, q satis placet, ꝑ ea quæ.ff. dixi, sed si mutuatum est solum administratori non præsente collegio,tunc uidetur q sufficiat probare,q

o tempore cõtractus mutui ciuitas indigebat.[o] l.fin.ff. de exercit.Et hoc tenet Iac.de Are.& Cy.hoc refert in auth.hoci[p] porrectũ.circa fi.C. de sacr. eccl.Gul.de Cug.dicit q lex fide exercito.loquitur in personis nõ priuilegiatis,sed personę

14 † priuilegiatæ, ut minores, Ciuitas, & Ecclesia,habẽt hoc plus,s.q creditor ꝓbet hoc uerè in utilitatẽ personarũ pri-

p uilegiatarũ esse uersum.[p] Circa hoc uideInn.ext.depos.c.j.

q &Iac.de Bel.auth.ut nulli iudi.§.j.in prin.[q] & ext.de sol. c. j. per gl.& Inn.

ADDITIO.

a PAV.P.*Ciuitas.Istam l.repetit Ang.Item q, pro mutuo facto administratori ciuitatis,non possit conueniri administrator,nisi prius probetur,mutuũ non esse conuersum in utilitatem ciuitatis,Bar.consꝛ.xcij.Barb.cõs.cix.uol. iij.in iiij.dubio.Pan.cõs.vij.in j.dubio,in ij.uol.Soc.consꝛ.xv.*

b POMA.*Ciuitas.Istud aũt arg.Bar.cõpleas sic,bonũ est arg. de delictis ad contractus,& econtrà.l.omnem.in prin.ff.de iud.Sed ciuitas obligatur de linquendo.l.metum.§.animaduertendum. hic alle. ergo & contrahendo. Vltra resꝓnsionem Bart.ad hoc arg.quod est,q, cont.loquitur quando ciuitas ipsa delinquit,& quod iãc esset in l.nostra,quando ipsa peteret mutuum,non aũt administrator.Resꝓn.q, ista lex loquitur solum in contractu mutui. Secundò q, istud arg.de delictis ad contractus, habet locum in priuatis personis,nõ aũt in priuilegiatis,de quib.nostra lex loquitur.Tertiò,q non est simpliciter uerum q, ciuitas delinquẽdo obligetur, quia intelligere debes hoc dictum Bar. hic secundũ quod intelligit, & declarat ipse aut facta.in fi.ff. de pœ.in uer.ulterius quæro.q, teneatur ciuitas delinquẽ do prius communicato consi.quæ deliberauerat committere delictum. & uideas quæ ibi scripsi ad Bar.Istud idem priuilegium quod habet in contractu mutui,ut sit necesse ad hoc ut obligetur uersum in eius utilitatẽ, datur etiã minori.l.j.C.si aduer.cred.& Ecclesiæ ut patet in auth.hoc ius porrectũ.hic all.per Bar.& c.quod quibusdam.de fideiuss.& no.c.j.de depo.alijs aũt priuatis non datur.Intellige tamẽ,q, illud priuilegium datur ciuitati in contractu mutui paßiuè, hoc est, quando sibi pecunia mutuo datur, nõ aũt actiuè,hoc est,quãdo ipsa dat mutuo pecuniã,quia tunc non est magis priuilegiata,q̃ alia persona priuata.l.nihil.ff.ad Mac.& in hoc est magis priuilegiatus minor, qui & actiuè & paßiuè est priuilegiatus.l.uerũ. §.ff.ff.domin.& ita dicit gl.d.l.nihil.*

c POMA.No.Bar.l.ff.*quod cuiusq;uniuer.& l.pe.& ibi Bal.C.de don. inter uir.& uxo.& l.iiij.in prin.& ibi Mod.maximè.Alex.de re iud.Bar. l.j. §. quod cuiusq;uni.& Ang.hic.& Raph.Cu.l.continuus.§.cũ quis.ff. de uerb. ob.Cont.tamen tenet Bal.sibi cõtrarius.l.ij.C.ne fil.pro pa.quẽ refert & sequitur Paul.hic d.l. iiij.& Sal.hic,& cõt.Bar.arguit Alex. consꝛ. xliij. & præcipuum eorũ fundamentũ est,quia ciuitas non põt obligare singulas ꝑsonas,nec eorũ bona,nisi expressè cõsentiant,nec etiã cõtra eas cõdere ll.nisi causa subsistente.l.si priuatus.ff. qui & à quib.l.toties.ff. de pollicit. et est bonus tex.l.Antiochensium.ff. de priuil.cred.& l.uenditor. §. si constat ff. cõmu.præd.quod tamẽ limita ut per Ca.hic.In isto autem passu, ego sic dicerẽ,q, aut ciuitas cõstituit syndicũ, ut obliget solũ personas particulares in specie,ut puta duas,tunc dico Bar.non bene dicere,quia illis nõ consentientibus,non possunt obligari,cùm obstet exceptio doli.& sic etiã non ualet particulare statutum.l.j.in fin.ff. de excep.doli,per quem ita determinat Bar.super ff.uet.*

Bar.l.omnes.v.q.prin.ad fi.ff.de iust.& iur.et in l.fi.uer.sequitur tex.ff. de ap.reci.Ang.l.ij.ff. qd' quisq; iur.& ibi Ale.Can.e.cũ oẽs.de cõst.& ibi Ab. in rub.eiusdẽ.ti.& in istis terminis loquitur gl.no.l.ij.C.ne fil.pro pat.& ibi Bar.declarat hoc modo.& pro ista conclusione,q, non ualeat in effectu,habes tex,& ibi Bar.d.l.toties.et d.l.Antiochensium. & fortius tenuit ipse Bar.q, etiam tale statutum particulare,non ualeret contra Iudæos,l.nemo externus.C.de Iudæ.Etiã plus dicit Bal. q, imo etiã si tale statutũ loquere tur uerbis generalibus,sed tamẽ in effectu cõprehenderet solũ particulares personas,q, nõ ualeat,l.quisquis. C. quo appel.nõ reci.& c. cũ ordinẽ. de resc.& Bar.d.l.omnes d.v.q.& d.l.fin.d.uersꝛ.sequitur.

d POMA.*Dico.Alex.cõs.cxlv.j.uol.ubi tenet cõt.Bar.hic,Anch.cõs.xiij. alias.cxxxj.inci.super dubio.& Anch.cõs.cxlv. inci. optimis rationibus. & in repet.c.canonum xj.q.quem sequitur Alex.cõs.xxxvij.Si aũt creaꝛetur syndicus,ut posit obligare in genere subditos,nõ restringẽdo se ad istũ uel illũ,tũc est distinguendũ,quia aut nõ subest causa,& tũc nõ poterit obligare personas particulares,aut subest,& poterit,quoniã ciuitas & Principes possunt auferre bona, & iura priuati cum causa,Bar.l.fi.C. si contra ius uel uti.pub.& ibi gl.& in prooe.huius lib.uersꝛ.dicit hic.& istud ultimum tenet Fulg.& Ro.hic,in ult.q.*

e *Legis.Alex.dicit q, opi.Bar.& sequacium procedit in ciuitate non recognoscente superiorem,idem Bal.consꝛ.cccxlj.lib.iij.& Ro.consꝛ.cccx.ubi ponit q, ciuitas potest donare res subditorum, si ciuitas obtinet locum Principis,Ang.consꝛ.cclxx.*

f *Vtilitatẽ.Bar.l.doli mali.uersꝛ.per hoc induco.ff.de noua. & auth. hoc ius porrectum.C.de sac.eccl.& cũ Bar.transeunt communiter hic alij scribentes,licet Ful.& Ro.aliqualiter ipsum impugnent.*

g POMA.No.Bar.*l.principalibus.ad fi.ff.eo.*

h *Actione.Bar.consꝛ.cxij.Ca.consꝛ.ulti.*

i POMA.*Docet.Bar.consꝛ.xcij.& c.*

k *Verò.An autem lex ista procedat tantùm in pecunia numerata,an etiã alij in rebus mutuabilibus,& an in cõtractu mutui tantũ,& an in alijs contractibus,circa primum dic q, Bal.l.singularia.in xiij.ſpeciali.ff.eo.tenet q, hæbeat locũ tantũ in pecunia numerata stricte,& nõ in alijs rebus mutuabilibus,quem tamen non credo bene dicere,quia tex.noster dicit,q, mutui datione obligari poteſt nõ restringendo se ad pecuniam numeratam,sed mutuũ cõſiſtit etiã in alijs rebus.l.ij.§.mutui.ff.eo.Non ob.uerb. pecuniæ.positum in tex.quia quando sumus in materia non odiosa, terminus pecuniæ, largè accipitur,pro rebus mutuabilibus.Bar.l.singularia.uersꝛ.& aduerte ff.eo.et in l.talis scriptura.& ibi doc.ff. de leg.j.Ex quo uidetur Bal. in fi.illius ſpecialitatis mutare sententiam.Circa ſecundũ dic,q, gl.l.j.C.de uendẽ. reb.ciuit.lib.xj.tenet q, ſic,ſed reprobatur per Bar.& doc.ibi, & Inn. & Can.c.j.de postlitu. & Bal.auth.hoc ius porrectum.C.de sac. ecc. Pau. & Ro.hic in fi.& quod imò hæc lex non habeat locum in alijs contractibus, probo,nam ciuitas & minor æquiparantur.l.respub.& ibi gl.& Bar.C. ex quib.cau.maio.modo minor non habet priuilegium,nisi in cõtractu mutui.l.j.ſi aduer.cred.ergo idem in ciuitate,cum parificentur,ut ff.*

l POMA.*Quæro.Scripſi ad Bar.l.qui ſemel.ff. de decre.ab ord.ſaci.Hanc opi.q, omnis cõtractus celebratus à Principe,uel habente potestatẽ legis cõdendæ,habeat uim legis,et posit allegari in iudicijs,tenet Bar.l.Cæsar,hic alle.& l.ſi unus.§.pactus.ff.eo.de pac.Bal.& Pau.l.j.in prin.ff. de const.prin. Vnde dicit Alb.l.j.ff. de har.uel act.uend.q, ſimiles cõtractus habeant uim legis publicæ.Et huic regulæ adde,q, primò concludit Alex.consꝛ.cccxxv.j. Bal.c.ad audientiam.de præſc.& in c.j.quid ſi mueſti.Ang.l.officiũ.circa fi.de rei uen.quia ſimiles cõtractus habent uim legis,ut ff.ſed perlegẽ transfertur dominium ſine traditione.Bal.l.j.in j.no.C.commu.de leg.in l. fi.C. de ſac.eccl.& idem c.iij.de noua for.fide.can.c.cũ dilectus.de cõſue.An tamen per contractum principis transferatur dominiũ ſine traditione, Bal. poſt And.de Iſer.c.ij.de noua for.fide.ubi uidetur ſibi contrarius.*

m *But.Io.And.in addi.ad Spe.ti.de in integ.reſt.ubi habetur q, caſtris & collegijs repletis multitudine hominum datur reſtitutio, non autem paruis. Ro.consꝛ.ccccxxiij.*

n *Præſente.Alex.dicit q, magis communis opi.eſt.quod ſufficiat prælato mutuum datum conſenſu capituli.Ang.consꝛ.ccxlix.*

o *Indigebat.Adde ut per Zilio.de Cre.cõſ.ult.Anc.cui conſ.ſe ſubſcripſerũt. Zab.Fulg.Sal.de homod.*

p POMA.*Verſum.Sed qualiter hoc probabitur in utilitatem perſonarum? Communis quædam opi.eſt,q, non ſufficiat probare, q, tẽpore contractus mutui ciuitas egeret pecunia,ſed q, imò requiratur actualis probatio uerſionis in utilitatem,Ale.conſ.iiij.uo.iij.F id.de Sanis.conſ. cxix. Ang.conſ. ccxxxiij. Limita ut non procedat,quando ciuitas egeret pecunia in aliquã cauſam quam probaret data pecunia fuiſſe ſecutam & adimpletam, quia in iſtis duobus concurrentibus,probaretur pecunia uerſa in utilitatẽ. Cy.*

auth.hoc iuis porrectum.hic alle.Bar.& Ang.l.si prædiū.C.de præd. min. Can.c.j.de depos.& limita ut hic per Cast. & Moder.quod confirmat ex eo quod uoluit Bar.& Bal.l.fi.ff.de ali.pup.præst. Bar. l. cū seruus. ff.de uer.ob. dum loquitur de pictura perfecta.Secundò ex eo quod uoluit Bar. l. & si præfatam. in fi. C. de iur. delib. dum loquitur quando reperitur creditoribus satisfactum. Tertiò ex eo qd'uoluit Bar. l. fi. §. sinautem. C.ad Maced.& l.si uētri.§.j.ff.de priuil.cred. dum loquitur de frumento mutuato pauperi,posset tamen dici,q; ista non loquuntur in personis privilegiatis, in quibus loquitur tex.noster.Et limita,ut nō,pcedat in ciuitate exercente artē quæstuariā,quia tūc non est necesse probare uersum in eius utilitatē,Bal.rub.de exerc.Aduerte etiā q; Bar.hic & doc.uidentur sibi cō trariari,dū uolūt l.fi.de exercit.nō habere locū in ciuitate, et dū uolunt ſ. l.j.eo.ti.§.nō aūt.uersſed & si in precijs.habere locū in ciuitate. & sic dicūt ll.illius tit.loqui,& nō loqui in ciuitate,qd'magnā continet in se repugnantiā nisi dixerimus quod ſ.quādo alle.l.j.lex loquitur quādo administrator habebat ſpeciale mandatū à ciuitate,& ideò nō est mirū,cū tūc ciuitas utatur iure priuati,ut hic per Bar.uer.sed si erat ei cōcessum. & bene,d.l.primā allegarent,cū l.ſe nō in priuato eo casu'posse habere locū & in ciuitate,sed hic dum alle. l. fi.loquitur quando administrator nullū habet mandatū,et ideò nō est mirandū,si dicūt eā nō habere locū in ciuitate, cū tūc administrator nō posit ciuitati præiudicare,Anc.cōs.suo ul. col.lij.

q POMA.Prim.Alex.consiiij.uol.iij.& Frid.cōs.cxix.ubi dicit quales probationes admittantur ad hoc probandum.

LEX XXVIII.

a CREDITOR.Qui accipit pignus [a]non idoneū non renunciat propterea personali actioni.Op. quia recipiendo pignus,uidetur renūciare personali actioni.l.fi.C.de pac.conuen.So.ibi loquitur in his quæ competebant de iure speciali,hic in his quæ competebant de iure communi. Item dicit gl. q; ista lex nō seruatur Venetijs.

ADDITIO.

d Pignus.Dicit Bal.q; habēs pignus,nō pōt iurare debitorē suſpectū de fuga, & eū capi facere: qd'intelligit Alex.cū pignus est sufficiens,alias secus.Pro quo adde quod uoluit Ro.cōs.cexxij.ſ.quod si habeo instrumentum guarē tigionatum,& faciam debitori statui terminum ad soluendum,q; per hoc non impedior,quin possim ipsum facere detinere.

LEX XXIX.

SI INSTITOREM.Ex contractu institoris cōuenit dūs,sicut ex ꝯctu ,pcuratoris.h.d. Gl.intelligit,si pecuniā accepit in eā causam,in quā præpositus erat, & bene,q; aliàs esset secus.Quæro,quæ similitudo est illa, qua

a expressiua ueritatis.Tu dic [a] fm doc.q; est nota similitudinis, sed est

1 nis,† nā institor est ille, qui præponitur certæ administrationi quęstuariæ,& uniuersali.l.si cū uillico.ſ.de instito.Ille ueròˌ qui ad unū actū præponitur,nō dicit institor, sed ꝓcurator,ſ.de inſt.l.in eū,in prin.Inn.ext.de fideiuſ.c.fin. Ista ergo similitudo est hic, q; tenetur dominus cōtractu institoris,quem uniuersaliter præposuit, sicut ex contractu ꝓcuratoris,cui certum mandauit negotium.

ADDITIO.

d POMA.Dic Alex.consxliiij.ij.uol.

LEX XXX.

1 *Actio in obligatione in diem ante diem est nata.*

2 *Stipulatione promittens usuras sub ſpe mutui recipiendi,si cum pœniteat quando cogatur usuras soluere.*

3 *Mutuum quando sit quidam contractus innominatus.*

QVI PECVNIA.Qui spe futuræ numerationis promisit,nō habet necesse recipere.Opp.hic dicit creditori futuro, & sic innuit q; ante numerationē nō fit creditor.Itē ſ. dicit,ne accipiēdo se astringat. & sic innuit q; interim nō est obligatus.Cōt.imò statim tenetur, licet exceptione fit tutus.l.si ex cautione.& l.in cōtractibus.C. de nō

a nu.pec.Sol.dicit [a] gl.q; tenet,sed nō cū effectu.Vltramō.di-

1 cūt q; ante diē nō est nata actio,nec obligatio.† ego teneo opi.gl.q; sit nata in l.cū qs.C.de iur.& fac.ign.& tangam de

b hoc in l.j.ſ.[b] de cōd.ind. Quæro,† si promisit usuras, utrū

2 sit in eius potestate,ne accipiēdo se astringat? Gl.dicit q; sic

3 soluēdo usuras,aliàs secus,l.Romæ.in prin.ſ. de uer.ob. Alij dicunt q; nō habet necesse soluere usuras,si creditor pōt aliįs sub usuris æquè bene mutuare.arg.eorū quæ no.in l. diē functo,ſ.de offi.assess.& sic liberat præstando interesse, qd' fortè ē multò minus,quā sint usuræ,uel fortè nihil,arg. ſ.de cōd.ob.cau.l.si pecuniā.Iac.Bu.dicebat q; prædicta ꝓcedūt in ꝯctibus innominatis,sed quia ꝯctus mutui est ꝯctus nominatus,in quo nō ē locus pœnitētiæ,ideò stemus

c gl.q; puto [c] uerū,si usuræ essent ꝓmissæ ꝓ stipulationē, qd' est necesse in pecunia mutuata.C.eo.l.quanuis.sed si essent

3 usuræ promissæ pacto,in alijs rebus,iuxta l.frumēti. C. de usur.puto prædictorū opi.uerā. Nā licet † mutuū sit ꝯctus nominatus,tū habita relatione mutui ad pactū de soluēdis usuris,resultat ꝯctus quidā innominatus, do ut des,q; doct.plenè no.in l.in bonæfidei.C.de pac.& ideò locus esset pœnitentiæ soluto interesse.ſ.de cōd.ob causam.l.si pecuniam. Vlt.tene menti hanc l.in eo qd' dicit, q; debitor ex post facto pecuniam de necessitate non recipit, per quam determinatur per Iurisconſ.una q.in l.pœn.ſ. quæres pig. ob.pos.

ADDITIO.

d POMA.Dicit.Alex.consij.

b POMA.In l.j.No.ex isto tex.q; in contractu nominato, est locus pœnitentiæ,saltē in effectu.Cont.l.sicut.C.de act.& ob.et l.in cōmodato.§.sicut. ff.cōm.Responde.primò,ut per Bal.q; in cōtractu mutui celebrato, nō est locus pœnitētiæ,sed in celebrādo sic,de quo loquitur tex.noster. Aut ille q permisit recipere,promisit factū,ad quod præstandū quis præcisè non cogitur.l.stipulationes nō diuiduntur.§.Celsus.ſ.de uerb.ob.sed soluendo interesse quis liberatur.l.si quis ab alio.§.fi.ſ.de re iud.sed hic nullū est interesse,ideo nō est mirū si nō tenetur,& locus sit pœnitentiæ, quoniā in tex. nostro dicitur,q; est in potestate eius q respōdit se accepturū pecuniā mutuo,ne obligetur,& gl.supplet in effectu,quia bene etiā ante receptionem tenetur,sed obstat exceptio nō numeratæ pecuniæ aut doli, & nō declaruit qualiter cōpetat,ideò sciendū,q; in cōtractu mutui,quādo quis confitetur se recepisse pecuniā,quā tamē re uera nō accepit, q; datur sibi triplex exceptio,nō numeratæ pecuniæ,aut doli,ut hic in glo.aut in factū,nō numeratæ pecuniæ,aut doli,ut hic in gl.aut in factū,nō numeratæ pecuniæ,si bi cōpetit quoties facta per eū ſcriptura,uel per tabellionē ſimpliciter confessus est se recepisse,ut tot.tit.Inſt.de lit.ob.& C.de nō nu.pec.In factū aūt cōpetit,quoties ultra confeſſionem promisit per solemnē ſtipulationem de reddendo,l.cū ultra.C.de nō nu.pe.ubi Bar. Doli uerò datur quādo ſuperioribus cessantibus facta est cōfectio solū de receptione coram testibus,l.ij. §.circa.ſ.de excep.doli.alleg.hic,& no.q. Abb.c. fi. de sol.dicit q; etiā ista exceptio doli competit ei qui confessus est se recepisse,qui tamen re uera nō receperit,ut sibi alia exceptio non detur,& uide Alex.consij.

LEX XXXI.

* *Acceſsiōes.Nō a tamen intelligas usuras & interesse, à tēpore litis contestatæ accedere:l.j.& ibi Bar.incer.*

CVM FVNDVS.[a] In actionibus stricti iuris,uenit fructus,& acceſsiones.* tempore litis conte. De hoc dicam.ſ. de tritica.l.in hac ad quā glo. ſe hic remittit.

I.C.B.

ADDITIO.

a POMA.Fundus.Hanc materiā intellige ut per Bar.& alios in l.si filius.§. j.ſ.de uer. ob. Limita tamen quatuor modis, ut in illis etiam contractibus stricti iuris,ueniant fructus à tempore moræ,non aūt expectetur tēpus litis.Et primus est,quādo agerē ad rē meā.l.Iul.§.sed & fructus.ſ.de rei uē. uel quæ aliquādo mea fuisset,l.uideamus.§.si actionē.ſ.de usur.Et ratio q; utroq; casu agitur ad restituendū,& uerb.restitui,importat plenā ſignificationē,d.l.uideamus.§.in Fauiana.licet aliā rationē aſsignet Sal.l.unum. iij.opp.ſ.eo.Secundus casus est in l.filius.in fi.ſ.de col.do.& ibi Bar.no.et illum modum dicit esse mirabilem Bal.l. si soror. C.de colla. Tertius est in contractibus celebratis cum principe,quia ipse ſemper tenetur à tempore more,quia cōtractus per eū celebrati habent uim bonæfidei. ita dicit Bal. §.signa uerò tit.de pace constan. Quartus est de æquitate Canonica, quæ reputat omnes contractus bonæ fidei.Bal.c.j.circa fi.de plus peti. asserens ſe nullū ſcire tex.iuris can.qui utatur ista differētia,utrū ſit contractus bonæfidei,uel ſtricti iuris,qd'iamē puto falsum.Primò quod imò est tex.facienæfidei,uel ſtricti iuris,qd'iamē puto falsum.Primò quod imò est tex.faciens istā differentiā,in c.cū uenerabilis.de excc.Secundò,quia quoties aliqd est inductū à iure ciuili,& nō reperitur contrà ſtatutū de iure Canonico, nec ſumus in materia peccati,stam' iuri ciuili,Bar.l.priuilegia.C.de ſac.ec.

1 *Errans quando transferat dominium.*

2 *Condictio quando competat domino contra possessorem.*

3 *Possessori abesse ab initio quando potest.*

4 *Alimentorum expensæ paruæ compensantur cum operis.*

5 *Intellectus huius §.uerus secundum Bar.*

Locupletior

6 *Locupletior ex re mea, ſi ex effectu,licet possis habere regressum contra alium ſi ille liberaretur cedendo mihi actionem contra te,tamen de æquitate datur mihi directa actio contra te.*

7 *Soluens habenti mandatum licet modò reuocatum, liberatus est.*

8 *Compensatio non fit etiam quando pecunia petitur ut ſpecies,& ſic de ſpecie ad quantitatem.*

9 *Venditor quando tradit alteri,& sic non emptori, cui iuste arbitrabatur tradere posse, liberatur ab emptore,& ei tenetur cedere actionem.*

10 *Arg.de seruo ad monachum an uadeat.*

a ¶ SERVVM Tuum.Ex æquitate causa euitādi circuitus,[a] datur cōdictio ei,cū quo negotiū nō est gestū, & si dominus approbat ꝯctū seruį,eius nomine tenetur in ſolidū,ſi uerò re,pbat,tenetur tamē de peculio. Primo ponit thema & q. tacitè resultantē ex themate, ſecūdò ponit responſio Sabini de æquitate, tertiò ponitur responſio Iul. de rigore,quartò ſuppletur per autorē legis,q; dicto Iul.de ficiebāt.Secūda ibi,Sabinus.Tertia ibi,nā & Iul., Quarta ibi,sed adijcere.In tex.ibi,traditus est,ſubaudi,quærīē qualiter domino ſuccurratur,& quid iuris ſit? Gl.ponit casum & bene,ideò nō ſcribas casum in terminis,quia gl.clariſsimè ponit.Notabilia huius §.uidebitis in ꝓrijs. Prima pars fuit thema,& q.& sic nō habet ꝓria.Venio ad ij.partē, dicit hic q; dominus pōt cōdicere ſeruum traditū poſſeſſori ab ipſo poſſeſſore.Cōt.nemo cōdicit rē ſuā præterquàm à fure,ut ſ.uſuf.quēad.ca.l.fin.ſed iſte domin' habebat dominiū illius ſerui empti,quia quicquid acquirit ſeruus, acquirit domino.l.ſi ſeruus.ſ.de acq.rc.do.ergo,&c. Sol.dic, homo emptus nō fuit traditus ſeruo,ideò dño nō fuit quæſitū dominiū,ſed fuit traditus poſſeſſori,ideò poſſeſſori est quæſitū dominiū,& hoc dicit gl.ſuper uer.traditus est.quę

1 gl.licet ſit ſignata ſuper prima parte,tamē debet hic recita-

ri.† Op.errās nō trāsfert dominiū, ut ſ.de cōd.ob cau.l.iij. §.ſubtilius.& l.ſi ego.ſ.de fur.l.ſi quis uxori.§.cū Titio.Sol. circa hoc ſunt uidendæ multæ ſpecies erroris,de quib' dixi in l.j.§.de offi.proc.Cæſ.tamē quātū ad ꝓpoſitū dico, q; hic nō fuit error in dominio rei,neq; in ſubſtātia perſonæ, quo caſu loquūtur ꝓria,ſed fuit error circa qualitatē perſonæ.Putabat enim iſtū dominū eſſe ſeruī,cū nō eſſet. Cōtra hoc opp.error in qualitate perſonæ impedit translationē dominij,l.falsus in prin.ſ.de fur.Sol.ibi recipiēs erat in do lo,& in mala fide,hic erat bonæfidei poſſeſſor, & ideò tex. notanter dicit,imprudēs à fure bona fide emi.qa ſidolo,& mala fide,nō acquirereꝯ dominiū ſibi, mō habetis iſtā gl. quæ facit tria ꝓria rectè inſpiciēdo.Opp.dicitur hic, q; dñs

2 † uere aget cōdictione indebiti.Cōt.cōdictio indebiti,licet dicaꝯ oriri ex re,ſicut in ꝯctu mutui,tamē requiritur negotiū eſſe geſtū inter dantē & recipientē,ſ.de cōd.indeb.l.ſi in area.ſed hic inter dominū & poſſeſſorē, nullū negotiū eſt geſtū,ergo uidetur q; à poſſeſſore nō poſsit cōdici.Sol. cōcedo oppoſitionē de rigore,debet enim agi per dominū ꝯ uenditorē & uenditor tenereꝯ domino cedere cōdictionē indebiti ꝯ emptorē, ſeu ꝯ bonæ fidei poſſeſſorē, ut dicitur in tex.Sed de æquitate,cauſa uitādi circuitus, daꝯ cōdictio directò dño,ꝯ poſſeſſorem.ſ.de cond.indeb.l.dominus teſtamento.Nec eſt nouū,q; unus ſoluat,& alter repetat,& ui de gl.ſuper uer.cōdicere quæ iſta ponit.Tenet ergo gl.q; de æquitate hic datur actio domino ꝯ poſſeſſorē, hoc etiā dicit clatius ponēdo caſum in j.gl.Pet.dicit q; nō uidetur ſibi æquū,imo iniquū,q; ei cōcedatur actio qui eā non habet, ideò intelligit primū dictū,ſ.q; pōt condicere,ſ.ceſſa actione,nō aliter.hoc nō placet,nā uos ſcitis,q; ex æquitate daꝯ mihi actio ꝯ eū qui ex re mea factus eſt locupletior.ſ. l. ꝓx. & §.eo.l.ſi eū ſeruū.ita hic,cū poſſeſſor ſeruī,cui traditus eſt Pamphilus,ſit effectus locupletior ex re mea,æquum eſt q; mihi deꝯ cōdictio ꝯ eū,& erit iſta cōdictio ſine cā,ſ.l.ꝓx.uel utilis cōdictio indebiti,ut gl. dicit. Nō enim eſt directa cōdictio,quia inter hos non eſt negotiū geſtū,ut ſ.dixi. Opp. dicitur hic.ſi qd mihi abeſſet ex negotio,q; is geſsiſſet.Cōt. mihi poſſeſſori nihil abeſt, cū tex.dicat, q; emit ex peculio

3 peruenīente ad dominū,quare malè.Huius timore hic gl. ponit † exemplū,in quo pōt ab initio poſſeſſori abeſſe, ut quia expēdi in alimentādo ſeruū.Quidā reprehēdūt iſtud Bar.ſuper ff.uet. exemplū,primò quia expenſę alimentorū cōpenſant cum operis.l.in rebus.§.poſſunt.ſ.cōm.Alij uōlētes ſuſtinere,dicūt q; ille Pamphilus emptus erat ita paruulus,q; nullæ erāt operæ eius.l.fi.ſ.de oper.ſer.Alij dicunt, q; l.in rebus.§.

4 poſſunt. loquitur de expenſis † paruis,quæ cōpenſantur cū operis,ſecus in expēſis magnis.Et ita intelligit gl.& etiā mihi placet.§.j.in fi.cū l.ſeq.ſ.de impē.in re.do.fac. Alij ponunt hic exemplū,q; iſte Pamphilus emptus,geſsit aliqua negotia mei poſſeſſoris,& malè,ꝓ quibus poſſum agere ꝯ uerū dominū,arg.ſ.cōm.l.ſi is qui.§.ſi libero. Quidā reprehendūt, quia iſte Pamphilus interim eſt poſſeſſoris, ergo interim ſibi non obligaꝯ,C.quādo ſer. ex ſuo fac. per totū, & l.apud antiquos.C.de fur.Itē reprobāt primū,q; tex. dicit,ex negotio q; is geſsiſſet,ſcilicet ſeruus.Sed ponēdo, q; ego alimētauerim eū,negotiū eſſet geſtū, à me; nō à ſeruo. Puto qd' quilibet intellectus poſſet ſubſtineri rectè intelligēdo,nā ſi ego alimētaui Pamphilum emptū à ſeruo,mihi abeſt ex negotio q; is geſsit,hoc eſt,ex emptione facta ꝓ ipſum ſeruū,ideò enim cū alimētaui, quia ipſe ſeruus emit.

5 Ego alio mō intelligo,dic † quod iſte ſeruus poſſeſſus bona fide,emit ipſum Pamphilū de pecunia domini,tū quia

b in hoc negotio multa de meo expēdidit ſoluēdo gabellā [b] & notarijs,& ſimilia,iſta ego poſſeſſor debeo cōſequi à domino,& fm hoc hic loquitur de negotio geſto ab ipſo ſeruo bona fide poſſeſſo,qui nunquā fuit poſſeſſoris,non de negotio geſto ab ipſo Pamphilo empto,q; fuit poſſeſſoris, & iſta eſt uera.Op.ille qui expēdit in re aliena,nō habet actionē,ſed retētionē tantū.ſ.de con.ind.l.ſi in area. & melius in l.in hoc iudiciū.uer.diuersum.§.cōm.diuid.ergo pro expēſis factis in illo Pamphilo,ego poſſeſſor nō debeo habere actionē,hic dicitur cōt.quare malè. Huius timore q; dā dicūt in tex.ibi,me tecū acturū,ſcilicet per retentionē. Certè hoc eſt uiolare tex.ideò alij dicūt, q; competit actio, ſed quæ ſit illa,dubitatur. Quidā dicūt q; condictio indebiti. Quidā q; actio neg.geſt.Prima eſt uera, Non obſtat l. ſi in area.nā hic Pamphilus,circa quę fuit expēſum,nō erat alterius,ſed erat ipſius poſſeſſoris.Sicut ergo antequā eū reſtituat,habet retentionē,ꝓ iſtis expenſis,poſtq; uerò reſtituit,habet condictionē indebiti, quia inter ſe reſtituentē, & eū cui reſtituitur, geritur negotiū, ſ. tranſactio dominij, ex qua oritur iſta cōdictio indebi.l.q; exceptionē.§.ſi pars. ſ.de cōd.ind.ſed quod detur actio neg.geſt.nō uidetur uerū,quia nō geſsit negotiū domini,ſed tanq; propriū, & in re propria,ut dixi.Vlterius opp.dicitur hic in tex.& hoc uerū eſt.Cōt.ſ.l.,px.uer.ibi, nā & Iul.&c.ꝛ. ſ. dictū est uerum, ſcilicet de æquitate,qd' ſequitur eſt uerū de rigore. Sumus expediti de iſta prima reſponſione,de æquitate,ex qua ha

6 bes † tenere iſtud q; quādo tu es effectus locupletior ex re mea,licet ego poſſum habere regreſſum cōtra aliū, ſi ille liberaretur cedēdo mihi actionē ꝯ de æquitate, datur mihi directò actio contra te,& immediatè. Iſtud quod dixi,ſi ex re mea factus eſt locupletior,probatur.ſ.l.,px.& ſ.eo.l.ſi eū ſeruū.Illud quod dixi,ſi ille contra quē poſſum habere regreſſum liberaretur,mihi cedēdo actionē contra illū ideò dixi,quia ſi præciſe teneretur ad rē illā,ceſſaret æquitas, & mihi nō daretur directò actio ꝯ te,d.l.ſi eū ſeruū.ſ.eo. quia ſi ſeruus uiuebat,ita q; ab alio poſſet recuperari, nō haberet locū illa æquitas. Itē q; dixi,ſi ex re mea factus es locupletior,ideò dixi quia ſecus eſſet ſi haberes rē aliūde. quā ex re mea,licet alius teneaꝯ mihi cedere actionē. Nam non agerem ꝯ te, niſi illa actio eſſet mihi ceſſa,l.cū in plures.§. meſſem.ſ.loca.& ſ.de act.emp.l.Iul.§.j.& de leg.j.l.ſi ſic.in fi. & ſ.ad l.Rho.de iac.l.ij.§.pe. Venio ad ſecūdā reſponſionē, de rigore,dicitur hic q; dominus pōt agere ex empto ꝯ uēditorē,& uenditor poteſt agere cōdictione indebiti ꝯ poſſeſſorem. Contra primū dictū, q; uenditor traditione ſeu

7 ſolutione ſit liberatus,ut ſ.de ſol.l.cū quis.§.j.Sol.ibi † fuit ſolutū ei,qui aliàs habebat mandatū,licet modò ſit reuocatū,hic ſolutū fuit ei,qui nūquā habuit mandatū.Ita ſoluitur hic in gl.uer.uendicare.& bene, & probatur etiā ſ.de ſol.l.qui hominē.§.ſi nullo.Ad ſecundum opp.q; uenditor non poſsit agere condictione indebiti contra poſſeſſorē,

nemo enim cõdicit rẽ suã,præter q̃ à fure,ut s̃.usuf.quẽad. cauc.l. fin. Sed iste uẽditor adhuc est dominus Pamphili, ut probo, ergo, &c. Qd' sit dominus,patet,quia rei uẽditæ nõ trãsfertur dominiũ,nisi soluto pretio,ita quod uẽditor sit dominus pretij,ut Inst.de re.diui. §. uenditæ. & l. ex empto.in prin.ff.de act.emp.Sed hic pretiũ non fuit effectũ uẽditoris,quod patet,quia dominus potest uendicare, ergo non est translatũ dominiũ rei uendicatæ.nota. intelligas qd' pretiũ fuit consumptũ,& sic reconciliata fuit solutio.I.non omnis.in prin.s̃.eo.uel fuit habita fides de eo, tpe uẽditionis & traditionis, & si fuit translatũ dominiũ. Ita intelligit gl.super uer.emptori,& bene.Venio ad uers.q ad pecu-
c liares.[c] dicitur hic qd' dominus potest uendicare numos,
d licet ipse teneatur de peculio.Cont.debiti & crediti[d] inuicẽ fit compensatio.l.j.ff.de compen. Si ergo inuicẽ possunt agere,ergo cõpensatione tolluntur, frustra ergo dicit, domino uendicationẽ competere,quæ inanis est. Sol. Dic q hic non est locus cõpensationi.Ratio est, quia hic pecunia petitur ut species,& speciei ad quantitatẽ nõ fit compensatio,est casus hic,sm gl.& in l. si creditor. §.j.ff.de pecul. & de
8 le.j.l.sed & si certos. Tene † ergo menti tu iuuenis,q quãdo pecunia petitur,ut species,non potest oppo-
* *Compensatio. Amplius dicut per Bar. l. qd' dicitur.nu.j.ff. de impens. in reb. dota fact.* I.Con.B.
e ni compensatio,* sm gl. Vltramontani reprehendunt istam gl.quia siue pecu. debeat in genere,siue in specie,cadẽ est ratio cõpensandi.Nõ enim cadit affectio magis in una pecunia,q̃ in alia, ut j. de lit.iuran.l.numis.
f facit s̃.eo. l.nã & si fur.§.fin.Ratio[e] aũt quare hic non admittit cõpensatio hæc est, sm eos, nã cõpensatio fit de debito liquido ad liqui-
i dũ.l.fin.C.de cõpens.sed hic ex parte domini qui uẽdicat pecuniã,est debitum liquidũ,sed ex parte uẽditoris,qui agit de peculio, non est debitũ liquidũ, quia poterit esse q de peculio fient tot deductiones,quòd nihil remanebit in peculio.l.sed si damnũ. §.j.de pecul.& istud uidetur mihi uerũ.Pro hoc adduco in simili C.cõmo.l.fin.Probo etiã per l. fin.in fin.C.de cõpens.quæ dicit quod speciale est in actione depositi,qd' non fiat compensatio: de cuius natura est, q fiat in specie.l.licet.§.rei.& l.Lucius.la.j.ff.depos.Ergo in cõ-
rium est ius cõmune, ut licet pecunia debeatur in specie, quod possit opponi compensatio,quia si in alijs actionibus non posset opponi compensatio, nulla esset specialitas in deposito,q̃a idẽ esset in qualibet alia actione,ut hic. Teneamus ergo opin. Vltramon.quæ est uera.Opp.& assumo op.quæ est in fi.magnæ gl.super uer.euanescit, & uidetur quod tex.non procedat.Aut enim seruus habebat liberã administrationẽ,& tradendo transtulit dominiũ,& sic dominus nõ poterit uẽdicare. Aut non habebat liberam administrationem, & tunc dominũ non obligat de peculio. Sol.dicit gl. q habeat liberam,& tamen dominũ non obligat de peculio,ut j.de pecul.l.libera.& l.quęstũ.in prin.cũ simílib.e.ti.Veniamus ad ultimam partẽ,dicitur hic in fin. q uenditor liberatur cedendo conditionẽ domino. Cõt. quia dominus habet eam sine cessione, s̃.ea.l.in prin. Sol. dominus habet utilem de æquitate,hic uerò creditur directa. Op.j.de sol.l.fugitiuus.Sol.Illa debet intelligi sm istã.
g Tertiò[g] opp.q uenditor nõ liberatur cedendo actionẽ habet,sed ideò quia uẽdidit,ergo,&c.C.eo.l.non aduersus.& j.de pign.act.l.peręti.Sol. fateor q uenditor ideò tenetur, quia cõtraxit,tamen natura cõtractus uẽditionis talis est, ut quis nõ teneatur nisi de dolo, lata culpa,
* *Leui. Quitotum dicit,nihil excludit. Quare nolebat dicere Bar.quòd uenditor de dolo & culpa tã tẽ teneatur. l. Iul.§. in ijs. ff. de act. emp.* I.Con.B.
& leui,* l.si ut certo.§. nunc uidendũ. j. com. quia ergo hic tradidit rẽ ei,quẽ putabat dominum seruí,& sic non fuit in culpa,deberet esse liberatus,tamẽ quia actionẽ habet,ideò tenetẽ eã cedere, & sic licet primordialiter teneatur ex cõctu,tamẽ modò tenetur ideò,q̃a actionem habet,& si nihil haberet,in totum esset liberatus,& ideò tam cedendo liberat. l.quod debetur.j.de pecul.quod no. Tene er
9 go menti q licet † uẽditor nõ tradat empto ri,si tamen tradit alteri,cui iustè potest cedere,liberatur ab emptore,[h] & nno tenetur nisi actionem illam cedere. Sumus expediti de contrarijs. Restant quædam q.in gl.magna circa prin.dicitur hic,q pecunia consumpta,actio de peculio euanescit.Quæro,qualiter euanescit:Quidã dicunt,iure cõpensationis. Glo. dicit melius, quia consumptio reconciliat solutionẽ, & facit haberi perinde,ac si dominium ab initio fuisset translatũ, l. si filius. & l.non omnis.§.fi.s̃.eo.& dic ut in gl.super uer. euanescit. Quæro,pone,q uenditor actione de peculio tantũ decem consequi posset,& numi peculiares, qui fuerant consumpti,& soluti,erant xx.utrũ dominus possit repetere una x. Quidam dicunt q sic.Gl.dicit,q si extant, potest repetere, si sunt consumpti,non potest. Pro huius declaratione uideamus primò,quõ procedit quæstio,si enim numi peculiares fuerũt xx.quomodo potest esse q in peculio nõ sint nisi x.ręs.,ppter deductionẽ fiendam à domino de eo,quod sibi debeẽ.l.sed si damnum.§.j.& seq.j.de pecul. Nũc uideamus quæ istarum opi.sit uera,& si quidem nos teneremus in præcedenti q.illã opi.q actio de peculio tollatur iure cõpensationis,esset uera prima opi. Cũ enim decẽ tantũ deberentur uẽditori,de decẽ tantũ fieret cõpensatio, reliqua decem repeteret dominus.sed cũ alia opinio sit uerior,si q nõ iure cõpensationis tollatur,tene opi.gl.q extantẽ uendicat,cõsumptam non.Tertiò quærit gl.pone q pretiũ fer
i ui fuit uiginti,in peculio fuerũt decem,seruus emptus qui nũc domino traditur,ualet triginta,an illa decẽ quib[i] fertius plus ualet,possunt peti à domino per actionẽ de in rẽ uerso?Glo.arguit,p & contrà, finaliter dic ut colligitur in
l.& ideò.§.illud planè.& qd' ibi no.j.de in rẽ uer. [i] Vlt. pos-
10 ses habere istam l.de facto in ꝓprijs terminis, † si poneres monachũ unius monasterij detineri ab alio monasterio bona fide,& ipsum emisse aliquam rem ex pecunia primi monasterij,quæ res empta tradita esset Abbati secũdi monasterij,omnia enim quæ hic dicũtur in seruo,possunt di-
k ci in monacho,[k] Inn.ext.de priuil.c.cũ olim.Sed quid sinõ appareat, ex cuius pecunia soluit monachus, uel seruus, uel non apparet ad quem illa pecunia pertinet? Cogitabitis.

ADDITIO.

a Circuitus.Io.And.in add.ad Spe.rub.de ob.et sol.circa prin.dicit q ille qui obligauit se obligaturum ad soluendum x.potest statim conuenire ad illa soluenda,absq; alia obligatione,causa euitandi circuitus.Alb.Gai.per l.ob eam .j.de præsc.uer.& cle.auditor.de rescrip.

b Gabellam.Ita ante Bar.exemplificabat Pet.quem sequitur Cy. in repe. hic in d.opp.

c POMA.*Peculiares.Alex.cons.ciij.in j.uol.& Aret.cons.xxxv.*

d POMA.*Crediti.Ad cognoscendum quis sit error qualitatis,uel substãtiæ, & quæ sit differentia, But.cons.lxiij. Et de ista materia erroris,no.xxix. q.j.per totum,& ibi gl.summa,& Arch.*

e Compensatio.Cum opi.Vltramon.tanquàm magis cõmuni,& tutiori,stãdum sit Alex.cui inquantum tangit,an agenti ad depositum, possit obijci compẽsatio?adde Bal.cons.cccxij.incip.duo uidenda.li.iij.ubi dicit,quod illud q dicitur,agenti ad depositum,non potest obijci compensatio,habet locũ in uero depositio,non confessato,gl.l.assiduis.C.qui pot.in pig.hab.

f POMA.*Ratio.Limita tamen hoc,q pro debito non liquido ad liquidum, non fiat compensatio,ut non procedat,quoties debitum aliàs non liquidum fuisset liquidatum per confessionem meam in iudicio,quia tunc bene potest fieri cõpensatio etiam de debito non liquido ad liquidatum per confessionem meam:gl.fin.l.fi.in gl.ij.uer.coniuncta.C.de compens.& ibi Cy.j.q.et Bal.& Alb.l.fi.depos.& gl.l.nemo ex his.j.de reg.iur.*

g POMA.*Tertio.Limita tamen q uenditor liberetur cedendo actionem emptori,quando non tradit sibi rem,sed alteri cui iustè credit se tradere posse,ut procedat quoties esset uendita species prout loquitur tex.noster, secus uerò quando esset uenditum aliquid in genere,ut puta decem sacci frumenti,quia tunc licet tam iustè tradere alteri,quàm emptori,tamen cedendo actionem ipsi emptori aduersus eum cui tradit,non liberaretur.Intellige secundum gl.fi.l.fi quis uxori.§.apud Lab.gl.& in uers.actionem.ff.de fur.Bal.l.falsus.C.de fur.Ca.& Mod.hic.*

h Emptore.Adde secundũ Ro.& Cast.dictum Bar.procedere quando uenditor erat obligatus ad speciem ut hic,secus si ad genus.gl.l. si quis uxori.§. apud Lab.j.de fur.Bal.l.falsus.C.de fur.& But.qui ita respondit ad l.fugitiuus.latius hic per Alex.

Verso.

i Verso.Adde hic per Alex.

k Monacho.Io.And.in addi.ad Spec.in rub.de statu mona.paulò antè mediũ refert Pileum,q.lix.distingue quod aut fuit minister, administrator in secundo,uel non,& si non, distingue unde acquisiuerit,an ex re secundi monasterij.an ex operis,an ex utroq;. Primo casu,totum erit secundi monasterij.Allegat §.interdicimus. auth.de eccle.tit. ff.de ann.leg.l.ij.& idem dicit putare si ex re & operis acquisiuit,l.j. & l.si ut proponis.C.de rei uend. & C. aub.tu.l.iij.Secus dicit esse. si ex operis tantum. l.per seruum. s̃. de usu.& ha. Cui autem acquirat monachus, cum alteratur status monasterij, & ad aliud transit,Anch.cons.cccliij. & cccxxv. & de monacho qui monachũ se dissimulabat,& acquisiuit nomen debitoris,& obtinuit bona ipsius uendi in contumaciam,an ueniente debitore,& opponente de monachatu debeat processus annulari.Fed.cons.cclxxxvij.

LEX XXXII.

1 Ale rem meam si ad te peruenit sine iusta causa, eam condicere possum. & nu.2.

3 Pecunia mea quomodò dicatur.

4 Iure medio huius l.actio & obligatio est natiua.

5 Mutuum ut contrahatur,requiritur ultra rem, & pretium,consensus.

1 SI ET ME ET TITIVM. † Si res mea ad te perueniret, nec est causa quare apud te debeat remanere, eã certi condictione,uel sine causa condicam. Gl.& doct. hic nihil dicunt.Opp.s̃.eo.l.si filius.ubi pecunia patris perunit ad creditorẽ,& tamen ea consumpta non potest repetere, Sol. ibi peruenit pecunia ad creditorẽ titulo oneroso, hic uero peruenit ad alium titulo lucratiuo. Probatur hæc sol.in l.si eum seruum.s̃.eo.& C.de rei uendic.l.mater. Istud cont.facit gl.& non sol.j.de act.emp.l.seruus quem.uer. sm quæ.ubi habes similem tex.Ad istum tex.aliæ concordan-
a tiæ ponuntur hic in gl. [a] Pro declaratione ergo huius legis
2 dicas,quãdo res mea peruenit † ad te sine iusta causa, aut pro ea potest mihi esse consultũ,agendo contra alium, aut non.Primo casu,aut ille alius contra quem agerẽ,liberaretur cedendo actionẽ contra te,scilicet mihi,& tũc habet locum æquitas huius legis, ut mihi actio contra te datur ex æquitate,ut s̃.l.prox.§.seruũ tuum imprudens.iuncto prin. cum fi.& ibi dixi.Quando q̃ non liberaretur isto modo, & tunc æquitas huius legis cessat,ut habuisti in d.l. si cum seruum.ubi est tex.huic similis.Si uerò contra aliũ non potest mihi esse consultum, & tunc aut illa res mea peruenit ad te titulo lucratiuo, & habet locũ æquitas huius legis, ut hic, & s̃.eo.l. si cum seruũ.& s̃.l.prox.in d.§.seruũ tuum prudẽs. Aut titulo oneroso,& tunc cessat æquitas huius legis.l.si filius.s̃.eo.in fi.& no.in l.si cum seruũ. & per consequens cessabit actio quæ ex æquitate insurgit,& competit,non tamẽ hoc excludo alias actiones,si quæ cõpeterent,ut rei uendi-
b catio,[b] uel alia actio, d.l.si filius.† Quæro,dicitur hic pecu-
3 nia mea, quomodo intelligatur meae ręs.mea,uel mihi debita,ut hic in tex.uel etiam quæ peruenit occasiõe rei meæ, ut pretiũ, ut d.l. si cum seruum. s̃.eo. Quæro,quid si fuerim tantũm stipulatus, & pecuniam nõ receperim.Gl. respondet idem esse, quia saltẽ ex re ad te peruenit illud ius, quo debitorẽ meum habes obligatũ.Item dicit gl.uidetur pecunia ad te breui manu peruenisse,ut s̃.eo.l.singularia,quod
c intellige, si pecunia esset solutioni parata, [c] ut ibi uidistis. Quæro qua actione pecunia ista petetur ręs.condictione sine causa,& certi condictione generali,quæ cum ea concur-
4 rit,ut dictũ est.† Sed tũc quæro, utrùm istæ actiones sint natiuæ?Quidã dicunt quòd sint datiuæ,quia nullũ est negotium gestũ inter partes,ut hic uides.Petrus dicit quòd imò sunt natiuæ,nascuntur enim ex obligatione,obligatio bene est datiua,quia nõ præcessit cõtractus,ex quo oriri possit obligatio illa,nec etiam quasi contractus maleficiũ, uel quasi maleficiũ,sed à lege datur ista obligatio, ut probat
d ste tex.uide eum.Ego putò q obligatio,& actio sit natiua,[d] Licet eñ hic non processit cõctus, uel quasi, tamẽ processit factum istud, q̃ hic narratur,ex quo oritur obligatio, & ex obligatione actio, & sic ista obligatio oritur ex uarijs figuris causarũ,l.j.in prin. de act. & ob. Quãdo uerò nulla esset materia ex qua oriretur obligatio, tũc posset dici datiua, sed cum hic sit sufficiẽs materia,ergo potest dici natiua,ut s̃.de
5 pac.l.iurisgẽt. §.j. † Vltimò no.tu iuuenis,q licet mutuũ re contrahatur,tamẽ requiritur etiã consensus partiũ ꝫhentium,ut hic,& s̃. eo. l.non omnis.in prin. Omissi s̃.unũ contrarium insolutũ, Dicit gl.arg. cont. fam.ercisc.l.cùm putarem.§. pe. Sol. ibi peruenit ad alium iusta de causa,scilicet, ex causa sententiæ diffinitiuæ.

ADDITIO.

d POMA.*Gl.Alex.cons.xcij.j.uol.& cons.cxxxiij.uol.ij.*

b Vendicatio. Gl.l. si eum.s̃.eo.& remedium huius legis habebit locum etiã si mihi potuit à principio esse consultum contra alium, sed ex post facto de sijt esse consultũ.l.fin.§.fi.& ibi no.Bar.C.de cond.indeb. & inquantũ tangit de campsore,adde inter cons.Alex.ij.uol.xcv.cons. And.sic.cũ duo.seq.

c Parata.Ca.cons.xlviij.& Bal.cons.ccxxxvij.lib.iij.

d Natiua.Bal.l.certi condictio.s̃.eo.& Alex.hic,qui dicit hac l.facere,an bonæ fidei possessor consumptis fructibus industrialibus, possit cõueniri à domino, saltem in eo q effectus est locupletior,& nihil decidit,sed se remittit inter cætera ad Ang.cons.cxxx.& ciij.inci.super quo pũcto. An sit aliqua actio natiua,uel datiua.gl.l.cum precario.§.j.ff.de pre.q, datiuæ non competunt contra hæredes,Bar.l.si hominem.§.dator.ff.de posthu.gl.l.fi.ad fi. gl.mag.ff.de eden.

LEX XXXIII.

1 Officiales quando possint contrahere cum subditis in loco officij.

2 Ciuitatis priores etiam durante officio contrahere possunt.

3 Officiales qui,& quando possint accipere pecuniam mutuo.

PRINCIPALIBVS. Officiales non possunt contrahere cum subditis,nisi sint perpetui,uel ad eorum necessitatẽ.hoc dicit cũ l.seq.Opp.ad hanc l.C.eo.l.quisquis.Dicit gl.q hic in fi.permittitur accipere. Intellige à nõ subditis,à subditis uerò secus,l.cont.Alij dicunt q hic per-
a mittitur accipere, ad eorum utilitatẽ, [a] aljàs secus,ut istam
1 sequebatur Gul. unde † dic breuiter,utrùm officialis possit cõtrahere.Aut est officialis in locò suæ originis,& potest quis contrahere indistinctè,l.præsidis.in prin.j.prox.sm u-
2 nam lect.& sic priores † huius ciuitatis, etiam durante officio possunt indistinctè contrahere.Si uerò alibi habet officium, & tũc aut erat officiũ perpetuum,& idem quod s̃. ut l.præsidis. sm aliam lect.Aut est officialis ad tempus,& tũc aut uult contrahere cum non subditis, & põt l.præsidis. in fi.Aut cum subditis, & tũc aut dando pecuniã mutuam,& non põt,ut hac l.principalibus.& C.eo.l.eos.Aut recipiendo, uel aliter contrahendo, & tunc aut ad eius necessitatẽ, & põt,ut hic,& l.præsidis.in fi.sm intellectũ Gul.de Cu.quẽ sequuntur doc.Aut causa lucri,& nõ potest*
* *Põt. Hæc Bar. subdistinctio, aut fundata est iure nouissimo, aut saltem in cõtractu matrimonij non,prout credit, auth. sed nouo iure C.de nup.*
ut hac l.principalibus. & l. eos. & l.quisquis. C.e.& ibi Cy.l.j. C. de cont.iud.ubi etiam per
3 Iac. But. † Quæro an tales officiales possint accipe pecuniã mutuo ꝓ ciuitate, uel darer nam qd' s̃. dixi, loquitur qñ nomine ꝓprio ꝫhũt. Quidã dicunt in distinctè, q fic.l.ciuitas. s̃.e.& j. de usu.l. Casus, qd' intellige in ijs quibus cõmittitur administratio reipub.ut in prioribꝰ antianis, & si. Alij uerò officiales quibus sola executio iurisdictionis cõmittitur,hoc non possunt,ut Potestas,Capitaneꝰ, & similes, ar. l. prohibere.§.planè.ff. quod uí aut clam.l.itẽ
b Magistratus.s̃.de pac.Cy.[b] C.de transl.præses.

ADDITIO.

a Vtilitatem.Dicit Ang.post Gul.de cu.q prohibitus portare grassiam, non incidit in pœnam si portat causa sui usus.

b Cy.Limita.Alex.cui adde Bald.cons.l.inci.creditor. & Anch.consilio trecentesimo trigesimosecundo.

LEX XXXV.

PERICVLVM. Si debitorum nomina efficiãtur deteriora, periculum pertinet ad administrationem cuipabiliter differentem exigere. Quid si erãt plures administratores ręs.in pluribus tutoribus dic l.j.C.de transl.& ibi dixi in lege prima §. nunc tractemus . de tutela & ratione dispositionis,in pluribus administratoribus reipub. d.l.Imp.ff.ad mu.

LEX XXXVI.

1 *Legatum conditionale an impediat exactionẽ ex stipulatione pura, & an*
stipulatio conditionalis impediat exactionem ex stipulatione pura.
2 *Stipulatio ab initio conditionalis, uel pura à principio, & postea conditionalis facta differunt.*
3 *Pœna petentis ante tempus quæ sit.*
4 *Dispositio legis an hodie habeat locum.*

a PECVNIAM.[a] Stipulatio conditionalis obligationem præcedentẽ purã suspendit, & eam nouatin conditionis euentum. h. d. Opp. l. purè, in prin. de dol. ex-
g POMA.Sententiam.Licet omnes tranſeant cum Bar.q. ſi minor renunciauit appellationi ante ſententiā latā,dicatur læſus ratione de qua hic per eū, tamē uidetur obſtare tex.hic. Nā minor deferēdo iuramentū aduerſario, ut hic dicitur,cū autoritate tutoris,uidetur omnino ei uelle ſtare.l.nō erit. uer.dato.ff.eo.imò quod fortius eſt,cōſtituit eū iudicē & teſtē in ppria cā. l.ſi.C.de fideic.& tamē poſſet eſſe,q. iuraret iniquè,ſicut pōt eſſe q. iudex ꝓferat ſniam iniquā,ubi renūciauit minor appellationi,tamen non dicitur læſus,niſi probet,ut hic no.Et ſic dicas,q. nō eſt præſumendū q. aduerſarius procuret.l.ſi.C.ad l.Iul.repe.Reſpō.q. etiā nō eſt præſumendū,q. iudex ꝓferat ſententiā iniquā.l.hæremus.§.caia.ff. de euic.& maximè,quia non habet proferre ſententiam ad ſui utilitatem,ſicut aduerſarius iurare.
h POMA.Iudicio.Cæp.conſ.clxxiij.Bar.l.præſcriptione.C. ſi cont.ius, uel uti.pub.

§ SED SI Quis.Cui cōtra iuramentū ſubuenit̄ per actionem,ſubuenit̄ etiā per exceptionē & replicationē. Op. q. imò prius habet agere actione in facū,ex illo edicto,quæ i frau.cre.& ſic reſtitui,ut ff. px.§.Sol. ut ibi dixi.

§ IVSIVRANDVM.Iuramentū ꝓcuratoris, uel defenſoris ꝓdeſt domino ad exceptionē,& etiā ad actionē.Opp.l.non ſolū.§.qui alieno.ff. de pc.Sol. Dicūt q. dam q. hic acquiratur dño, i.ad eius utilitatē,nō q. dominus poſsit agere.Vel uerius dicit gl.in iudicio, dño quærit̄ utilis,etiā ſine ceſsione. Ita loquitur hic. Directa uerò non quærit̄ dño.Et ita loquitur lex cōt.Et ſm hoc iſta lex nō haberet locū,niſi in iuramēto iudiciali. Sed poſſumus etiam
9 dicere,q. † loquat̄ in omni iuramēto,quia omne iuramentū habet uim litis cōteſt.ut ff.ea.l.§.ſi is qui.Ad l. cōt. reſpō. q. ideò dominus nō poterat agere,quia ibi erat dubiū de mandato.ſecus ſi erat certum de ipſo mandato.Ita loquitur hic,præcedens tamen ſolutio eſt tutior.

1 Iuramentum uoluntarium,uel iudiciale parit actionem,non ex neceſſario.
2 Actio quæritur ex iuramento.quando ſit datiua,& quando natiua.
3 Sententia parit actionem in factum.
4 Actio in factum in actione in rem,an habeat locum.

§ SI PETITOR.In reali actione iuramentū actori parat actionē,reo exceptionē,& ſi iurauerit rē ſuā eſſe, ei am actionē.Idē in perſonali, uel miſta h.d.uſq; ad l. ſi duo patroni.legā tamē per partes, Primò q. per declarationē literæ,quæro quæ actio detur actori? Gl. dicit,in facū.* & ꝓbatur.ff.l.px.uerſ. proinde. * Factū. Quæ ge-
Cōtra hoc op.& uidet̄ q. cōpetit publiciana, neralis eſt ad
ut ff.de public.l.eū qui.§.ſi petēti. Sol. Aut e- oēs actiones,
go nitor ex iuramēto tantū,& loquitur hic §. quæ proprīè
Aut ex iuramēto & traditione, & ita loquit & peculiare
lex ꝺria, Ita dicit gl. Sed contra gl. opp. quia obligatiōis no
ille qui ſic tradit rē, tradit eā, ut accipiētis, & mē non habēt
ſic ſi accipiēs eſt dñs, non transfertur domi- l.ſancimus. §.
niū.l.iij.§.ſubtilius.ff. de cōdict. ob cau. ergo fin autē. C. de
ſi nō eſt dominus, nō trāsfert uſucapiēdi cō fac. eccl. l. C.
dictionē, nec publicianā, ut ff. de cont. emp.
clauibus.& l.eū qui.in prin.ff. de publi.Sol.ſm opin.quam tenemus, eſt ſpeciale ibi, fauore rei iudicatæ,ut no.Inſt.de off.iud.in fi.& de publi.l.ſunt & alię.& l.j.& l.pomp.§.ſi iuſu. de acq.poſ.& ibi dixi,licet quidam Vltramontani contrà.Et ex hoc §.glo.fundat duas opin.Prima eſt, q. ex quolibet iuramento oritur actio, & poſteà ex ſententia oritur alia actio, & ſic erunt duæ actiones. Pla. tamen dicebat, quòd ex neceſſario,uel iudiciali non oritur actio, ſed ſolū ex uoluntario, Ita dicit gloſ. hic. & C. eo. l.j. & ibi Pet. & Cy.te-

Cy.tenebat opin.Plac.Iac.But.uidebatur idem dicere. Mihi uidetur † ꝙ ex iuramẽto uoluntario,uel etiam iudiciali quæratur actio,ex necessario uerò non, & sic pro parte teneo gl.ꝓ parte Plac.Probo,qñ quis defert iuramentũ,uidetur ꝛhere,& cõfiteri se debitorẽ illo iurãte,ut ff.e.§.q iurasse. in fi.& l. depositi.§.j.ff.de pec.sed ex cõfessione oritur actio, l.certũ.in fi.ff.de confes.ergo,&c.Prætereà hoc ꝓbo,per §.j.§. ea.l.ubi dicitur ꝙ solũ oritur actio,qñ iuramentũ est delatũ,uel remissum à parte,referendo illum §.ad uerba edicti, quæ intelligunt etiã de iudiciali,& ꝓbatur hic,loquitur enim de possessore deferẽte,nõ dicit de iudice,& sic non habet locũ in necessario.Item non distinguit,[a] utrũ possessor deferat in iudicio,uel extra,imò magis uidetur innuere in iudicio delatũ ex eo qđ dicit,petitor.& sic innuit litem contestatam esse,ut ff.rem rat.ha.l.amplius non peti.undeex iudiciali oritur actio,ex necessario nõ,quia hoc l.non reperitur.Prætereà,actus non debet operari ultra intẽtionẽ agẽtis,ut §.tit.j.l.nõ omnis.sed iudex defert iuramentũ necessarium in defectum probationis,ergo illud iuramẽtum uallet ad perficiendam ꝓbationem, nõ ad obligandũ partẽ, l. admonendi. ff. eo. Iuramentũ uerò uoluntarium,uel extra iudiciale,defertur ad obligandũ partẽ,ut §.dixi.† Quæro utrũm ista actio sit datiua,uel natiua.Et uidetur ꝙ datiua,quia tex.dicit hic,dabitur actio,& ff.eo.l.,px.dicit actionem dãdam.In cõt.uidetur,ꝙ sit natiua, ex quasi ꝛcto præcedenti.ff.eo.l.qui iurasse.§.fin. Sol. Potest ꝓbabiliter dici, ꝙ quando iuramentũ defertur in reali,ꝙ tũc sit datiua, qa non præsupponitur obligatio.Ita loquitur hic,sed quãdo defertur in personali,tũc sit natiua,[b] ff.eo.l.qui iurasse.† Vltimò gl.probat ex hac l. ꝙ ex sentẽtia oritur actio in factum,* & actio in rem, cùm in dicatur rem esse meã,sicut dicit in fin. Ista gl. duo præsupponit,Primò ꝙ ex sententia datur actio in factũ.Vltramontani ꝛ, quia imò uocatur actio iudicati.De quo per Cyn.C.eod.l.actori.Itẽ præsupponit aliud,s.† ꝙ in actione in rẽ,habet locũ actio in factũ.C.de iud.l.j.in fi.magnæ gl.ubi dicit ꝙ cõpetit utilis in rem,& ibi per Cy.De quolibet istorũ dixi plenè in l. miles. §.iudicati.de re iud.ubi hoc tangit glo.& Dy. Op.ad hanc.l.quia quandoꝙ * alteri nocet, ꝙ inter alios actum est,l.Pap.§. fin. de inoffi. testa.ut in glo.

Factum.l.actori. C. de reb. cred.

Quãdoq;.Nã regulariter cõt. & C.res inter alios acta.I.C.

ADDITIO.

a POMA.Distinguit.Cont.l.actori.C.eo.

b Natiua.Bal.*in lect.antiqua,& Ang.hic*, & l.miles.§.fi. *de re iud.licet ibi* Imol.*contra,de quo hic per Alex.*

LEX XII.

1 *Actionem,facta ad exceptionem quando pariant.*
2 *Condemnatio si ad rem,quam restituit,res ipsa reuersa sit,an cõtra ipsum per illum,cui res fuit restituta,poterit agi ex prima sententia.*
3 *Iudicis officium habet executionem paratam.*
4 *Iuramentum habetur pro ueritate.*
5 *Verba impropriantur,ut sustineatur libellus,iuramentum,& dictũ testis.*
7 *Iuramentum habet uim sententiæ,& executionem paratam.*
8 *Actio quando oriatur ex solis probationibus.*
9 *In executione non sufficit sola relatio nuncij,sed requiritur pronunciatio.*
10 *Actio utilis,& actio in factum,oritur ex iuramento.*

SED ET Si possessori.Istã l.summaui cum præceden. Opp.l.eũ qui.§. petẽti.ff. de public. Sol. qñ iuramentũ defertur actori,si iuratur,& si ex testamento solo nitatur, habet actionẽ in factũ. Si ex iuramento & traditione, habet publicianam.Sed quando defertur possessori,tunc publiciana competere nõ põt, quia sibi traditio nõ est facta.Ita loquitur hic,& ita dicit glo. Vel aliter possumus dicere,ꝙ hic loquatur de actione in factum,quæ est idẽ ꝙ publiciana,qđ non placet gl.propter duo.Primò,quia nõ fuit facta traditio,ut dictũ est.Itẽ publiciana ẽ specialis, ideò nõ recurrimus ad actionẽ in factum generalem,ut inst. de act.§.aliæ.Quidam tamen uidetur dicere uelle, ꝙ illud,dimittere tẽ apud possessorẽ, habet uim traditionis, ut inst. de re. diui.§.interdũ.qđ nõ placet,arg.eius qđ dicimus de trãsactione.l.fi ꝓ fundo.C.de trãsac.& in l.pen,de usuc.pro empt.& arg.eius qđ dicimus in sententia,exceptio,ff.de except.rei iud.Opp.actus non operatur ultra intentionẽ agẽtis.l.omnis.ff. si cert.pet.Sed quãdo iuramentũ defert possessori,defertur ad exceptionẽ,non ad actionẽ,quia possidenti nõ dat actio.l. j.§. hoc interdictũ.ff.uti possi. Ergo ex tali iuramẽto nõ debet dari actio.Glo.tangit istud cont.& nõ soluit.Sed dic,ꝙ hoc † hodie idẽ,alibi cõtingit ꝙ facta ad exceptionẽ pariunt actionẽ.l.ꝙ mihi.ff.de lib.leg.de dona.ante nup.l.fi cũ ante nuptias.Tu respondes,ꝙ hic iuramentũ defertur ad id qđ est causa actionis, & ꝙ ꝓducit actionem aptitudine,licet non actu,nã ille qui est dominus aptitudine,semper habet rei uendicationẽ,non aũt habet eã actu,si possidet,l.in rẽ.in prin.ff. de rei uen.C.de alie.iud. mu.ca.fac.l.j.sed hic detulit,ꝙ iuraret rẽ suã esse,& sic ꝙ haberet actionẽ suã aptitudine,meritò cũ cadit à possessione aptitudo illa in actũ deducitur, & actio cõpetit, ita loquit hic.Vltimò [a] hanc l.inducit † Mar.ad q.si fui tibi cõdemnatus ad rẽ,unde habes ꝛ me actionẽ in factũ ex sententia,& officiũ iudicis † habet executionẽ paratã,pone ꝙ illã rem tibi restitui,posteà à possessione cecidisti,quæ ad me reuersa est,utrũ poteris agere ex prima sententia,ut tibi restituatur,uidetur ꝙ non,quia solutione primæ,uidetur sublata obligatio ex sententia,inst. quib.mod. tol.ob. in prin. auth. sacramenta. C. si aduer. uen.in gl. fin.l.à diuo pio.ff.si post addictũ.de re iud.In cont.uidetur casus hic,ubi ille ꝙ possidet,si posteà cadat[b] à possessione, habet actionẽ ex illo iuramẽto.Et hoc tenet Gul.& Iac.But.ꝙ est no.Assignatrationẽ,nã ex illa sententia oritur alicui ius duplex,ut sibi restituatur res,ut in possessione cõseruetur.l.si quis missus.§. cũ prætor. ff. ne uis fiat ei. & l.iiij.§.missum.ff. de carb.edi.C. ad carb.l.j.fm unã lect.Facit l.qui uniuersas.§.itẽ cum prætor.ff. de acq.poss. Licet ergo quantũ ad primam partẽ, de restitutione rei,sit satisfactũ sententiæ,tñ adhuc durat;remedium aliud,ꝙ iudex debet eũ tueri in possessione, quæ tutio fieri nõ põt,nisi sibi restituatur,& sic habebit officiũ iudicis ad restitutionẽ sibi fiendã.Pro hoc apparet respõsum ad cõt.quia per hoc nõ fuit sublata obligatio in totũ, arg. C.de usuf.l.corruptionẽ.& l.plurib.§.& si placeat. de uerb. ob.Nõ ob.§.si post addictũ.quia uerũ est ꝙ nõ durat iudicis officium,scilicet contra extraneos,sed contra ipsum,cõtra quem iudicatum est,sicut patet ex prædictis.

ADDITIO.

a POMA.Vlti.Lanf.*de arbi.char.xlij.q.xlj.*Alex.*l.debitori.uers.in glo.fin. C.de pact.*Bal.*c.ex conquestione.de restit.ſpo.ubi bene,et Soc.cõſ.cxxxiij.*

b *Cadat.Cont.uidetur tenere in l.permisceri.in fin.ff.de acq.poss.& in l.Claudius.C. qui pot.in pig. hab. ſol.*Bar.*concor.lxxiij.incip.Inuoluere conantur,ubi ad plenum.*

ITEM SI Iurauero.Summaui cum præcedenti.Vel aliter,Verba iuramẽti si nõ possunt stare ſm propriam significationẽ,intelliguntꝰ ſm impropriã.[a] † No. iuramentum haberi pro ueritate.Cõt.ff.eo.l.eũ qui.in prin. Gl. non soluit.Dic ꝙ ibi nõ dicitur,ꝙ pro ueritate non habeatur,sed ꝙ deferẽs exoneretur à pœna,quia cessat ratio pœnæ.Vltimò no.istum tex.in uers.sed &.si rerũ.ꝙ hoc uerbũ, usufructus,accipitur impropriè pro quasi usufructu.† Et ideò si aliquis diceret in libello se esse in possessione alicuius iuris incorporalis,ꝙ est impossibile, debet intelligi in quasi possessione,† ideò si emphyteuta diceret se dominũ, debet intelligi,scilicet,utiliter per hũc tex,& ẽ arg.ff.de iud. l.si quis intentione ambigua.Facit etiam pro saluandis dictis testium,qui qñq; uerbis proprijs non utuntur. † Vltimò Gul.de Cug.tractat hic q.an donatio inter uirũ & uxorem confirmetur iuramento quod non facit ad materiam nostram.Dixi in l.si quis pro eo.in prin.ff. de fideiuss.

ADDITIO.

a *Impropriam.Bar.l.si mater.§.eandem. de excu. rei iud. & in l.j.ad fin. C. de usuf.& in l.j.ff. de act.& ob.& in l.scire debemus.& in l.inter stipulatem.de uerb.ob.& in l.insulam.de præſc.uer.& in l.si olei.C.loc.aliàs ſcitã remiſiones uide hic per Alex. cui adde Anch. conſ. ccxcvij. &* Ro. *conſ. cccj.Bal.cõſ.ccccliij.li.iij.ubi dicit,q uerba ſuiæ impropriãtur ut ſuſtineãtur.*

Idem

Idẽ in ſententia.& in teſte.Bal:nouellus in repe.l.j.§.ſi quis ita.ff.de uerb. ob.Fel.c.auditis.de præſc.Barb.in trac.de gabel.ij.parte.quæ incip.de locatione gabellarũ.Ale.l.ſi cũ nulla.ff.de re iud.Aret.cõſ.v.Alex. cxxxviij. uol.ij.Alex.cõſ.xcvj.aliàs.xlvj.uol.iiij.Caſt.l.j.C.de uſuf. Alex. l. debitor. uerſ.dicit Bal.ff.ad Treb.Fel.c.ſeries.de teſt.& c.auditis.de præſcrip.Ant. de But.conſ.lxiiij.Alex.l.j.ff.de leg.j.Pan.c.examinata.de iud.Fel. c.cũ cõtingat.de reſc.Aret.conſ.cxxvij.Alex.l.ſi.& ibi Iaſ.C.qui admit.Bar.l.ſi di uiſa.C.loc.

§. SI CVM. Summaui cũ præcedenti.Dictum est ff. de actione reali,& personali,hic loquitur de mista. Vel aliter.Dictum est ff. de act.in rem particularibus, hic loquitur de actionibus in rem uniuersalibus.† No. ꝙ iuramentum habet uim sententiæ,ex quo apparet ꝙ habet executionẽ paratam,ut dixi in l.ij.ff.eo.Secũdò no. ꝙ iuramẽtũ habet uim sententiæ,præcedẽtibus ꝓbationib. latæ, ut hic dum dicit,atq; si probatum esset, & subdit gl.subaudi, & pronunciatũ.[a] Nam ex solis probationibus non † oritur actio,ut glo.dicit,quod no.Quod intellige,nisi ꝓbatio fieret per cõfessionẽ,uel iuramẽtũ,ut uidisti in l.nã posteà. §.fi.ff.eo.Et sic uides fm gl. qđ pronũciatio requiritꝰ. Et sic facit † quod non sufficiat relatio nuncij,super discussione bonorũ,nisi sequatur pronunciatio,de quo dixi in l. stipulatio.§.habet aũt.ff. de ope.nouì nunciat.† Vltimò no.ꝙ ex iuramento cõmpetit utilis actio. Cont. imò actio in factũ, ff.ea.l.in prin.Sol.dico ꝙ cõpetit hæc & illa. Et ideò est aduertendum,ꝙ præstito iuramento per actorẽ in reali actione,si quidẽ uerè erat dominus,habet rei uendicationẽ. Itẽ actionẽ in factũ utilemꝙ in rem,ut hic patet.si nõ erat dñs, habet actionem in factũ,& utilem in rem, ut hic, & publicianã,si nitatur ex traditione,ut habuisti no.ff.ea.l.in prin. Sed si iuramentum deferatur possessori,si iurauit rẽ suã esse,habet tantũm actionem in factũ,& utilẽ in rem,& rei uẽdicationem directam. Si uerò erat dominus, publicianã non habet,ut no.ff.ea.l.in prin. Vltimò gl. signat duo argumenta cõtraria,& nõ soluit,& est super uer.iusiurandũ,ibi, in eo.tit.de lib.cau.l.iubemus.dicibi inter easdẽ personas, hic inter diuersas.In ea.glo.ibi,l.à sententia. Dic,sed ibi nõ facit plenum præiudicium,sed aliquale,ut no.ff.eo.l.quía.

ADDITIO.

a POMA.*Pronunciatum.Bal.c.j.de lit.conteſt.& c.cũ dilectus.de ord. cog. c.cauſam quæ.de teſti.& c.tua nos.de coha.cle.& mu.& l.j.ff.eo.Fel.c.ij. de except.Fel.in rub.ext.de prob.*

LEX XIII.

1 *Accrescendi ius non habet locum in portione quæ non deficit ipso iure,sed ope exceptionis.*
2 *Dispositio l.j.C.si imperia.liber.soc.non habet locum altero socio excluso per sententiam.*
3 *Probationes utriusq; partis quando sunt pares, ille obtinet qui habet aliquam præsumptionem pro se.*

SI DVO Patroni.Lex ista consuevit reputari difficilis,& in ueritate intricata est, sed ego extricabo cã uobis multũ clarè,Et legitur in glo.duob.mod.Secundũ primũ breuiter h.d.Si unus ex patronis excludatur iureiurando,nõ prodest alteri nõ deferenti,sed facit præsumptionem,pro eo, qui se insolidum dicit esse patronum. Primò loquitur quando quilibet dicebat se patronum pro parte. Secundò quando alter dicebat se patronum insolidũ. Secunda ibi, multùm tamen. Et aduerte, quia hic est una uariatio in litera, quia dictio alteri, & dictio sibi, & dictio ei,possunt referri ad patronum deferentem & non deferentem.De qua uariatione non curo,quia idem est sensus,& ideò de ea non faciam ꝛ. mentionem, sed solum uideas exponendo literam. Opp. de prin. huius l. ad uerſ.multùm. Huius timore uariata est lectura huius l.nam quidam intelligunt,ut dixi in summario.Nam in principio quilibet dicebat se patronum ꝓ parte, unde non potest alteri prodesse, si unus esset exclusus. In uerſ.multum.dicebat unus se patronum insolidum.Et ista lectura tangitur in gl.super uerbo,alteri,in fin.& in gl.super uer.prodesse,& in pen.alias ultima glo.magna.Alij leguntꝰ istã l.aliter,& ſm eos ista l.tota loquitur quando quilibet dicebat se patronũ insolidũ.Et ſm istam lect.h.d.Quando unus ex patronis iureiurando excluditur,alteri dicenti se patronum insolidum non prodest,quò ad plenã ꝓbationem,sed quò ad qualequale præiudiciũ.h.d.nõ repeto literã.Op.de prin.ad uerſ. ad multũ.Sol.in prin.dicit ꝙ non prodest, ſcilicet quoad plenam probationem,seu plenum præiudiciũ.In uerſ.multũ.dicit prodesse quò ad qualequale præiudiciũ.Et ista lectura ponitur in gl. super uer.iurasset, & in gl. ult. in prin. quælibet potest esse uera.Op.& uidetur ꝙ iuramentũ unius,alteri prosit,uel noceat,l.duobus.in prin.ff.eo.Sol.ibi erant duo rei,hic non.Opp.[a] l.communi liberto.ff.de bo. li. in fi.ubi si unus excluditur,alteri accrescit.Sol.dicit hic gl. patronus,qui excluditur iureiurãdo,non excluditur in totum,sed ope exceptionis,unde non accrescit,ibi uerò ipso iure excluditur. Sed lac. Bal. timore huius cõtrarij recedebat à lect.gl.& legebat istud principium alio modo, ut exponeret ibi,nec ei prodest,&c. nec ei, scilicet, liberto, quasi dicat,portio excluſi accrescit alteri patrono.Ista lect. nõ est uera,nec eam sequitur Odof.nec alij,Ratio,† quia quãdocunq; quis perfectè non excluditꝰ,eius portio alteri nõ accrescit.l.planè.§.si coniunctim.ff. de leg.j.& quod ibi no.& l. huiusmodi.§.si Titio.eo.tit.sed per iusiurandum quis perfectè non excluditur,quia ꝓ ipso iure actio remanet patrono,ergo,&c.No.[b] ex hac l.quod in portione,quæ non deficit ipso iure,[c] sed ope exceptionis, non est locus iuri accrescendi,quod est mirabile,[d] uide gl.super uer. iurasset. quæ hoc dicit.Et per hoc non facit quod † ff. si imperialis liberalitatis socius.lib.x.non habet locum altero ex socijs excluso per sententiã,uel iurando,uel alia exceptione.Quæro circa istam l.quæ est ratio huius præsumptionis? ꝛ. dicit glo.ultima,ꝙ hic libertus confitebaturalium esse patronũ pro parte. Sed impossibile est, quem esse libertum ꝓ parte,& pro parte non,& ideò cùm iurauerit se non libertũ alterius,uidetur redargui eius mendacium.Aduertę, ista gl. non bene adaptatur ad literã,quia litera loquitur in liberto mortuo,cũ quæritur de bo.possꝰ.ipsius, glo.loquitur de liberto uiuo.Tamen qđ dicit gl.de liberto,intellige ꝙ dicatur per alios.qui dicebant se successores liberti. Item uideꝰ ꝙ ista gl.non dicat uerũ,quia si ego dico me nõ esse tuum libertũ,non sequitur, ergo sum alterius,ꝙa potest esse qđ sim ingenuus.Ideò tollatur hæc obiectio,dicit glo.ꝓ huius l.quod libertus nõ dicebat se ingenuũ,sed fatebatur se esse libertum alterius.Item in gl.ultima dicitur,ꝙ libertus fatebatur se pro parte alterius libertũ,ergo non erat ingenuꝰ, & non dicebat se ingenuum,quia tunc nulla erat præsumptio.Quæro ad quid ꝓdest ista præsumptio.Dicit gl.ꝙ ꝛ. dest, quia si utriusq; ꝓbationes essent pares, creditꝰ magis ꝓbationi patroni,hoc dicit gl.super uer.autoritatis.quam uide & no.† No. ergo ꝙ qñ sunt ꝓbationes utriusq; pares, uinceret ille qui haberet præsumptionẽ aliquam ꝓ se[e] ultra aduersariũ,ut uides hic tex.cũ glo.Doctores ponunt in materia uti possidetis,tenementi.An aũt hæc præsumptio sit tantæ autoritatis,ꝙ ꝓpter eam possit deferri iuramentũ,dicam ff.eo.l.admonẽdi.uerſ.quæro quid si dicta testiũ. Quæro,hic loquitꝰ qñ libertus iurauit se non esse libertum, quid cõtrà,si patronus iurauit se nõ esse patronum,quid importet?Dic ut dicitur in gl.non esse. Gul.de Cug. inducit hanc l.ad q.quam dicam ff.in processu. Vltimò glo. fin. opp.& non sol.& ideò dicas in fine eius, ibi non facit plenum præiudicium,hic qualequale.

ADDITIO.

a POMA.Opp.*Bal.c.quantò.de iud.*

b POMA.No.*Cõtra hoc facit l.hac cõſultiſſ.§.ex imperfecto.uerſ.accreſcere.C.de teſt.ubi Imol.q. in portione, quæ in totum non deficit, habet locũ ius accrescendi,ut ibi colligitur,cum debitum in testamento ſolenni, naturaliter debeatur: doc.l.cum quis. C. de iur.& fac.ign.Aduerte, q. fortaſſis poteſt aſſignari ratio,quia hic non accreſcit,ex eo q. remanet actio patrono.No.Bar.in ſuperioribus uerbis,cũ propter interitum ſit ſolũ ſublata actio naturalis,& remanſit ciuilis,ex qua oritur actio,cũ ſemel fuerit adita naturali,licet prima ſeparetur,ſed ibi nunquam cõpetit aliqua actio,cũ tantùm eſſet naturaliter debitum,& naturalis obligatio, non ſit potens ad actionem producendã.Inſt.de ob.in prin.& ideò non eſt mirũ ſi accreſcit.*

Et ad

Et ad hoc facit aliqualiter quod no. ibi Bal. quod tamen mihi non placet, quia per hoc non remouetur, q̃ portio ibi in totum deficeret, cũ possit habere locum compensatio, & retentio, si ad maius perueniatur. Ideò tenendo q̃ §. ex imperfecto. loquatur tantũ inter heredes, uide pro fol. quæ scripsi, d. l. cũ quis. Cogita tamen, quia non facile perfici potest, q̃ §. ex imperfecto. loquatur solũ in hæredibus. Vide etiam pro fol. alterius cont. Cast. l. pẽ. ff. de acq. hær.

c P.PAV.P.Iure.Com.conſ.cxiiij.in iiij.dub.Limita iſtud procedere in proprietate, ſecus in uſufructu, Ang.conſ.ccxvj.

d *Mirabile. Bal. l. j. §. ubi autem. C. de cad. tol.*

e *Se. hoc communiter ſequuntur doc. hic, & Ang. l. j. ff. de excep. rei iud. et in repe. l. ſciendum. ff. de uer. ob. Bal. conſ. ccclij. lib. ij.*

a §. IVLIA. Ait.[a] Hic. §. legitur duobus modis in gl. & alio modo extra gl. Secundũ primam lecturam. h. d. Etiã ei qui antè præſcripſerat ex iuramẽto, competit actio utilis. Vel fm utilẽ ſecundam lecturam hoc dicit, Poſt iuramẽtum præſcriptio nõ impedit actionem. Vel tertiò, extra gl. Etiam ille qui iurauit, poteſt præſcribere, & ex præſcriptione ſibi actionem acquirere. h. d. in ſumma.

ADDITIO.

a POMA. *Ait. Et p intellectu no. limit. ad reg. quæ habet, q̃ qui eſt dominus, non poteſt amplius fieri dominus. l. ſeq. §. lana. de uſuc. quia procedit quando habent directum dominium, & proprium. Secus ſi utile, ut hic colligitur. Et poteſt eſſe ratio huius tex. quia plenius ſuccurritur agenti ex iuramento, ubi non requiritur tit. neq; bona fides, quam ex præſcriptione. Bar. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de cap. tamẽ cõt. uidetur facere, quia per præſcriptionem eſt acquiſitum dominium irreuocabiliter, ergo, & cætera. no. Bar. l. d. §. ſi quis ſeruum.*

1 *Iudex non debet admittere articulum impertinentem.*
Nec quòd quis interrogetur ſuper eo, quòd iam eſt deciſum.
2 *Iudex non debet pati, q̃ teſtes examinentur ſuper articulis contrarijs.*
3 *Probatio includit omnem modum probandi.*
4 *Iuratur quando ſuper facto, tollitur omnis actio, quæ poteſt ex illo oriri, et idem quando pronunciatur.*
6 *Minor, qui iurauit non uenire contra contractum, quando poſſit petere reſtitutionem in integ.*
7 *Teſtes non ſunt interrogandi, niſi ſuper articulo, ſuper quo ſunt producti.*
8 *Teſtis deponens extra articulum, an ualeat eius dictum.*
9 *Iudex debet iurare ſuper tota cauſa.*
10 *Teſtis examinatus ſuper articulo impertinenti, quãdo nõ ualet eius dictũ.*
11 *Iudex ſi præcepit reſponderi poſitionibus, ſaluo iure impertinentium, & non admittendarum, q̃ poſt reſponſionem poterit diſputari, an debuerit reſponderi, uel non.*
12 *Teſtis interrogatus, an ſit criminoſus, & reſponderit ſic, eius dictum non ualet.*

§. ITEM Iul. Quando iurat ſuper facto, tollitur omnis actio, quæ poteſt oriri ex illo facto. Item iudex non debet admittere impertinẽtes articulos. † No. iudex non debet admittere impertinentem articulum, nec debet admittere, ut aliquis interrogetur ſuper eo qd̃ eſt iã deciſum, uel
a reſponſum. Itẽ no.[a] q̃ † iudex nõ debet pati, ut examinent
2 teſtes ſuper articulis impertinentib. Hæc omnia probant
3 hic, dum dicit, iudex non debet pati hoc, pbari. † Probatio enim includit omnẽ modũ probandi, ſcilicet per teſtes inſtrumenta & cõfeſſionem, & ſic tene menti. Iſtud tangitur in gl. l. ij. §. q̃ obſeruari. C. de iur. cal. Op. I. ſi p fure. in prin. ff. de cõd. fur. Sol. hic tollitur ope exceptionis, nõ ipſo iure, ut in cõt. Certè iſtud eſt imponere legem uerbis. Vel dic q̃ ibi fuit actũ actione furti, nõ cõdictiõe furtiua, arg. p hoc. C. de trãſac. l. ſi de certa. Videte, ego non curo qua actione
4 ſit actũ, ſed ſuper quo ſit iuratũ, ſeu pnunciatũ. † Si enim iuratur uel pnunciat ſuper facto, tollet omnis actio, quæ põt oriri ex illo facto. Ita loquit hic, ſed ſi iuratur ſuper una actione, uel pnunciatur, ut quia iudex pnunciat te nõ teneri furti, uel iuras te non teneri furti, non ſequit, ergo non teneris condictione furtiua, unde poterit agi condictione furtiua. Ita loquitur l. cõt. Cont. l. ſtia, ubi dicit ſi p fure dãnum deciſum ſit. Et ſic uidetur q̃ ſit facta deciſio ſuper facto. Sustinẽdo prædicta, intelligas p fure, id eſt, ſuper actione furti. l. inter omnes. §. hæc actio. j. de fur. Alij dicũt, ut Io.
q̃ ibi fuit tranſactũ, per q̃ uidet quis cõſiteri delictũ. l. qñ. §. de his qui no. in fa. hic uerò fuit iuratũ, per qd̃ delictum negatur, & iſta etiam põt eſſe bona, quam iunge cum præcedenti, & ſic diſtingues, aut fuit tranſactum, aut ſententiatum, ſiue iuratũ, & hoc ſecũdo caſu. Aut ſuper facto, aut ſuper actione certa, ut patet ex prædictis. Secundò op. l. ſi qs uxori. §. ſi quis iurauerit. j. de fur. gl. ponit duplicẽ ſol. quælibet põt eſſe uera, tu tene ultimã, q̃ poſt iuramentũ nõ agitur cõdictione furtiua, ſed rei uẽdicatione, in qua nihil ue-
5 nit õ id qd̃ eſt iuratum. † Ex iſta prima parte poſſumus di-
b cere in quæſtione illa, an abſolutoria[b] lata in ciuili, faciat præiudicium in criminali, uel ecõtrà, qa aut ſententiatũ eſt ſuper facto, aut ſuper iure. Dy. c. nullus plurib. ext. de reg. iu. in vj. Cy. l. j. C. quando ciuil. ac. cri, præiud. ego plenè dixi in l. ij. §. j. j. ui bon. rap. p hoc facit j. eo. l. duob. §. j. &c. Item
6 per hanc l. ego dico õ Dy. in q. de minore, † quia iurauit ſe non uenire õ cõtrà. Nam dicit Dy. q̃ põt petere reſtitutionẽ in integrũ, niſi de ea fuit certiorat. us. l. ij. C. de reſcin. uen. Ego dico,[c] q̃ ſatis eſt minorem certiorari ſuper facto, uel ſuper contractu, tunc enim tollitur omne ius, quod poſſet ſibi competere ad ueniendum contra ipſum factum. Caſus eſt hic, & l. duob. §. j. j. eo. & eſt tex. in auth. ſacramenta. C. ſi aduer. uen. dicit enim ſacramenta ſuper contractibus rerũ ſuarum non retractandis, &c. non dicit, ſuper reſtitutione non petenda. Sufficit ergo q̃ iuret non uenire contra, & ſic ſuper facto. De hoc dixi in l. ſciendum. j. de uerb. ob. Venio
d [d] ad uerſ. nec pati. Gl. inducit in arg. † q̃ teſtes non ſuntin
7 terrogandi, niſi ſuper articulo, ſuper quo ſunt, pducti. Idẽ no. ſ. de pet. hær. l. ſi quis libertatẽ. in fin. C. qui leg. per. l. momentaneæ. & ibi Cy. Sicut enim non debet iudex pati partem uolentem aliquid, pbare extra cauſam, ita non debet per teſtem dicentem aliquid extra articulum, & hoc modo
8 hæc lex facit in arg. Pro cuius declaratione quæro, † quid ſi teſtis diceret aliquid extra articulum, an ualeat dictum
e eius? R. aut iurauit dicere ueritatem ſuper articulis,[e] & nõ ualet in eo quod dicit ultra, quia in eo deponit non iuratus, ergo, &c. l. iuriſiurãdi. C. de teſtib. Aut iurauit dicere ueritatem ſuper tota cauſa, & tunc ſi illud quod dicit extra articulum, faceret ad cauſam, ualeret dictũ eius, quia depoſuit ſuper eo, ſuper quo iurauit. Ita dicunt doct. C. qui legi. perf. §. momẽtaneæ. & Spec. de teſte. §. j. uerſ. ſeq. Et intelligo cum dicere extra articulum, quando ea quæ dicit, non cõferunt ad declarationem eorum, quæ in articulo continentur, aliàs ſi cenſerunt, dicuntur eſſe in articulo, nõ extra ar-
f ticulum, l. j. in prin. ſ. ſi cer. pet. & ibi dixi.[f] † Quæro, qualiter
9 debet teſtis iurare, an dicere ueritatem ſuper articulis, an ſuper tota cauſa. R. ſuper tota cauſa. ext. de teſti. c. per tuas.
g & ibi Inn. & C. de epi. & cle. auth. ſed iudex. Quæro[g] iuxta li-
h teram,[h] quid † ſi fuit admiſſus articulus, qui non debebat
10 admitti, & quid ſi teſtes ſuper eo depoſuerunt, cum nõ deberent examinari? R. ſi quidẽ articulus ille eſt omnino impertinens, & nihil conferens ad cauſam, nõ eſt dubium q̃ nihil releuat, ut puta, q̃ rex eſt in Francia. Sed ſi aliquid cõferret ad cauſam, licet non deberet admitti, ſic. Exemplũ, in cauſa poſſeſſionis recuperandæ fuit admiſſa probatio de dominio, tunc ſi quidem parti non fuit data copia articulorũ, & ſic non poteſt ei imputari quòd conſenſerit, poterit opponere poſteà & dicta teſtium non ualebunt. Sed
i ſi ei poteſt aliquid imputari[i], ſecus ext. de ord. cog. c. j. &
k Ino. d. c. per tuas. de teſti. Et ex hoc apparet,[k] quòd † quan-
11 do iudex præcepit reſponderi poſitionibus, ſaluo iure impertinentium, & non admittendarum: tunc etiam poſt reſponſionem poteſt diſputari, an debuerit reſponderi, uel non, quia apparet partem non conſenſiſſe. Prædicta uera in his poſitionibus, quæ fieri non debent ob fauorem partis. Sunt etiam aliæ interrogationes, quæ non debent fieri à teſte, propter fauorem ipſius teſtis, ut puta ſi te-
12 † ſtis interrogetur, an ſit criminoſus, & ſimilia, tunc non curo de conſenſu partium aliquid, an conſenſerit, necne, ſi teſtis interrogetur, an ſit criminoſus, & reſponderit ſe criminoſum, licet interrogari non debuerit, utitiatur tamen dictum eius. ext. de excep. c. j. & ibi per doc. Can.

ADDITIO.

ADDITIO.

a *No. Aduerte tamen, q̃ Bar. innuere uidetur, dum dicit q̃ probatio includit omnem modum probandi. ſ. per teſtes, inſtrumẽta, & confeſſiones, q̃ ubi cauſa eſt iuramẽto deciſa, q̃ non admittatur probatio per confeſſionẽ eius, qui iurauit cõtra ipſum iuramentũ, quod puto falſum, quia poſt iuramentum etiam admittitur probatio in cõtrarium per cõfeſſionẽ. gl. l. qui iuraſſe. §. ſi pater. gl. ij. j. eo. Item poſtquã renunciatum eſt omnibus probationibus, & ſic eſt cõcluſum in cauſa, admittitur probatio per cõfeſſionem. c. cũ Io. de fid. inſt. & Bal. rub. C. de prob. Item cõtra præſumptionẽ iuris & de iure, non admittit probatio in cõtrarium, niſi per confeſſionem. Gl. §. aliud quoq; auth. de æqua. dot. Bal. auth. ſed iam. C. de do. ante nu. Ex quibus rationibus apparet Bar. malè loqui, niſi uellemus dicere ſaluãdo eum, q̃ intellexerit de cõfeſſione de facto ante iuramentũ præſtitum, à qua uidetur receptum iuramentũ. defendendo eum tanquam poſteriori loco præſtitum, ſtandum eſt huic arg. l. duobus. §. ſi. j. eo.*

b *Abſolutoria. Gl. & doc. maximè Bal. l. ex more. C. ad l. Aquil. & in l. j. C. ad l. de pla. Bar. col. l. ij. j. ui bo. rap. per omnes in l. j. C. quando ciui. act. præiu. cri. Ant. de But. c. de his, eẽ. de accu. per oẽs in c. dilectus. eẽ. de purg. can.*

c *Dico. Alex. hic, & in l. ſciendũ. tenet opi. Bar. q̃, ſi minor iurauit, nõ requiratur certioratio. Tu dic, q̃ cum opi. Dy. & Io. And. trãſit Bal. conſ. iiij. lib. iij. & conſ. xlvij. & Io. And. in addi. ad Spec. tit. de renun. §. j. uer. cui iuris. ubi idem tenet. & Bal. cõſ. xl. lib. v. ubi dicit, q̃ de iureiurando dictum Dy. eſt uerum, tamen ſi in aliqua parte inſtrumẽti eſſet facta mẽtio ætatis, procedat dictum Bart. maximè quando iurauit ex certa ſcientia, & hoc idem tenet. conſ. ccxxxiij. lib. iij.*

d POMA. Venio. Gl. ſolummodò. c. inquiſitioüs. §. tertiæ. eẽ. de accu. gl. l. admonendi. gl. ij. in fi. quæ illum tex. ad hoc ponderat. & ibi Bar. no. gl. etiam in c. de teſtibus. eẽ. de teſt. in gl. j. circa med. & tenent hoc Bar. & Fulg. licet cont. teneat Iac. de But. Alb. & Caſt. hic, & Fel. d. c. j. de teſt. Alex. conſil. xxv. uol. ij.

e *Articulis. Alex. hic, in iiij. no. c. cum dilectus. de accu. Bal. l. peremptorias. C. ſen. reſc. non poſ. Et quãdo teſtis dicatur deponere in articulo, uel extra, ultra adducta hic per Alex. iiij. no. Bal. l. ij. C. de iur. cal. c. iij. et ibi Bal. de teſt. Bal. c. licet cauſam. de prob. Itẽ inquantũ Bar. quærit, qualiter debeat iurare teſtis, ultra Alex. hic, uide Inn. & Bal. c. ij. de conſeſ. & Alex. l. ij. de iuriſ. om. iud. ſ. pro quib. facit l. ſed ſi poſſeſſori. §. j. ſ. eo. Fel. c. cauſam quæ de teſti. Alex. conſ. xc. uo. iij. & l. j. ſ. tit. prox.*

f *Dixi. Ang. conſ. clxix. Bal. conſ. cxxiij. lib. ij. Et an teſtis iuratus ſuper capitulo, poſit ſuper appenditijs deponere? Bal. conſ. clx. lib. iij. Et an teſtis dicens falſum, quod tamen non nocet parti, poſſit puniri, Bal. conſ. lxxxv. eo. lib. iij. Et quid ſi extra capitulum depoſuit falſum, idem conſ. xc. eod. lib.*

g POMA. Quæro. Adde l. j. C. de rela. Bal. l. ne arbitris. C. de arb. c. ij. de accu. in vj. Inquantũ uero concludit, q̃, ſi iudex admiſit articulos, ſaluo iure impertinentiũ & non admittendorũ, q̃ tunc pars ſibi nõ præiudicat, etiam ſi nihil opponat. Vltra hic per Alex. uide Ang. l. in ſpeciali. ff. de rei uen. 1m. l. iiij. §. prætor ait. ff. de dam. infe. Et quid operetur talis proteſtatio reſeruatoria, Bal. l. ille à quo. §. ſi de teſtamento. ff. ad Treb. Fel. c. per tuas. & c. inter monaſterium. de re iud.*

h POMA. Literã. Fel. c. paſtoralis. ult. col. de excep. & c. fraternitatis. de teſt.

i P.PAV.P. Imputari. Fel. c. ij. de prob. dum ponit de ſtatuto, q̃ contra inſtrumentum non poſſit aliquid probari per teſtes, q̃ ſi fuerint admiſſi, probarent, niſi eſſet facta proteſtatio, uel dictum, ſaluo iure impertinentiũ, Bart. l. certi cõdictio. §. quoniam. circa fi. ſ. ſi cer. pet. & Fel. c. cum contingat. de off. deleg. Item multa alia ſimilia, ad quod ubi aliquid admitti non debet, ſi fuerit admiſſum, præiudicet. Iaſ. l. j. in princ. ff. de oper. no. nunc. Deci. conſ. xlviij. q̃. ſi fuerint admiſſæ probationes cõcernentes dominium in poſſeſſorio, poterit iudex non admittere eas, & reuocare talem admiſſionem tanquã interlocutoriã, & ibi etiam, q̃, ſi pars contradicat, ſibi nõ præiudicat.*

k POMA. Apparet. Gl. c. cũ cauſam. uer. perſonis. eẽ. de teſti. Et an debeat teſtis reſpondere, ſi interrogetur, an ſit criminoſus. Fel. c. cum cauſam. uer. in eadem gl. de teſtib.

1 *Actio quænam oriatur ex iuramento ſuper certo contractu præſtito.*
2 *Actio quæ nam oriatur ex ſtatuto uel conſuetudine.*
3 *Sententiæ ſi peto executionem ad eam rem uenditam, non poſſum opponere in executione de precio.*
4 *Exceptio peremptoria nõ poteſt opponi poſt ſententiã, uel poſt iuſiurandũ.*

a §. SI QVIS IVRAVERIT. Ex iuramẽto formaliter præſtito datur actio utilis ex eo cõtractu, cuius forma cõtinet iuramentum. Opp.[a] & uidetur q̃ ex iuramẽto oriat actio in factũ, l. ſed & ſi poſſeſſori. in prin. ſ. eo. Sol.
1 dico † q̃ hæc actio utilis ex eo cõtractu, non excludit actio Bart. ſuper ff. net. nem in factũ. d. l. ſed & ſi poſſeſſori. in fi. ſ. ead. l. §. j. Vnde qñ iuratur ſuper actione realí uel miſta, quę actiones competant uidiſtis in l. ſed & ſi poſſeſſori. in fi. ſ. eo. Qñ uero iurat ſuper actione perſonali, & tunc aut iuratur informiter, nulla cauſa expreſſa, quare teneatur, tũc habet locũ actio in factũ ex iureiurãdo, ſ. eo. l. nam & poſteà. §. j. & l. ſed & ſi poſſeſſori. §. j. & j. §. prox. Aut iurat formiter expreſſa cauſa & cõtractu, quare teneẽ, & tũc habet locũ actio in factũ, & actio utilis ex eo contractu propter iuramentũ, ut hic. Item actio directa ex eo cõtractu, ſi ante uerè cõpetebat. Et ex hoc dici
2 mus, qñ quæritur † quæ actio oriatur ex ſtatuto, uel cõſuetudine, quia ſi ſtatutũ uel cõſuetudo diſponit formiter, habet locũ actio ex eo õctu, uel ex cauſa, ſup qua formiter diſ-
b ponit. Exemplũ [b] dicit ſtatutũ, q̃ ualet teſtamentũ cum tribus teſtib[b]. Certè agetur actione ex teſtamẽto, quia formiter diſponit. Vel pone, dicit ſtatutũ, q̃ minor xxv. ann. &c. poſſit uendere & alienare cũ preſentia cõſanguineorũ ſuorum. Certè oriet actio ex eo cõtractu, arg. huius §. ſed ſi diſponeret informiter non expreſſa aliqua cauſa quę caderet in forma cõtractus, uel quaſi, tunc daretur condictio ex le-
c ge, uel ex iſto ſtatuto, c l. j. in fi. j. de cõd. ex lege. & ar. eo. quæ ſ. dicta ſunt. Ad fm opp. & uidet q̃ iuramentũ non debeat nocere ei qui præſtitit, l. euidẽter. j. de exce. rei iud. Sol. dicit
d gl. iſtud eſt propter [d] cõnexitatem. In omnibus enim cõtractibus, in quib[d] ultro citroq; oritur obligatio, ſi iuratur ex una parte, ex alia iurari uidet, ut hic, facit l. fi. j. de accep. Iu-
e xta hoc [e] quæro, ego dixi in l. ij. ſ. e. q̃ iuramentũ habet exe
3 cutionẽ paratam, † utrũ quãdo tu petis executionẽ ad rem tibi uenditam, ego poſſim in executione excipere de precio? uidet q̃ ſic, j. prox. ſ. Cõt. Spe. de exec. ſen. ſ. fi. uer. illud
f autẽ quæritur. & bene.[f] Nam q̃ precium ſoluatur antequã res tradat, uenit iure exceptiõis. l. Iul. §. offerri. j. de act. emp.
4 Sed exceptio † peremptoria nõ poteſt opponi poſt ſententiam, uel poſt iuſiurandũ. l. peremptorias. C. ſentẽ. reſc. non
g poſ. & ſ. eo. l. j. §. j. fm primam lect. debebit ergo precius petit iure actionis. Non ob. j. prox. §. quia ibi nõ erat nata actio ante debiti ſolutionem. l. ſi rem. §. omnis. j. de pig. act.

ADDITIO.

d POMA. Opp. Fel. d. c. cum cauſam. de teſti.

b *Exemplum. Bar. conſ. ſuo incip. In nomine domini, Proponitur. & iſtud nõ ſolùm procedit in præſumptione, ſed etiam in fictione. Vnde in confeſſione ficta, quæ oritur propter cõtumaciam, inducitur cõfeſſio cũ omnibus qualitatibus. l. ij. §. q̃, ſi actor. uer. quemadmodũ rei qualitas. quẽ no. ibi ad hoc Bal. C. de iur. cal. Cont. Anch. q̃. imò ex cõfeſſione ficta non oriantur qualitates, cõſ. ccccxij. Bar. cõſ. incip. Statuto ciuitatis Aſiſij. & Ang. conſ. cxlvj. Bar. l. quidam æſtimauerunt. ſ. ſi cer. pet. ubi dicit aliud eſſe haberi quẽ pro confeſſo, quoad factum, & aliud, quoad qualitates facti. Bar. l. ſi cui ſerui. §. ſi a filio. j. de leg. j. ubi uide quæ ſcripſi, & tũc de iſta opinione quam per ſuperiora puto ueram, reſponde ad iſtum tex. q̃ loquitur in his, quæ ueniunt de natura contractus, quæ bene fateor oriri cum præſumptione, & fictione quæ præſumitur ex actu, de quo per ſuperiora.*

c POMA. *Statuto. Alex. cõſ. vij. ij. uol. Iaſ. l. j. in pri. ff. de off. ei. cui mã. eſt iur.*

d POMA. *Propter. Fel. c. cauſam quæ. de re iud.*

e POMA. *Hoc no. Bar. uelle, q̃ oriatur ex empto, antequam emptor tradat, aut offerat precĩ. Cont. Fulg. l. filiæ licet. C. de collat. Sed pro opin. Bar. eſt tex. l. iuriſgẽt. in prin. de pac. doc. d. l. filiæ licet. & Alex. ibi. Ro. conſ. lxxvj. in iiij. dubio. Raph. conſ. xix. Alex. cõſ. xvij. in j. uol. Caſt. l. ſi. ad fi. C. de ſac. eccl. & in l. j. C. de iur. & fac. ign. Cum petitur executio ad rem uenditam, non opponitur exceptio de precio. Cont. Bal. l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſſ. Fulg. & Caſt. l. filiæ. C. de collat. ubi uideas. Alex. & cõis opin. eſt cõtra Bar. ut inquit Alex. Ro. cõſ. lxxvj. Videtur tamẽ facere pro opi. Bar. quia liquidũ eſt, emptionẽ eſſe factam, ſed tamen liquidũ nõ eſt precĩ non eſſe ſolutum, & ſic non debet fieri cõpenſatio de non liquido, ad liquidum.*

f *Bene. Alex. dicit hic, magis cõcn concluſionẽ eſſe cõtra Bar. Cui adde Caſt. conſ. clxiij. ubi cõtra Bal. & Spec. apertè tenet, Pet. de Anch. conſ. vj. quòd exceptio inuentarij, poſſit opponi poſt ſententiam, quia nõ impugnat ſententiam, ubi ſ.*

g P.PAV.P. *Precium. Et ſic uult Bar. q̃ condemnatus ad rei traditionem, poſſit poſteà petere precium, quia non ſit ſibi præiudicium, licet prima facie uideatur econtrà, ex quo non fuit cõdemnatus ad rem, & nihil fuit dictum de precio, tacitè uidetur innuere, quòd fuit ſolutum. Com. conſ. ix. Fel. c. cùm Io. de fid. inſt.*

1 *Iurans dedisse librum pignori pro x.non fatetur recepisse.*
2 *Iurat si aliquis se conuenisse mecum de permutando librum cum meo, ex isto iuramento non poterit agere.*
3 *Iurans me emisse à te rem pro certo precio, non expressa quantitate ex iuramento, agere possum.*

§. MARCELLVS. Quando iuratur super contractu, competit utilis ex eo cõtractu, tunc quando cõpeteret, si uerè cõtractus interceſsisset. Opp. si aliquis dediſſet uerè librũ pignori pro decem, posset repetere pignus, niſi creditor probaret ſe decem numeraſſe. l.j. C. de non nu. pec.
1 C. si pig. cõue. nu. ſeq. nõ fue. l.j. Sol. Intelligo cp hic †iurauit ſe dediſſe librũ pignori pro decem, quæ recepit, ſecus ſi ſim
a pliciter dixiſſet pro decem. Ita intelligit gl. noſtra. [a] Quæro qua actione cõueniatur iſte ad decem? Gl. reſpondet, cp actione in factũ, quia quoad iſta decem informiter eſt iura-
2 tum. Iuxta hanc l. quæro, †pone cp ego iurauí, cp inter te & me conuenit de permutando librũ tuum cum meo, an ex hoc iuramento agere poteroꝛ? ꝛ. cp non, quia cõtractus qui iuramento exprimit̃, de ſe actionẽ non produceret, niſi ue-
b ſtiatur rei interuentu, ergo, &c. ut in hoc §. Secundò [b] quæro, †quid ſi iurauí rem à te emiſſe pro certo precio, non ta-
3 men expreſsi quantitatẽ, an ex hoc iuramento agere poteroꝛ uidetur cp non, quia preciũ non eſt certum. §. precium. Inſt. de emp. & uend. Sol. puto cp ille, cõtra quem iurat̃, poſ-
set petere cp ille cõpellatur exprimere certũ preciũ, l. certũ. in princ. ff. de confeſ. ſed ſi non exprimeret, puto cp ex parte ſua ipſe poſſet agere ad rẽ. Sicut enim hic ex una parte po-
teſt iurare formiter, & ex alia informiter, ita in q. propoſita, ex una parte iuramentum poteſt continere certum, ex alia
c incertum, quia non eſt quod repugnet.[c]

ADDITIO.

a Noſtra. Cum gl. tranſeunt communiter doc. excepto Ful. ut hic Alex.
b POMA. *Secũdo. Alex. conſ. xviij. in j. uol. & Iaſ. l. admonendi. ff. eo. in repe.*
c Repugnet. Rap. l. ſciẽdum. ff. de uer. ob. uidetur approbare quod dicit Bart. hic, ſi tẽpore delationis iuramenti fiebat diſputatio nõ de precio, ſed de re. Vnde poſtquã non erat quæſtio de quantitate precij, nõ curamus, an quantitas ſit expreſſa, ar. l. ij. C. de ſen. quæ ſine cer. quant. Alex. hic.

§. SI QVIS IVRAVERIT. Qui iurando per principem deierat, fuſtibus caſtigatur, Opp. & uideť cp periurus nõ puniatur, ut C. e. l. ij. Sol. ibi iurauit per deũ; hic per principem. De hoc qualiter periurus puniatur, Cy. d. l. ij. & per gl. tangitur in l. Lucius. §. de his qui not. infa. & hic per Gul. & ff. l. quoties.

LEX XIIII.

QVOTIES. Iuramentũ ueritatis parenti uel patrono non remittitur. Opp. ff. eo. l. iuſiurandum & ad pecunias. §. qui iuſiurandum. Sol. ibi loquitur in iuramento calumniæ, quod remittitur, *hic in iu-
* Remittitur, ramento ueritatis, quod non remittitur.
Hoc falſũ eſt,
non enim iuramentũ calumniæ remitti poteſt: c. cæterũ. ex. de iur. cal. I. C.

LEX XV.

1 Iudex ad egregias perſonas mittit officialem pro iuramento.
2 Iuret ſi egregia perſona, pars põt eſſe præſens, & debet moueri per iudicẽ.
3 Mulier propter honeſtatem iurat parte abſente.

a AD PERSONAS. [a] Iſta l. ſeipſam ſũmat. Opp. l. iu-
bemus. §. fi. de epiſ. & cle. Sol. hic non dicit, cp iudex
1 uadat ad eum, ſed † cp iudex mittat officialẽ. †Quæ-
2 ro cũ tempore quo iuratur, uel reſpõdetur, pars debet eſſe præſens, utrũ teneatur moneri pars, cp cõpareat ad domũ ipſius, ut uideat eũ iurare: tex. eſt cp ſic. C. eod. l. generaliter. §. his de præſentibus. Facit auth. apud eloquẽtiſsimum. &
b melius in l. iudices. C. de fid. inſt. intellige, niſi ſit mulier. [b] Il-
3 la enim propter honeſtatem †poteſt iurare abſente parte. [c]
c auth. ut lit. iurent. §. ſi uerò mulier. ſm Gul.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Perſonas. An iſta lex procedat, quãdo egregiæ perſonæ producuntur in teſtem, Ro. ſing. in ult. char. in fi. incip. communiter dicitur. Fel. c. ſi quis teſtium. eõ. de teſti. ubi quædam alia ponit in materia præcipuè quæ dicantur egregiæ perſonæ. Fel. c. cùm inter. de re iud. Alex. l. alia. §. eleganter. ſol. mat. Ro. ſing. clxx. & Bart. l. quoties. C. de dig. lib. xij. Et no. q. huic legi non poſſet per pactum renũciari. Cy. l. nec honore. C. de epiſ. & cle. De quo Alex. l. alia cauſa. §. eleganter. j. no. ff. ſol. mat. & Ro. ſing. cccl xviij. & Bar. l. j. C. de aduo. diuer. iud. Fel. c. cùm inter. de re iud. Ro. ſing. clxx. & Alex. l. petens. col. fi. ad med. C. de pac. & Ro. ſing. ſuo cccxxiij. & Alex. pro confirmatione l. ſi cõuenerit. de re iu. Pan. c. ſignificauit. de off. ord. & Ro. in deciſ. nouis. deci. vij. in ti. de teſt. & Alex. l. hac conſultiſsima. §. ſi quis autem. C. de teſta. Fel. c. ſi diligenti. de ſo. comp.
b Mulier. Pan. c. ſi qui teſtium. eõ. de teſti. dicit, q licet iſta opi. doc. ſit æqua, tamen de iuris rigore, ipſe non admitteret, quia ſicut uadit notarius ad mulierem, ita debet poſſe pars accedere. Cuius autem expenſis mittatur officialis ad domũ egregiæ perſonæ, uel infirmæ, Spec. tit. de iur. cal. §. reſtat. uer. antep. dicit, q. expenſis communibus.
c POMA. *Parte. Cont. Ro. ſing. xxxvj. aliàs cclxvj. Fel. c. ij. de teſt. in c. ſi qui teſtium. eo. ti. Alex. conſ. xliij. j. uol. Fel. c. cùm non deceat. de præſc.*

LEX XXVI.

SI PATRONVS. Non cogitur quis iurare ſuper actione, quæ non poteſt contra eum proponi. Item patrono remittitur iuramentũ calumniæ. Opp. l. Marcellus. §. j. ff. rer. amot. Sol. ibi in aliũ, contra quẽ hæc actio proponi poteſt, hic in patrono, contra quem nõ poteſt propo-
ni, quia eſt turpis. l. honorí. ff. de obſeq. pat. præſt.

LEX XVII.

1 Iuramentum conuentionale non refertur.
2 Iuramentum quando ſit modus inducendæ obligationis.

1 IVSIVRANDVM. Iuramentũ conuentionale †non
poteſt referrí. Opp. ff. eo. l. manifeſtæ. Sol. ibi loquitur in
2 iuramento iudiciali, hic in cõuentionali. †Quæro, utrũ iuramentũ ſit modus inducendæ obligationis? Breuiter dic tres caſus, Aut eſt iuramentũ litis deciſorium, & tunc ex eo oritur obligatio & actio, ut per totũ iſtum tit. Aut eſt iuramentum confirmatoriũ, & tunc cõfirmat cõtractum etiam inualidum, ut ex eo oriatur actio. auth. ſactamẽta pub. C. ſi aduer. uend. Quoddam eſt iuramentũ introductorium obligationis. Verbi gratia, iuro cp ego dabo tibi centũ, nulla præcedente cauſa, tunc iuramentũ non eſt modus indu cendæ obligationis, niſi in liberto. l. ut iuriſiurãdi. in prin. de oper. lib. & l. fi. C. de lib. cau. cp plenè dixi in l. ſi quis pro eo. in princ. ff. de fideiu. & Gul. hic. Vltimò inducit̃ per Gul.
3 in arg. cp ſi quis in inſtrumẽto †promittat ſe ſtare iuramento aduerſarij de intereſſe, & expenſis, cp ualeat. Alij contra,
a de quo Spec. [a] de prob. §. uidendum. uer. quid ſi ibi dicitur. & Cy. C. de epiſcop. & cler. l. pen. & Dy. l. ult. ff. de præt. ſtipul. ibi plenè dixi.

ADDITIO.

a Spec. Io. And. in addi. & Alex. conſ. xxxvij. lib. ij.

1 Iuramentum deferre non poteſt, qui non poteſt alienare.
2 Pupillus qui fari poteſt, eſſe poteſt in iudicio cum tutore, & quando poſit iuramentum deferre.
3 Iuramentum non habet uim ſolutionis, quoad omnia.
4 Adultus quando poſsit iuramentum deferre etiam ſine curatore.
5 Iuramentum an habeat uim confeſsionis.
6 Actus facti per non iure electos, caſſantur.

§. PVPILLVS. Pupillus ſine tutore non poteſt iuſiu
randum deferre, ſed tutor ſine pupillo ſic. Vel, Qui nõ
a poteſt [a] alienare, †non poteſt iuramentũ deferre. Opp.
1 cp non omnis pupillus poteſt eſſe in iudicio cum tutore, l. j. §. ſufficit. de adm. tut. Huius timore gl. j. huius §. dicit, intelige de pupillo doli capace. Sed certè non requiritur, cp ſit
2 doli capax, † ſufficit enim cp fari poſsit. d. §. ſufficit. Opp. cp etiam quando cum tutore detulit, non noceat pupillo, l. ij. C. ſi tut. uel cur. interue. Sol. quãdo ſine tutore detulit, com petit replicatio, ipſo iure, ut hic quãdo cũ tutore, poſſet reſtitui, & aliàs replicatio non competeret. l. cont. §. eo. l. nam poſteà. §. ſi minor. Opp. ff. eo. l. qui iuraſſe. Sol. ibi loquitur in pupillo iurante, hic in pupillo deferẽte. Opp. cp iuramẽtum

tum habet uim ſolutionis, ff. eo. l. iuſiurãdum etiam. Sed ſi ſoluitur cum iudicis autoritate, præiudicatur minori. C. de
3 admin. tut. l. ſancimus. & l. ait prætor. §. permittitur. de min. ergo, &c. Sol. Non habet †uim ſolutionis, quod omnia, ut in gl. & bene. Item opp. & uidetur quod ipſo iure nõ obſtet exceptio, ut ff. quar. rer. act. non da. l. j. §. j. Sol. Illa intelligitur ſm iſtam, ſcilicet, cp actio non datur ope replicationis, &c.
b Quærit gl. [b] quid in adulto curatorẽ habenter? Gl. †hic ua-
4 riant, Nam gl. magna hic in fi. dicit idẽ per omnia in adulto curatorem habente. Glo. ſeq. dicit cont. ibi, licet ſecus ſit in adulto curatorẽ habente, ſm Io. & Pla. Quid dicemus, cp ſit aliud in minore curatorẽ habente, probatur, nam defer
5 re iuramentũ, † habet uim cuiuſdam cõfeſsionis, l. qui iuraſſe. in fi. ff. e. Sed cõfeſsio in iudicio præiudicat minori habenti curatorem, niſi reſtituatur. l. certum. §. minorẽ. de confeſ. ergo & iuramentũ. Cont. puto, Nam in confeſsionibus, quę fiunt ad ſolennizandũ iudicium, cõfeſsio minoris nõ ualet. Vnde eius confeſsio nõ poſſet inducere litis conteſt. ut no. in l. ij. §. cp obſeruari. & ibi glo. & doc. de iur. cal. & ſcripſi in d. §. minorẽ. Sed iuramentũ habet uim cõteſtationis & ſententiæ, & ſic habet uim eorum actuũ qui ſolennizantur, meritò nõ poteſt iſtos actus exercere ſine autoritate cu
c ratoris. Vnde teneo cp no. in d. glo. magna, [c] in fine. Vltimò
6 inducit gl. in arg. hanc l. in omnibus † contractibus, quos
d innuit hic, qui non ſunt iure electi, ut omnia caſſentur, [d] ut hic, & C. de ſac. eccl. l. decernimus. & de re. eo. l. qui nec p. & C. de eo qui pro tu. l. ij. & quod ibi no. & in quib. cau. in integ. reſt. non eſt neceſ. l. pe. Sed contra dictum arg. facit, de off.
7 præt. l. Barbarius. ꝛ. cp ibi fuit error communis. † Quærit gl. quid ſi ab initio tenuit inſtitutio, ſed poſteà aliquo caſu eſt ceſſata? Dicit gl. tunc tenent geſta per eum. Dicam in l. Barbarius. de off. præt.

ADDITIO.

a POMA. *Poteſt. Ex hoc ſequitur æquiparando iuramentũ tranſactioni. l. ij. ff. eo. q. nec etiam poterit tranſigere. l. non ſolum. C. de præd. min. gl. l. j. C. ſi aduer. tranſac. quam ibi no. Bar. Secundò ex hoc ſequitur, q. cùm tranſactio & compromiſſum æquiparentur, gl. §. illud. auth. ut dif. iud. Bart. & doct. auth. ſi uerò contingerit. C. de iud. q. ſicut qui non poteſt alienare, non poteſt tranſigere, ut ff. non poterit etiam cõpromittere, c. cum tempore. & ibi no. Can. ex. de arb. Item infert ex hoc, ut quemadmodũ bona ſubiecta fideicommiſſo, non poſſint effectualiter alienari. l. ij. §. pe. & auth. res quæ. C. comm. de leg. ita etiam ſuper illis non poterit iuramentum deferri. Bar. l. cũ qui. §. ſi libertus. in l. manifeſtè. circa med. ff. e. Item infertur, q. quemadmodum uaſſallus, uel emphyteuta nõ poſſunt alienare irrequiſito domino, q. ita etiam non poterunt iuramentũ deferre ſuper re feudali, uel emphyteuti ca, Ca. quanquã cõtrariũ tenuerit Ro. hic, de quo articulo uide per Iaſ. hic.*
6 ff.de acq.pos. Ad idẽ facit,† quia aliud est renouare, aliud in ꝟcu antiquo persistere,seu pseuerare. l.itẽ quærit. §.qui impleto.j.loc.& l.certè.j.de præcar.& l.sed & si manẽte.e.tit. Actio enim nõ oritur ex cõtinuatione,sed ex ueteri ꝟcu.d. ll.& idẽ in delictis.l.ei q.j.de fur.Sed si ad primũ actũ respicimus,ille actus est impunibilis,fm formã statuti,ergo,&c. Pro hoc uidet casus.j. quod ui aut clã.l. semper. §.annis.§. hoc interdictũ.ubi de opere facto q̃ durabat,dat actio in-
7 tra annũ tantũ.In cõt.uidetur tex.quia in his † quæ habẽt causam cõtinuam,quotidie fit,& semper fieri uideť,l.j.in fi. ſ.de usufr.accref.Sol.dic q̃ quidã sunt actus,q̃ habent causam cõtinuam & ista cõtinuatio cõsistit in animo & in per-
b seueratione uolũtatis,tunc fateor q̃ quotidie fit[b] ut uidemus in usufructu legato, qui cõstituitur patiendo. l.j.in fi. ſ.de usuf.acc.&ideò si respectu initij nõ potest aliquo casu, ageť ex eo,q̃ posteà renouari uideť, ut ibi uidistis,ita in posito dico in q.de societate,seu liga,inst.de societate.§.manet.Ad idẽ j.de fur.l.ei qui.& ibi no.Idem dicerem in q. formata in gl.de eo qui habet appẽsum,si enim ex prima appensione agi nõ potest,ageť ex eo q̃ hodie appensum habet. Et hic uideť tex.cũ gl.l.si uerò.§.fi. cũ glo.fi. j.de his qui dese.uel effu.ubi licet ex ueteri appensione non posset agi, quia defunctus est habens causam,tamẽ potest agi contra hæredẽ ex eo q̃ ipse habet,& illud habere continuat. Qñq; lex punit aliquod factũ,& habet respectũ magis ad factũ,
c q̃ ad animũ,[c] ut puta,si lex diceret,si quis fecerit ędificium in publico,non dicit,si quis habuit.Nã habere cõtinuatur animo,nõ autem facere,tũc tempus limitatũ à statuto curd reret à die operis perfecti,si tẽpus in notitiam [d] peruenerit.
e Si enim opus est factũ clam, tũc tẽpus [e] nõ curreret.d.§. annus.& ideo tũc nõ posset agi elapso termino statuti, ut puniatur de eo quod fecit,sed ut puniatur de eo q̃ factum habet,posset bene agi,si lex cõis uel statutũ hoc disponeret.

ADDITIO.

4 POM.Popularibus.c.lator.de re iud.& rub.de ſpõ.in fi.Ro. cõs.ccxiij.ubi generaliter ponit quæcũq; res sit finita inter aliquos,an alijs præiudicet.

b IO. FR. RVE. Fit.Videtur ergo inferri ex hoc dicto Bar. q. actus reiteratio,& pluralitas præsumitur.Cõt.ault Bar.cons.cxvij.in fi.& est cõmunis opi.doc.l.omniũ.C.de testa.& Can. c.cion Io.Hæremita.de fid. inſt.& in c.in præsentia.de prob.& Iaſ.hic,& l.non hoc.C.un.legi.& in l.ij.C.de bo.poſ.contrat.& Aret.cons.xxxvj.

c Animum. Adde quod statutibus duobus statutis,quorũ uno caueatur, quod elapsis v.ann. Potestas non posit inquirere de maleficio:altero, quod ducens duas uxores eodem tẽpore,capite puniatur,quod si quis duxerit duas uxores,& cum secũda per quinquennũ,& elapso etiã quinquennio semper cohabitauerit,quod tamen Potestas elapso quinquennio nõ poterit inquirere,Anch.cons.iiij.Et de materia huius §.Bal.cons.lxvj.lib.j.

d Notitiam.Cõmunis opin.est Bar. ut per Bal. Ang.& alios in l.ſi. C. de do. & Bal.hic.

e P.PAV.P.Tempus.Aret.cons.cxxij.circa fi.Bar.cons.viij.in j.uol.ubi enumerat multos casus,in quibus ignoranti,uel impedito non currit præscriptio,& cons.iij.eo.uol.

2 *Iuramentum deferre est alienare.*

3 *Fideicommisso grauatus deferendo iuramentum super bonis subiectis restitutioni,non præiudicat alteri.*

§. SI LIBERTVS. Statur iuramẽto,quo qs se nõ esse libertũ iurauerit.† No.quod iuramẽtum habetur pro ueritate.Opp.quia si libertus refert patronũ, & iurauerit se patronum esse,tale iuramentum nihil præiudicat tin bo.poſ.cõtra tab.l.si iurauero.j.de iur.pat.Sol.Hic qñ iurat libertus in sui fauorem,ideo fauore ingenuitatis porrigit ad omnia.Ita dicit gl.hic,& in l.cont.Tu assigna aliam rationem,quia patronus potest remittere bo.poſſ. cõtra tab. & totum ius patronatus.l.iij.C.de bo.lib.Meritò potest su-
2 per hoc iusiurandum deferre,† quod est alienare,& remittere,ut ſ.eo.l.iusiurandum.§.j.in l.uerò contraria,iurat patronus liberto deferente,qui non potest sibi aufferre libera testamenti factionem.l.cùm donationis.C.de transac. & de uerb.ob.l.stipulatio hoc modo concepta.cũ simi. meritò,quia hocius alienare non potest, iuramẽtum ad hoc porrigitur. Glo.quærit de una q.de qua dic ut in eadem,& uide eam,& dic in fin.eius,sed illud ne delictum remaneat impunitũ,& ibi no.Et facit decisio huius glo.quod ille qui
3 habet res,† quæ subiacent restitutioni,deferendo iusiurandum nõ potest alteri præiudicare.C.cõmunia.de leg.auth. res quæ coniuncta.l.iusiurandũ quod.§.j.ſ.eo.& sic esset iusta causa recusandi iuramentum, quia alio posteà agente posset quæri de suo periculo.

§. SI IVRAVERO. Opp.quòd per iuramentũ tollitur omnis exceptio.l.duobus.in fi.ſ.eo.ergo nõ potest opp.mihi iuranti de cautione non præstita. Sol.fateor q̃ tollitur per iuramentum omnis exceptio,per quam detegeretur uerum nõ esse iuratum,aliàs secus,ſ.ea.l.§. si mulier.Sed iste qui petit cautionem,non negat iuramentum esse uerum;imò fatetur,ergo,&c.

LEX XXXI.

1 Sententia lata prætextu iuramenti necessarij, retractatur per instrumenta de nouo reperta.
2 Instrumenta de nouo reperta, possunt produci post conclusum in causa, etiam peremptorio emanato.
3 Instrumenta de nouo reperta producũtur usq; ad conclusionem causæ.
4 Instrumenta fuisse de nouo reperta probatur per iuramentum.
5 Quando sententia est lata sub conditiõe, an pars admittatur ad probandũ usq; ad euentum conditionis.
6 Probationes respicientes uires sententiæ quãdo post sententiam admittuntur, sicut una pars admittitur ad probandam ualiditatem sententiæ, ita altera pars ad inualidandam.
7 Lex facta à priorib⁹, q; quilibet soluat collectã intra x. dies sub pœna, quãti pluris, secundũ formam statuti, si non reperiatur statutũ, tamẽ lex ualet.
8 Actor qui in prima dilatione fecit quicquid potuit, in faciendo citari duos testes, qui non uenerunt, habebit secundum dilationem solum, ad producendum illos testes.
9 Sententia lata in casu l. si quando. C. unde ui. nõ retractatur per instrumenta de nouo reperta.
10 Sententia lata ex iuramento in litem delato, nõ retractatur per instrumenta de nouo reperta.
11 Sententia lata in casu l. properandum. §. sin autem. C. de iud. nõ retractatur per instrumenta de nouo reperta.
12 Iuramentum iudiciale & uoluntarium, tollit ob. naturalem.
13 Actor quando dicatur nihil probasse.
14 Terminus appositus iurisdictioni, uel instantiæ, habet uim termini peremptorij, ad probandum.
15 Actor dicitur plenè probasse, quando iudex ex ostensis sibi est adductus ad fidem & credulitatem.
16 Iudex ad credulitatem, quando adducatur. nu. 19. & nu. 23.
17 Scire per rationes, & demonstrationes est uerè scire.
18 Scientiam quis habere dicitur, quando ad id scire per sensum mouetur.
20 Dubitare quis dicitur, quando non applicat eius animum magis ad unam rem, quàm ad aliam.
21 Suspicio quæ dicatur, & quãdo iudex dicatur suspicari, & est primus gradus probationum.
22 Opinio quãdo dicatur in iudice, & est secundus gradus probationum.
24 Priuata scriptura, quando faciat semiplenam probationem, & quãdo plenam, & nu. 26.
25 Priuata scriptura triplex.
26 Rationũ liber, quando faciat plenam fidem, & quando semiplenam.
27 Rationum liber alicuius defuncti, bonæ conditionis, & famæ, inducit præsumptionem pro hærede.
28 Rationum liber exercentis publicè artem, quando non cõtinet aliquid pro eo, nec contra eum semiplenè probat.
29 Consuetudo in probationibus fiendis est attendenda.
30 Epistola quam probationem faciat.
31 Exemplum quam probationem faciat.
32 Instrumentum factum inter duos, an faciat semiplenam probationem pro tertio ibi nominato.
33 Instrumenti intitulatio facta in margine in breuiaturis notarij, quam fidem faciat.
34 Instrumentũ carens indictione, uel nomine principis, quã fidem faciat.
35 Fuga quam probationem faciat.
36 Testis unicus quando faciat semiplenam probationem.
37 Testis consanguineus, uel multum amicus, q; non faciat semiplenam probationem, sed suspicionem.
38 Testes qui iurauerunt, & non deposuerunt, uel deposuerunt, & nõ iurauerunt, non faciunt fidem.
39 Duo testes deponentes, q; Titius legauit centum Seio in præsentia septem testium probant legatum.
40 Testes deficientes in dicto, quando faciant probationem.
41 Testis non examinatus à iudice, quam fidem faciat.
42 Instrumẽto creditur propter loci distantiam, cui alias non crederetur.
43 Testis si dictum appareat, & iuramentum non, quando probet.
44 Sententia lata de antiquo, uel, licet acta non appareant.
45 Testium dicta inter alios examinata, faciunt semiplenam probationem, si modò examinari possunt.
47 Iudicium quando faciat semiplenam probationem.
48 Semiplenæ probationes duæ, quando faciant unam plenam.
49 Perfecta duo tendentia ad diuersa, non faciunt unum perfectum.
50 Actore plenè probãte, & reo semiplenè, quãdo probatio actoris elidatur.
51 Probatio una imperfecta, quando tollit aliam.
52 Iuramentum necessarium in quibus causis locum habet.
53 Causa magna æquiparatur criminali.
54 Causa magna dicitur secundum qualitatem personarum.
55 Possessionis causa non dicitur magna, & in ea defertur iuramentum necessarium.
56 Causa quando est magni ponderis, & uertitur dubium super eo, per quod ueritati non fit præiudicium, iuramentum necessarium defertur
57 Iuramentum necessarium cui deferatur.
58 Personæ uili, uel infami, non defertur istud iuramentum necessarium.
59 Iudex tenetur deferre iuramentum necessarium, quando est semiplenè probatum.
60 Iuramentum pars petit deferri.
61 Iuramentũ necessarium peti potest deferri, usq; ad conclusionem causæ.
62 Admonendi dispositio l. habet locum in actore & reo.
63 Sententia quãdo retractari possit per testes de nouo repertos.

1 ADMONENDI. Sententia† lata prætextu falsi iuramenti necessarij, retractaꝛ per instrumenta de nouo reperta secus in iuramẽto uoluntario & iudicia-
a li.[a] Primò ponit unũ dictum, secundò illud limitat. Secunda ibi, sed hæ cõstitutiones. Item prima subdiuiditur, quia primò ponit dictũ in genere, secundò exẽplificat illud. Secunda ibi, si quis noua. Item secunda pars prin. subdiuiditur, quia primò ponit limitationẽ, q; dictum intelligaꝛ qñ sententia est lata prætextu iuramẽti necessarij, secũdò ponit qñ deferatur istud iuramentũ necessarium, tertiò quid in uolũtario & iudiciali. Secunda ibi, solent. Tertia ibi, q; si alias. No. quod dixi in summario. Alia notabilia habebitis in prosecutione materiæ. Ad primã partem opp. & uidetur quod sententia nõ possit retractari propter noua instrumenta, & sic opp. l. si diuersa. C. de transac. & qñ prouo. nõ est necess. l. j. Huius timore, ut arbitror, dicit glo. intelligenoua instrumẽta, id est, nouiter reperta, nõ nouiter fabricata. Vide gl. q. d. etiã si de cõsensu partiũ fierent noua instrumẽta, non posset recedi à sententia prima. Præterea ex instrumentis, quæ de nouo fierent, non detegeretur periuriũ iurantis iam præstitũ, unde de his instrumentis non loquit. Opp. l. sub prætextu. de trãsac. Sol. Aliud in trãsactione, quæ non retractaꝛ prætextu nouorum instrumentorum. Et est ratio, quia trãsactio fit cõsensu partiũ, sicut dicimus in iuramẽto uolũtario, & iudiciali, ut hic in fi. sed hic loquit in iuramento necessario, quod defertur inuita parte. Opp. l. Imperatores. de re iud. & l. sub specie. C. de re iud. ubi prætextu nouorum instrumentorũ, non rescinditur sententia, nisi in certis casibus. Huius timore hæc lex legit quatuor modis, quorum tres sunt in gl. Primo, qñ sententia sola est lata, & tunc loquitur cont. hic qñ fuit sententia & iuramẽtum, unde in odium periurãtis permittitur, q; retractetur per instrumenta nouiter reperta. Ista lect. est uera, ut patet in hoc tex. & cõmuniter omnes eam tenẽt. Sed ad istam lec. opp. sic, Difficilius retractatur q; duplici uinculo fulcit. C. de pac. l. j. & ibi no. Sed si sententia sola nõ potest retractari per noua instrumenta, multò minus ubi est sententia, & iuramẽtum. ℟. q; duplici uinculo, &c. istud concedo, sed hic non est duplex uinculum, hoc est, duplex remediũ finiendorũ litiũ. nam iuramẽtum necessariũ non defertur ad finiendũ litem, sed ad supplendũ defectum probatiõis. Vnde ubi est sola sententia, illa est lata per ueras probatiões, sed in casu nostro, est lata sñia per probationes nõ plenas, sed suppletas per iuramentũ, ideò si detegitur periuriũ, retractetur sentẽtia, & hic est uerus intellectus huius legis singularis & no. Alij timore prædictorum contrariorũ intelligunt l. istam, quod hic non fuit lata sententia. Et q; tex. dicit, absolutus, intelligunt destinatione, & sic erat absoluẽdus. ista lect. est Dy. Et
b ex hac[b] notabili lectura habes, q; licet in causa[c] sit conclu-
c sum,† & q; licet iudex manifestauerit partibus, quam sen-
2 tentiam debet ferre, & licet fecerit partes citari ad audiendam sententiam, possunt produci instrumẽta de nouo re-
3 perta. Casus est hic, fm istam lecturam, sed si non essent† reperta de nouo, non possunt produci, nisi usq; ad cõclusio-
d nem in causa,[d] ex. de fide instru. c. cũm dilectus. uel usque ad terminum statutum ad hoc, ut ibi patet, & no. per Dyn. c. indul

c. indultum. eẋ. de reg. iur. lib. vj. & doc. l. iudices. & auth. iubem⁹. C. de iud. & Io. And. c. sæpè. eẋ. de uer. sig. in cle. Quod
4 autẽ ista instrumenta sunt† de nouo reperta, uidetur posse probari per instrumẽtum, eẋ. de excep. c. pastoralis. modò
e habes duas lect. no. Tertij legunt[e] l. istam, q; uerè reus erat absolutus sub cõditione, si iurauerit se nõ teneri, & adhuc
5 nõ iurauerit. Ex hac lec. no. habes† q; qñ sentẽtia fertur sub cõditione, pars admittit̃ ad probandũ, usq; ad euentũ conditionis, & hoc uerũ credo, qñ conditio adiecta sententiæ, respicit aliquẽ actum probationis, ut hic patet. Nam sicut uni parti permittit̃ probatio post sentẽtiam à iudice, ita & alteri permittitur à lege. l. petendæ. C. de tẽp. in integ. rest. &
6 est casus hic fm istam lec.† Ad unũ tamẽ aduerte, quia qñ post sententiã admittit̃ aliqua probatio, quæ respicit uires sententiæ, tũc sicut una pars potest facere illum actũ probatorium ad sententiã ualidandam, ita altera pars poterit facere alteram probationẽ ad sñiam infirmãdam, ut hic. Sic etiã intelligo l. j. C. de iur. & fac. ig. Sed qñq; post sñiam admittunt̃ probationes, quæ nõ respiciunt uires sñiæ, sed exe
cutionẽ. Verbi gratia, In iudicijs utilibus pronunciatũ est, me esse hæredẽ Titij, in executione sunt faciendæ probationes, quid sit in hæreditate. Certè isto casu sicut actor habet probare, q; talis res sit in hæreditate, ita reus poterit probare, q; nõ sit talis res in hæreditate, l. j. in pri. gl. mag. §. de edẽ. l. ij. C. de sen. quæ sine cer. quant. profe. non autẽ posset reus producere probationes ad infirmandã sñiam, quia nec actor ad illud producit. Sed quia istę lec. in se. licet sint ueræ, faciunt tamẽ aliquã uiolentiã literæ, ut uidetis, ideò tenea
mus primã uerã, & claram. Fuerũt etiam quidã, ut Odoff. qui legerũt istum tex. quarto modo, & dicunt q; hæc lex loquitur solùm in casu l. ult. C. e. t. qñ iuratũ est super testamẽto, uel prætextu instrumẽti, quod est modo de nouo repertũ. & fm hoc q; dicitur permitti sacris cõstitutionibus principũ, dicit ipse, t. per l. fi. C. eo. Ista lec. non est uera, quia illa lex habet locũ in omni iuramẽto, siue iudiciario, siue uoluntario, siue necessario, ut ibi patet, ergo de illa hic non facit
f mentionẽ. fit ergo mẽtio de quibusdã cõstitutionib. quas hodie nõ habemus, ut dicit j. gl. Et hoc facit[f] ad q. priores
7 †fecerũt l. q; quilibet soluat collectam intra decem dies, ad pœnam quãti pluris, fm formã statuti, sed de hoc nullum reperitur statutũ, an hæc lex habeat effectũ: hic uideẽ casus
g q; sic.[g] Pro hoc j. de cõst. pec. l. eum qui. §. Iul. & ibi dixi. Vlti-
h mò[h] ista prima particula inducit̃ per gl. in arg. ad q. no. l. si quis libertatẽ. in fi. §. de pet. hær. l. si duo. §. Iul. §. eo. & ibi di-
8 xi. Sed hæc lex est magis no. ad aliã q.† Actor in prima dilatione fecit citari duos testes, & quia nõ ueniebant, fecit eos grauari, & fecit quicquid potuit in ista prima dilatiõe. Scitis q; debet sibi dari secũda dilatio. l. fi. §. de ferijs. Tamẽ ista secũda non dabit̃ simpliciter ad probãdum, sed solùm ad producendũ illos duos testes, in quibus fuit diligẽs, & soli
citus in prima dilatione, arg. huius l. ibi, quibus nunc solũ usurus sit. Nam uidebitis q; hic admittebaꝛ probatio illa sola, in qua cessauit negligẽtia. Ita in proposita q. & hoc di
i cebat Ia. Bu. quod placet.[i] Veniamus ad ij. partẽ, ista secunda pars in suo primo dicto nõ habet cõtrariã, quia examinata est §. Venio ad uer. solent. Opp. q; causa nõ possit esse dubia, & sic q; ad istud iuramentũ nõ possit peruenirí. Nã aut actor nihil probauit, & certũ est q; reus debet absolui. C. de eden. l. qui accusare. Aut actor probauit, & reus debet cõdemnari. ℟. gl. tu arguis à partibus insufficientrr enumeratis. Nam est quoddã mediũ, uidelicet, qñ actor probauit & nõ plenè, sed semiplenè, tũc peruenit̃ ad iuramẽtum necessariũ, & ita loquitur hic. Qñ autẽ hoc sit, dicã statim. Se-
k cundò opp.[k] C. unde ui. l. si qñ. Sol. hic loquit̃ qñ iuramentũ defert̃ propter inopiam probationũ tantũmodò, absq; alio delicto rei, in l. cont. defertur propter inopiam probationũ, & propter delictũ connexum. Ita dicit glo. & sic puto
9 †q; in casu l. si qñ. non retractaꝛ sententia propter instrumẽ-
10 ta de nouo reperta. Idem qñ est sententiatũ † delato iuramento in litem, illud enim nõ defertur, nisi propter dolum aduersarij in actiõibus. j. ti. j. Opp. C. de iud. l. properandũ. §. sin autẽ. Sol. eo. modo ibi defert iuramentũ, propter con-
tumaciam partis, hic solũ propter probationis defectũ. Et
11 sic† in casu illo nõ retractatur sententia, propter instrumenta de nouo reperta. Ad uer. ult. opp. de princ. l. nõstræ. Sol. principiũ loquitur in iuramẽto necessario, hic in iuramento uoluntario, uel iudiciali. Assignat gl. fi. rationẽ, quia in iuramento necessario cõtemnitur religio, & iudex, in iuramento autẽ uoluntario solũ religio. Certè ista nõ est bona ratio, quia etiam in iuramẽto uoluntario, contemnitur religio & iudex. Est ergo ratio, quam s. dixi, quia iuramẽtum
12 uoluntariũ, & †iudiciale habet cõsensum partis, & per consequens tollit naturalem obligationẽ, sed iuramẽtum necessarium non habet cõsensum partis, ergo, &c. Sumus expediti de contrarijs, ueniamus ad materiam, & ut uidetis, gl. ponit tres casus. Aut actor nihil probat, & reus absoluitur. Aut probat plenè, & reus cõdemnatur. Aut semiplenè, & deuenitur ad iuramentũ necessarium in defectũ probationis, ut hic. C. eo. l. in bonæfidei. & eẋ. eo. c. fi. Quæro j. qñ
1 actor dicaꝛ nihil, pbasse.[l] ℟.† Qñq; iurisdictio iudicis, aut
13 instantia causæ, habet terminũ præfixum à l. & tũc ad hoc ut dicatur, actorem nihil probasse, ut possit sequi absolutio diffinitiuè, est necesse q; ei sit statutus terminus ad probandũ, qui si statutus non diceretur actorẽ nihil probasse, sed diceret nihil sufficiens actitatũ esse, & sequeret absolutio ab obseruatione iudicij, non à causa, C. de iudi. l. properandũ. §. & si quidem. Qñq; iurisdictioni, seu instantiæ statutus est terminus à partibus, ut tota die euenit in compromissis, quia cõpromittimus in arbitratos, ut debeant iudicare usq; ad mensem, ut si iudex delegaretur de uoluntate
14 partiũ, isto casu† iste terminus appositus iurisdictioni, uel instantiæ, habet uim termini peremptorij dati ad probandum, ita q; si actor infra terminũ nihil probauerit, reus absoluitur, hic est tex. cum gl. l. idem Pomp. §. fi. s. de arbi. in gl. nondum liquere. & Inn. eẋ. de appell. c. super eo. el. ij. Secundò quæro, hic dicitur per gl. quando actor plenè probauit, debet reus cõdemnari, quãdo semiplenè, deuenitur ad iuramentum. Quæro, quãdo dicatur plenè, & quando semiplenè probasse? Hic est aduertendũ, quia gl. & Doc. hic nõ intellexerunt perfectè. Pro cuius declaratione primò oportet me dicere, qñ dicatur plenè probatum. ℟. breuiter,† qñ
15 est facta iudici plena fides, hoc est, quãdo iudex per ea quę sunt sibi ostensa, est adductus ad fidem, & credulitatem eius q; intenditur, C. de eden. l. procurator. de testib. l. fidem. de prob. l. quinquaginta. in fi. & ibi sunt multæ concordan
16 tiæ. Hoc præmisso uidendũ est, qualiter iudex† ad istam credulitatem adducatur? Pro cuius euidentia, primò præmitto quædam extrema, quæ omnino sunt extra fidem & credulitatem. Et primò est nescientia, illud enim q; homo nescit, de eo non est fides, nec credulitas. Et de hoc habes p gl. j. de iur. & fac. ig. in rub. & j. de testa. l. de statu. & ibi no. Item secundo est scientia uera, & ista scientia habeẽ duobus mo
17 dis. Vno modo in rebus quæ sunt artis, seu scientiæ† alicuius per rationes, & demõstrationes, & istud etiam scire, est rem per causam cognoscere, ut dicit Philosophus, de legi. l. scire. & j. de excus. tut. l. scire oportet. & j. de iur. & fac. ign. l. secunda. cum simil. Secũdo modo, ista scientia habetur in
18 his quæ sunt facti, & tũc illud scire † dicimur, ad quod mouemur per sensum, hoc est, scientia, quæ requirítur in teste. l. testium. C. de testib. & l. qui testamẽto. in fi. j. de testa. & de hac scientia loquitur s. de nox. l. in delictis. in princ. & j. de trib. l. j. §. scientiam. Ad hanc autem scientiam iudex nõ possit perduci in his quæ habent actum transeuntem, sed bene possit perduci in his, quæ sunt actus permanẽtis. s. fin. regund. l. si irruptione. Et inter ista duo extrema. s. nescientiam & scientiam, est quoddam medium, uidelicet credulitas, siue fides. † Ad istam autem credulitatem, siue fidem
19 peruenitur per quatuor gradus. Primò cùm iudici res proponitur per actorem, & per reum negatur, tunc iudex ad-
20 ducitur in dubitatem. Est enim dubitare, quando † quis non applicat magis animũ suum ad unam partem, quàm ad aliam, j. de iur. & fac. ignor. s. per rub. de testa. l. de statu. de hac dubitatione loquitur C. qui ad lib. procla. nõ licet. l. iij. §. de transac. s. l. post rem. de pet. hær. l. si debitor. & gl. l. s.

C. de

C.de procur.Ista dubitatio nō est gradus probationis,hoc
est,q̄ sit aliqua eius pars,quia ut dixi,per hoc iudex nō ap
plicat animū suum ad aliquam partiū,sed illud,per quod
peruenit ad inuestigationē,per quā perducitur ad creduli
tatem.De causis isto modo dubijs nō loquitur hic, quia ut
dixi,quādo nihil est probatū,non habet locū ista lex. Post
21 dubitationē† autem potest incipere iudex inclinare ani
mum suum ad aliquā partium,& tūc si hoc facit ex aliquo
leui iudicio,uel ex aliquo leui argumēto, ista appellat su
spicio, quæ aliqualiter mouet animū iudicis, non tamē in
totum remouet dubietatē.De hoc loquit̄ ff.ad leg.Aquil. l.
in lege Aquilia, si deletū.ibi, ad suspitionē iudicis, &c.& ff.
de pœn.l.absentē.ibi,sed nec debere de suspicionibus ali
quē damnari,& hic est primus gradus probationis,seu cre
dulitatis,quia iam incipit animꝰ iudicis adhærere uni par
22 ti,licet remaneat dubiū.Post istam autem suspicionē,† si iu
dici apparēt argumenta fortiora,tūc iudex incipit opina
ri,cū dubitat,ne sit ꝓrium,modicū tamen dubiū remanet,
& ista uocat opinio,quod statim probabo.Et hic est secun
dus gradus probationis,quia modicū restat ad credendū,
m tñ adhuc aliquid dubij est.Et de istis duab.causis dubijs,m
f.qñ iudex adductus est ad suspicionē,uel opinionē,loqui
23 tur hic.Post istam opinionē,si iudici appareat † tantū,q̄ fir
miter adhæreat uni parti,absq; aliquo dubio alicuius con
trarij,tūc dicitur perfecta credulitas,seu perfecta probatio,
nec est tūc causa dubia.Ista duo de credulitate,&de opinio
ne,probant ff. de testib.l.iij.§.ciusdē.in fi.ibi,quid autē cre
das,aut parū probatū tibi opineris. Nam prout dicit, cre
das,loquit̄ de plena fide,& plena probatione,qua ad per
fectam credulitatē adducit iudex.Prout dicit, opineris,lo
quitur de imperfecta.Et de hoc est etiam tex.qui probat o
mnes gradus tres.ff. de quæst.l.j.post prin.ibi dū dicit, ad q.
tunc peruenit̄,cū reus suspectus est,& alijs argumētis pro
bationis admonet̄ iudex,ita q̄ sola cōfessio deesse uideat̄,ponit̄ tertius gradus pro
bationis,qui facit plenā fidem,nam habita cōfessione,seu
plena probatiōe,iudex adducit̄ ad plenam credulitatē. Et
iste tertius gradus probationis,hoc est, credulitatis,habet
hoc cōe cū scientia,quia sicut firmiter uni parti quis adhæ
ret p scientiā,ita firmiter uni parti,per hanc credulitatē.Tñ
est differentia in modo perueniēdi ad istam adhæsionē,nā
sciēs perducit̄ ad hanc scientiā,seu adhæsionē, per sensum
credens,per alia arg.ut dictū est.Hæc quidam sunt uera,&
quasi per se no. & iure probata,ut ff.uidistis, &c. Videnda
sunt ergo exēpla prędictorū,& quę sunt ista quę facit̄ istā
opin.uel istam suspicionē,quā gl.nostræ appellāt, semiple
nam probationē.Gl.ponit hic quatuor, s.priuata scriptu
ra,& cōparatio literarū,fuga rei,unus testis. Alij addunt,s.
famā,l.iij.§.eiusdē quo q̄.ff. de testib.Examinemus ista, Pri
24 mò quero † utrū priuata scriptura faciat semiplenā,ꝑbatio
nem.Gl.hic q̄ sic,& idem C.e.l.bonę fidei.& ff.de fid.inst.l.ij.
Idem etiā in summa per Azo.& idē uerbo ad uerbū. Host.
in summa,de iureiur.ubi tractat de hoc iuramento.Et Spe.
ti. de inst.edi.§.nūc dicendū. post mediū.uer.restat.ubi Spe.
tractans de priuata scriptura,dicit q̄ liber rationum mer
catorū,etiam pro ipso mercatore facit semi
plenam* probationē, & sufficit cū uno teste
ad plenā,q̄ tamē durum est, dicit ipse Pet.de
Bellapert.ut Cy.refert, & sequit̄ C.eo. l.in bo
næfidei. dicit dictū gl.non esse uerū,Nam pri
uatæ scripturæ non debet plus credi, q̄m uiuę
uoci ipsius qui scripsit,sed sibi ipsi nō crede
retur pro se,ergo,&c. Prætereà si hoc esset, de
facili pararet quis semiplenā probationē, fa
ciendo de hoc sibi scripturā. Io.And.ex.eo.c.
fi.circa fi.dicit idem q̄ gl.hic.Et addit, quem
quidam reprehēdunt, licet indebitē,& nō dicit ultra ordi
nem gl.Glo.nostra formauit sibi istam obiectionē,& tñ.ad
ad eam,in auth.de inst.cau.& fid.§.si tamē quisquā.in gl.su
per uer.inuenerit.& ibi tñ.q̄ hīc debet intelligi de priuata,
quæ dicit alterius,q̄m producētis,q̄ ff.statim declarabo. Pro
n declaratione nigitur huius passus est aduertendū,q̄ priua
25 ta † scriptura est triplex. Quædā est priuata scriptura,quæ
dicitur apocha,quæ datur à parte parti, & uocatur in uul
gari nostro apodissa, de qua loquit̄ C.de fid.inst.l. plures
apochis.& in auth.si quis uult caute deponere.C. qui pot.
in pig.hab.Secunda priuata scriptura, est liber rationum,
quæ quilibet sibi conficit sua spōte. Tertia priuata scriptu
ra est,epistola,quę ab altero alteri destinat̄.Circa primam,
o s.circa apocham ° dic,Aut pars cōtra † quā producit̄, confi
26 tetur eam sua manu scriptā,& facit plenā fidē.l.Pub.in fi.ff.
dep.Aut negat eam scriptā manu sua,& tūc aut habet sub
p scriptionē partiū,& testiū,& faceret plenam fidē,ꝑcum esset
à partibꝰ approbata.l.scriptura.C.qui pot.in pig.hab. Aut
habet subscriptionē testium tantū, uel nō habet, sed testes
interfuerūt, qui eam uiderūt scribi,& tūc si quidē approba
tur per testes,& per cōparationem literarū,facit plenam fi
dem.auth.at si cōtractus.C.de inst.Si uerò approbat̄ per te
stes tantū,uel per cōparationē literarū tantum,tunc nō fa
cit plenā,sed semiplenā,auth.de inst.cau.&fide.§.si quis igi
tur.d.auth.at si cōtractus.& quod ibi no.Vnde uides q̄ pri
uata scriptura ꝑbata per testes tantū, uel per cōparationē
q literarū tantū,facit semiplenā probationē. q Et ideò gl. de
istis posuit duos casus, s. priuatā scripturā, & cōparationē
literarū.Dico tñ posse esse tantā fidem testiū, uel posse esse
tantā uim cōparatiōis literarū,q̄ ei dareť plena fides. Qđ
apparet,q̄ si cōparatio ꝺiceret dicto testiū, iudex posset
adhibere fidē,uel testibus,uel cōparationi literarū, sm qđ
sibi uideret,ut in auth.de inst.cau.&fid.§.si uerò aliqd tale.
r licet de iure antiquo cōparatio semp faceret fidē.l. cōpara
tiones.C.de fid.inst.Si uerò apodissaʳ nullo mō approbat̄,
nec cōparatione,tūc etiā pōt loqui hic,q̄ faciat aliqualem
s præsumptionē,nō dico semiplenā probationē.ˢ Et hoc est
qđ uoluit gl.d.§.si tñ quisquā. Nam nō de facili q̄s faceret
unā falsam apodissam,propter timorē magnę pœnæ.Item
quia scit qđ pōt de facili probari ꝺrium per cōparationēli
terarū, & ideò ex quo tu ꝓducis priuatā scripturā, q̄ dicis
factā manu tui debitoris,colligit̄ quædā præsumptio pro
t te,&c.Circa fm,ᵗ s.circa librū rationū aduerte.Dico † autin
u libro rationū cōtinetur aliquid cōtra scribētē,& nō est du
27 biū,q̄ facit plenā fidem, l.quædā. §.nūmularios. ff. de edē.
& ibi gl. Aut cōtinetur aliquid pro scribente, & tunc si quī
dem loquimur in his quę dependent à mera eius uolunta
te,& facit plenam fidem, l.Nesen.ff. de neg. gest. Si uerò ab
eius mera uoluntate nō dependent,tunc liber rationū pro
scribente nihil probat.l.exēplo.C.de prob.In casu tamē pu
tarem q̄ pro scribente,uel eius hærede induceret aliquam
x præsumptionē,ut puta,si sunt rationes alicuius defuncti,ˣ
qui fuerat bonus homo, arg.l.qui cum maior. §.fi. de bo.
lib.& hoc uoluit dicere tex. C.de prob.l.rationes. ubi dicit
quod rationes defuncti solæ ad probationē non sufficiūt,
tamē adminiculant̄,ut cum alijs inducant plenam proba
28 tionē.Si uerò † in libro rationū continetur aliquid, quod
non est pro scribēte,nec contra scribentē,ut tota die fit in li
bro camporū scribentium, qualiter tu soluisti hospiti tuo
pecuniam,uel ipse de mandato tuo,tūc si iste liber rationū
y est illorum,qui publicè exercent artem,puto q̄ faceret ʸ se
miplenam probationem,arg.l.quædam.§.nūmularios. de
eden.Tunc non facit contra opin.Pet.imò pro ea,quia pri
uatæ scripturæ creditur tantùm,quantùm crederetur uoci
illius scribentis.Sed illi in eo quod nō tangit,& crederetur
semiplenę,& non plus,ergo &c.Et istud uidetur obseruare
29 consuetudo,† quæ in hoc est potissimè attendenda,sm In
noc.c.j.ex. de fid.inst.& hoc quando liber rationū apparet,
quod est scriptus manu illius,cuius dicitur,& partes confi
tentur.Sed si de hoc est dubiū, recurritur ad comparatio
nem, quæ facit plenam fidem. l.comparationes, C. de inst.
30 Illa enim lex nō est correcta, nisi solùm in apochis.† De ter
z tio genere scripturę,s.de epistola,ᶻ uidetur dicēdum idem,

Semiplenā.imò pleniſſimā probationē facit: Vt anno in decis. Guid. Papæ, q. ccccxlj. et idē Bar. l.ij. nu.j.de nauicu la. li.x.C.I.C.

quod est dictū in apocha, eo saluo qđ dixi de cōparatione,
ga epistolæ per cōparationē dabitur plena fides, cū in eis
nō reperiatur correctū:De his dixi in l. nudæ. ff. de don. &
hæc circa priuatā scripturam & comparationem.Sed circa
a & authentica, ista facit plenā fidē.Sed quæro,ª quid de exē
b plo.ᵇ ff.eo ipso † qđ tu dicis exemplū,supponis originale
31 & authenticū præcessisse,ff. de fide inst.l.ij.& ideò, aut tu ꝓ
ducis exemplū,& nihil aliud dicis,& nullā fidē facit, C.de
c ᶜ eden.auth.si quis in aliquo.Nā eo ipso quod tu cessas ꝓ
ducere originale & authenticum, est præsumptio ꝺ te, & ꝺ
exemplū tuū.Sed si tu ꝓducere exemplū,& diceres te per
didisse originale,& ꝓbares,tunc exemplū faceret semiple
nā probationem.gl.C.de fid.inst. l. sicut. & tangit in gl.l.ij.
d ff.de fid.inst.Itē ᵈ quæro, ᵉ quid si instrm † publicū nō est fa
e ctū inter easdem personas,uerbi gratia, duo fratres simul
32 diuiserunt unā hæreditatē,& in instrumēto diuisionis cō
tinetur,qđ unus restituit alteri centū, quæ ille mutuo acce
perat à Sēpronio,& posuerat in domo,utrū illud instrm fa
ciat fidē pro illo Sempronioʳ ꝛ non plenā, quia cōfessio
facta absente parte,nō probat.l.fi.de interrog.act.& ff.de cō
f fess.l.certū.§.si quis absente.facit tñ semiplenā ᶠ probationē,
g l.j.capitē quinto.ff.de adult.ᵍ Quæro,pone q̄ in libro nota
h rijˢ defuncti in margine, reperitur † intitulatio seu rubri
33 ca,quæ dicit in instrm uenditionis inter tales & dimissum est
spaciū:utrū ex illa rubrica colligatur aliqua fides? ꝛ. qñq;
illa rubrica est rubrica alicuius cōtractus uniformis, qñq;
est ꝺctus alicuius difformis. Primo casu pone exemplum,
præcedit in libro instrumentū,in quo continetur q̄ Titius
& Seius receperunt centum mutuò à Sempronio, quæ re
stituere in solidum promiserunt,& statim.ff. sequitur rubri
ca instrumenti conseruationis indemnitatis,quam Titius
fecit Seio.Certè cùm conseruatio indemnitatis sit uniformis,& instrumentum non recepit ueritatem in se,satis pu
to quod inducatur aliqualis præsumptio, uel fortè semi
plena probatio,quomodò de præcedenti ꝺctu alter alterū
conseruauerit indemnē.Istę enim rubricæ, seu quasi ꝓbationes,inducunt præsumptionem eorū,quæ ibi debent se
qui,C.de impo.lucra.descri.l.j.in fi. & C. ut nemo priua. l.j.
Si uerò esset cōtractus difformis,ut puta, dicit rubrica no
tarij,instrumentū uenditionis talis fundi factę à Titio Sē
pronio.Certè uenditio pōt esse facta magno & paruo pre
tio,& sic difformiter,tunc talis rubrica non ꝓbaret,quia e
tiā cōfessio partis incerta nihil probaret, ff. de cōfess.l.certū.
in prin.§.de interr.act.l.de ætate.§.quod autē.Quæro, quid
i si in instrumento ⁱ reperitur † defectus in indictione,uel in
34 nomine principis,ᵏ uel simi.uel in aliquibus alijs necessa
k rijs faciat aliquam fidem ? ꝛ. si quidem notarius superest,
nullam fidem facit,sed imputetur parti,cur nō agit contra
notarium,ut sibi instrumentū perfectum restituat,arg.l.ue
luti.ff.de eden.Sed si notarius esset mortuus, tūc puta qđ
faceret semiplenam probationē.l.si quis cōfortiū.C.de fa
bri.li.xj.de bon.pos.fm tab.l.j.§.si linū.& §.si rosæ.Et ista suf
ficiant circa scripturam & comparationē, &c. Venio ad se
35 cundum,circa fugam rei.Dicit gl. q̄ † hoc facit semiplenā
probationem. Idem no.C.eo.l.in bonæ fidei.Breuiter dic,
q̄ fuga qñq; opponitur alicui,ut delictum,& tunc non est
l dubium,q̄ fuga ˡ facit semiplenam ꝓbationem.l. quis sit
fugitiuus.ff.de ædil.edic.& l.desertorē.de re mili.& C.de ser.
fug.per totum. Qñq; fuga adducitur ad probationem al
terius criminis,q̄m de quo agitur,& tunc si quidem ad pro
bationem illius,sufficit sola suspicio,tunc fuga ꝓbat suspi
cionem,& per consequens plenè.l.impuberibus.in fi.ff.de
suspe.tut.Si uerò requiratur plena probatio,& tunc regu
lariter per fugam non probatur plenè,nec semiplenè, sed
aliqualis præsumptio inducit̄,ff. ad Syllania. l. lege Cor. &
C.de rap.uirg.l.j.& ibi Cy.in quadam additione,quam fe
36 cit ad lec.dixi plenè in d. l. Cor. ideò non insisto. † Venio
m ad tertium, ᵐ quæro utrum per unum testē fiat semiplena
ꝓbatio:Gl.dicit q̄ sic,quia si duo faciunt plenam, ergo u
nus semiplenam.Allegat gl.alias leges.Idem tenet etiā gl.
d.l.in bonæ fidei.C.eo.licet multi cōt,sed de hoc nō dispu

Bar.super ff.uet.

to,quia habemus casum de hoc ext.de ꝓc.c.ex insinuatio
ne.& de succes.ab intest.c.fi.Hoc tamē limito,q̄ unus testis
faciat semiplenam probationem, qñ est testis omni excep
tione maior.Si uerò testis esset talis conditionis,propter
37 quā fides eius uacillaret in aliquo, ut puta, † consangui
n neus,ⁿ uel multū amicus ° parti,& simi.tūc nō faceret semi
o plenam probationē,nec induceret iudicē ad opinionē,sed
ad suspicionē.hoc dicit una gl.no.ff.de prob. l. etiā matris.
Item hoc intelligo uerum,nisi circa idem possent uerisimi
liter haberi plures testes. Exemplū, in ciuitate ista in qui
busdam casibus sufficit probatio maleficij per famam, &
unus testis probat famam, probabitne semiplenè ? Certè
p puto q̄ non.ᵖ Sicut enim exemplo non creditur, quando
potes producere originale,& non producis,& ideò est su
spicio cōtra te.ut ff. dixi,& probat̄ C.de fid. inst.l. fin. ita cū
de fama debeant uerisimiliter esse multi testes, si unū solū
producis ꝺ illū,& ꝺ te ꝓducentē esset suspicio.Itē istud q̄ di
citur,q̄ unus testis facit semiplenam probationē,intelligo
in casibus,in quibus sufficiunt duo testes,aliàs secus,& as
sumo rationem gl.per cōt.si duo non faciunt plenam pro
bationem,ergo nec unus semiplenam. Et pro declaratio=
38 ne huius propositionis,formo tibi unū dubiū.Pone, † re
periuntur testes qui iurauerunt, non tñ deposuerunt, uel
deposuerunt & non iurauerunt:utrūm sit probatum saltē
semiplenè ? & uidetur q̄ sic,per istā rationē, quia ista duo,
s.dictum & iuramentū,faciunt plenam probationem, er
go unum istorū facit semiplenam.& sic cōcluditur,q̄ iura
mentum solum sine dicto probaret, quod esset absurdū,
cū nihil explicitè sit dictū per testē.& ideò istud dictū duo
rum facit probationē plenā,ergo unus facit semiplenā. In
telligas in duobus æqualis potentiæ.secus si unus sit po
tentior altero.Exemplū,duo florені faciunt plenā solutio
nem,ergo unus semiplenam,bene sequitur istud.Sed si di
ceremus,unus florenus & unus Anconitanus faciunt ple
nam solutionē,ergo alter istorū facit semiplenā,hoc nō es
set uerū,si assumeres illum,qui esset minoris potētiæ.Istud
patet ad sensum.Modò in duobus testibus,qui sunt paris
potētiæ,procedit dictū gl.in dicto iuramēto,& istud nō se
quitur,& ideò ut declarē istud,dicas quia qñq; in testibus
cōtingit esse multos defectus. Primò cōtingit esse defectū
numeri,uerbi gratia,In testamentis requiruntur septem te
stes,quæro utrū duo faciant semiplenā probationē ? Vide
tur quod nō,nam quatuor non faciunt plenam,ergo duo
q non faciunt semiplenā.Hic aduerte q antequā determinē,
39 primò oportet me concludere,† q̄ nō sit defectus in dicto,
sed solū in numero testium. hoc uolo dicere, si duo testes
dicerēt,q̄ si Titius legauit mihi centū,isti nihil ꝓbarent,qa
etiā si hæres cōfiteretur,nihil probaret,quia est relictum in
minus solenni uoluntate,cū sit defectus in numero testiū,
unde nō ꝓbaretur,non ꝓpter defectū dicti,sed propter de
fectū numeri testium.Sed si duo testes dicerent,dico quod
Titius reliquit tibi centū corā septē testibus ad hoc roga
tis,si septē testes hoc dicerēt,sufficeret ad plenā probatio
nē.Sed quia duo nō sufficiunt, ꝓpter defectū numeri, hoc
casu puto qđ faciant semiplenā ꝓbationē.C. de bon. pos.
fm tab.l.ij.C.fam.ercis.l.fi.& de testa.l.hac consultissima.§.
ex imperfecto. & qđ ibi no.Itē ad rationē factā in ꝺrijs dū
dicitur,quatuor nō faciunt plenā probationem,ergo duo
nō faciunt semiplenam. Aduerte, ista probatio quæ fit in
testamento,componitur ex duobus, uidelicet ex ꝓbatio
ne,quæ est de iure naturali,uel gentiū,& solennitate ciuili,
qđ apparet,quia si iuris ciuilis solēnitas subduceret, sicut
fit in testamento militis, remanet ualida ꝓbatio per duos
testes,ff. de testa.mil.l.j. & l. diuus. sicut etiā fit in testamēto
facto inter liberos.d.§.ex imperfecto.& d.l.fin. fam.erc. Mō
istæ duæ partes,solennitas iuris ciuilis, & solennitas iuris
gent. faciunt plenam ꝓbationē, ergo solennitas iuris gēt.
sola,quę est pars potentior,facit semiplenā,ut d.l.Vnde in
testamento non assumo probationē,quæ prouenit per nu
merū septē testiū,sed per illas cęteras solennitates.s.iuris gēt.
& iuris ciuilis. Prætereà solennitas iuris ciuilis affuit, licet
modò omnes possint haberi,& sic sufficiunt saltē ad indi

ciū, uel ad ſemiplenā, ꝓbationem, l. teſtium. in fi. C. de teſ.
r Quæro, r quid ſi teſtis deficiat s in dicto, uerbi gratia, dicūt
s duo teſtes, † uidimus q̄ mutuauit ſibi pecuniā, ſed nō re-
40 cordamur quanta fuerit, an iſti faciāt aliquam fidem? ſi
ex aliquibus alijs cōiecturis poteſt cōiecturari de quanti
tate, ut puta, per duos teſtes, ꝓbo q̄ petiſti decē mutuo à
me, per alios duos teſtes, ꝓbo q̄ mutuaui, ſed illi non re-
cordantur de quantitate. Certē ex his duobus iudex pote
41 rit deferre iuramentū, ext. co. c. ex literis. † Quid t ſi dictū te
t ſtis deficit ex parte examinantis, u quia nō fuit examinat
u à iudice, ſed à quodā notario extra iudiciū? Videtur q̄ nul
lam fidem faciat, l. hac cōſult. C. de teſt. circa fi. & l. ſolā. C. de
teſti. prout intelligitur ſola, in pūtia iudicis, ut ubi in gl. Et
hoc puto uerū, ſi parti pōt imputari, cur cū ſolenniter exa
minari non fecit, & ex hoc inducitur ſuſpicio ɔ̄ eū, ut ſ. di-
xi, in q. de exemplo & fama. Sed ſi parti nihil poſſet impu
tari, ut puta, quia teſtis erat in partibus ualde longinquis,
uel erat in articulo mortis, unde ſi iuiſſet ad iudicē, ſtatim
deceſsiſſet, iſto caſu puto qd̄ faciat aliqualē præſumptio-
nē, quæ induceret iudicē ad opinionē, ſcu præſumptionē
ſm qualitatē perſonæ. C. de teſt. l. ſi. ubi creditur atteſtatio-
nibus, quibus aliàs non crederet, ꝓpter mortē teſtis. Sum-
42 ma Azo. auth. de inſt. cau. & fid. † ubi creditur inſtrumēto,
cui aliàs non crederet, propter diſtantiā loci. Quæro, quid
x ſi reperiuntur dicta teſtiū, x non reperitur iuratū, † an faci-
43 at aliquam fidē? l. ſolā. C. de teſtibus. uidet dicere q̄ non, ꝓ
ut ibi dicitur, ſolā, ſ. à iuramēti preſtatione, dico eodē mō,
ſi parti poteſt aliquid imputari, cur preſtationē iuramenti
non producit, nulla fides dabitur ei, aliàs creditur ei ſemi-
plenè, ut puta, ſi dicta teſtiū erant ſcripta manu unius no-
tarij antiqui defuncti, cuius acta non reperiuntur, Sicut di
y cimus y de ſentētia † antiquitus lata, q̄ ualet, licet nō repe-
44 riantur acta, l. nn. c. cū in iure. ext. de off. deleg. Quæro z qd
z ſi dicta teſtiū ſunt recepta † & examinata inter alias perſo-
45 nas, utrū ɔ̄ alium faciaut aliquā fidē? ꝛ. q̄ a ſemiplenā, ſi
A cut dicemus de ſentētia, in l. à ſentētia. ff. de appel. qd̄ tamē
ſemper intelligo, ſi modo examinari non poſſent, aliàs ſi-
bi imputaretur, cur de nouo non faciat examinari. l. fi. C.
46 de teſt. Quintò eſſet uidendū † de fama, de qua & de om-
b nibus dixi b plenè in l. de minore. §. tormēta. de quæſt. Sex-
47 tò eſſet † uidendū de alijs indicijs, qualiter faciant ſemi
plenā, ꝓbationē, de quibus plenè dixi l. fi. ff. de quæſt. Vnū
tñ aduerte, quod indicium, de quo loquitur l. ſi duo patro
ni. uer. multū tñ. ſ. eo. uidetur ſufficiens ad deferendū iura
mentum. Et hoc uidetur ſentire hic gl. dum allegat l. illam
ad q. de uno teſt. Hoc etiā, ꝓbatur ex illo tex. dū dicit, mul
tū tñ fidei. & ſi multū fidei facit, apparet q̄ exceſsit primū
gradū fidei, & fuit ultra ſuſpicionē, & ſic inducit ad opinio
nē, quæ ſufficit ad iuramentū, ut dixi ſ. His præmiſsis quæ
48 ro, † utrū duæ ſemiplenæ c ꝓbationes faciāt unā plenam
c ꝓbationē? & ſiquidem ſunt duæ ſemiplenę eiuſdem gene-
ris, ut duo teſtes, non eſt dubiū q̄ faciant plenā, ſed ſi ſunt
duæ ſemiplenę diuerſi generis, tunc uidet q̄ nō faciant ple
nam. l. ij. §. fi. de exc. tut. & ibi uidetur gl. dicere. l. ſpadonē. §.
qui iura. eo. ti. & C. qui numer. tu. l. j. Aduerte, ueritas eſt, qd̄
d duæ ſemiplenę d faciāt unā plenā, ut puta, unus teſtis & cō
e feſsio e facta abſente parte. Caſus f eſt ext. de ſucceſs. ab in-
f teſt. c. fi. Itē unus teſtis & fama publica eo caſu, quo faceret
ſemiplenā, c. j. ext. de appel. & l. iij. §. eiuſdem. ff. de teſti. & idē
in alijs ſimilibus caſibus, de quibus dixi, inducit ſemiple-
49 nam probationē. Et ad cōt. reſpondeo, duo † imperfecta
non faciūt unū perfectū, quādo tendunt ad diuerſa, ut in
ꝓrio, ibi enim illæ imperfectæ cauſabāt diuerſas excuſatio-
nes. Secus ſi tendūt ad unū finē, ut hic. Ad hoc enim tēdūt,
ut fidē faciāt iudici, quā fidē nō ſolū debet colligere iudex
ex uno genere probādi, ſed ex pluribꝰ. l. iij. §. eiuſdē quoq̄. ff.
50 de teſti. Quæro, † quid g ſi actor, ꝓbauit intentionē ſuā ple
g nè, reus, ꝓbauit intentionē ſuam ſemiplenè, utrū remane-
at ex parte actoris ſemiplenè probatū? Doct. noſtri & Can.
concordant in unam ſententiam, & dicūt ſic, Q̄ñq̄ proba-
h tiones h rei imperfectæ ſunt directò contrariæ, uerbi gratia,
Actor habet duos teſtes, qui dicūt q̄ ipſe mutuauit reo cē-
tum in tali tempore. Reus habet alium teſtem, qui dicit q̄
alio tpe ipſe fuit in illo loco, & nullū mutuū factum fuit lo
i co, & tunc ꝓbatio actoris remanet ualida i & perfecta, & in
nullo eliſa per ꝓbationē rei, nam illa ꝓbatio plena actoris
extinguit totaliter illam ſemiplenā, ꝓbationē rei & imper-
fectiā ſibi contrariam. l. ob crimen. in fi. ff. de teſt. Quandoq̄
k k ꝓbationes non ſunt ɔ̄triæ, ſed diuerſæ, uerbi gratia, Actor
probauit mutuū per duos teſtes, reus ꝓbauit ſolutionē ꝑ
unū teſtem, iſto caſu remanet cā dubia, & recurrendum eſt
ad iuramentū, ſm formam iſtius legis. & in l. in bonæ fidei.
C. eo. & l. uulgo. de adm. tut. & doc tenēt. C. de ꝓc. l. j. & d. l. in
51 bonæ fidei. & Io. And. ext. co. c. fi. Quæro, utrū † una proba
tio imperfecta, tollat aliā imperfectā, ita q̄ nō ſit locus dela
tioni iuri. ſic. C. q̄. & aduer. quos. l. j. Viſo ergo quādo eſt ſe-
miplenè, uel imperfectè ꝓbatū, uidendū eſt qualiter & qñ
hoc ueniatur ad delationē iuramēti. Pro cuius declaratio-
52 ne primò † uidendū eſt, in quibus cauſis deueniat ad hoc
l iuramentū. ꝛ. non habet locū l in cauſis criminalibus, ſm
uerā opi. q̄ lic. ut dixi in l. maritus. ff. de qō. in l. iij. in prin. ſ.
eo. ubi gl. tāgit, licet aliter uideat dicere, in l. in bonę fidei.
m C. eo. Itē an m habeat locū in cauſis ſpiritualibus, ut puta
monachationis, uel matrimonij, tetigi in l. iij. ſ. eo. Can. exti.
eo. c. fi. Itē dicūt quidā, q̄ in cauſis famoſis non recurrit ad
delationem huius iuramēti, quia in eis requirunt ꝓbatio
nes, luce meridiana clariores, propter famæ periculū, l. ſci-
ant. C. de ꝓb. ſ. de dolo. l. itē exigit. & de iniu. l. prætor edixi,
in prin. hoc eſt ɔ̄ caſum multarū l. ſ. eo. l. nā poſteā. §. ſi dam
netur. & ſ. de his qui no. infa. l. fur. uer. ſed & ſi iureiurādo.
& ff. de iniur. l. lex Cor. §. hac l. Itē dicit gl. nō recurritur ad de
n lationē inſtrumenti in cauſis magnis, n iſtud uerbum, ma-
gnis, eſt uerbū magiſtraliter dictū, nō qd̄ tex. dicat, ſed hoc
53 dicit ad ſimilitudinē cauſarū criminaliū, quæ † cauſæ ma
o gnæ o æquiparātur cauſis criminalibus. l. propter litē. ff. de
exc. tut. & Inſt. de exc. tut. §. itē propter. Sed eſt aduertendū
54 quæ dicantur cauſæ magnæ ꝛ. fm † qualitatē perſonarū,
nam inter aliquos, cauſa decē librarū eſſet magna, inter a-
liquos eā centū florenorū eſſet parua. l. ſed & ſi ſuſceperit.
55 §. j. ſ. de iud. & hoc dicūt etiā doc. Aduerte hic, † q̄ licet eſſet
cōtētio de magna re, tñ ſi cōtenderetur de poſſeſsione, nō
de ꝓprietate, dico q̄ hęc nō ē magna cā. C. ſi de momē. poſ.
fue. appel. l. j. & l. momē. C. q̄ legi. peſ. Et uidet mihi quod
hoc tangit Io. An. c. ex inſinuatione. ext. de ꝓc. Itē eſt aduer
56 tendū, q̄ licet † cauſa ſit magni ponderis, ſi tamē illud ſuꝑ
quo uertitur cauſæ dubietas, non facit magnum præiudi-
cium ueritati, dico q̄ iuramentum poſſet deferri. Verbi gra
tia, lata fuit ſententia inter te & quēdā, qui dicebat ſe meū
procuratorem pro te, cùm tu uenis ɔ̄ me per illam ſententi
am, ego dico illum ꝓcuratorem fuiſſe reuocatū, & probo q̄
unum teſtem. Licet hæc ſit magna cauſa, tñ ſi ſententia eſt
nulla, adhuc tamen remanet ius ſuum ſaluum, & potes ꝓ-
bare, ſi habes iuſtitiam, meritò defertur mihi iuramētum,
utrùm reuocauerim, uel nō d. c. ex inſinuatione. ext. de ꝓc.
57 Hoc præmiſſo uidendum eſt, † cui ſit deferendum iuramē
tum? Pro cuius euidentia ſcias, q̄ iſtud iuramentum defer
tur in defectum probationis, ad cauſam ſupplendam, ubi
deficit. C. eo. l. in bonæ fidei. & ſic ubi per iuramentum non
ſuppletur ꝓbatio, iuramentum non defertur, ut ff. uidebi-
tis. Item aduerte q̄ Azo, C. e. l. in bonæ fidei. reputat ualdè
ꝓ abſurdo, q̄ actori deferatur iuramētum ꝓ ſe, quia ſic eſ-
ſet teſtis pro ſeipſo, quod uidetur cont. l. omnib. C. de teſt.
tñ ſi bene aduertatur, hoc nō eſt incongruū. Nam Decreta
lis ext. de iud. c. nouit. refert uerba Domini in Euangelio di
centis, Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te &
ipſum ſolum, & ſi quidem audit te, lucratus es animam ſu-
am, ſi te non audierit, adhibe tecum teſtem unum, uel duo
s, in ore duorum, uel triū ſtet omne uerbum, &c. Et ſic uí-
des q̄ quandoq̄ ſufficit unus teſtis, cum dicit, adhibe tecū
unum teſtem, cui correſpondet, ut in ore duorum, ſ. dicen-
tis & teſtis adhibiti. quandoq̄ requiruntur duo, ut cum di
cit, adhibe tecum duos teſtes, cui correſpondēt illa uerba,
uel trium, ſ. dicentis, & duorum teſtium adhibitorum. & il
lud quod eſt de iure diuino, ſcitis q̄ eſt dē iure gen. uel na-
turali.

turali. ff. dif. c. j. Hoc autem ius diuinū, qd̄ ſic alternatiuè lo-
quitur, interpretat à iure noſtro ciuili ſic, q̄ in cauſis grauí
bus & magnis, requirunt duo teſtes cū dicēte. In cauſis nō
magnis, ubi non pōt haberi aliæ ꝓbationes, ſi eſt ꝓbatio-
nis inopia, ſufficiat unus teſtis cū dicēte. l. in bonæ fidei. C.
e. cauſa tamen cognita etiam circa alia, ut ff. dicam, non er-
go eſt ita abſurdum, prout Azo dicebat, q̄ actori credatur
p pro ſeipſo. p His præmiſsis cui deferendum ſit iuramentū
aduerte, aut actor habet ꝓ ſe tantùm, qd̄ facit ſuſpicionē,
non autē facit præſumptionem, uel ſemiplenam ꝓbatio-
nem, & tunc ſibi nuncꝓ defertur iuramentum. Ratio, quia
iuramentum ipſius non perficeret ꝓbationem, ſed iſto ca-
ſu defertur reo ad purgationem, ſeu defenſionem ſui, ext.
eo. c. fi. & hoc ꝓdeſt actori, qui admitteretur etiam poſt ſen
tentiam ex nouis inſtrumentis, ut hic patet. Et idem dice-
rem in reo. ſi actor plenè ꝓbaſſet intentionem ſuam, & re
us ꝓbaſſet ſolutionem per aliquod indicium leue, non de
fertur ipſi reo iuramentum, quia eius iuramentum nō ſup
pleret & perficeret ꝓbationem ſuam, ſed defertur actori ea
dem ratione, de qua ſ. Si uerò actor haberet ꝓ ſe ſemiple-
nam ꝓbationem. hoc eſt, tātū quod iudicem adducat ad
opinionem, & tunc ſiquidem actor neſcit ueritatem per ue
ram ſcientiam, quæ habetur per ſenſum, poſito q̄ eam per
firmiam credulitatem ſciret, non defertur ei iuramentum.
gl. & bene, C. e. l. in bonę fidei. Ratio patet, quia ſi eſſet extra
neus quidem, & ut teſtis deponeret de credulitate, non ꝓ-
baret, quia teſtis non ꝓbat, niſi per ſenſum corporeū per-
ceperit. l. teſtium. C. de teſt. & iſto etiam caſu defertur reo. Si
uerò actor haberet perfectam ſcientiam de hoc per ſenſum,
q qa agebat de mutuo facto per eū, ſiquidē eſt ipſe uilis q ꝓ
58 ſona, † uel aliàs infamis, non deferretur ſibi iuramentum
iſtud eadem ratione, quia ſi eſſet extraneus teſtis huius cō
ditionis, probationem non perficeret & deferret iuramen
r tum reo. Idem r dico econtrà, ſi reus probaſſet defenſionē
ſuam ſemiplenè, & actor plenè ꝓbaſſet intentionem, non
deferretur reo iuramentum eo caſu, quo dixi ibi actori nō
deferri, ſed ſi omnia iſta ceſſant, quia cauſa noneſt magna,
& actor ſcit plenè ueritatē, & eſt perſona honeſta, ſi habet,
pro ſe unum bonum teſtem, defertur ſibi iuramentum, qa
perficiet ꝓbationem, ſm reg. illam, In ore duorum, ſ. dicen
tis & teſtis adhibiti. Et idem econtrà dicerē in reo, ſi defen-
ſionem ſuam ſemiplenè ꝓbaſſet. Quæro, utrum iudex ha-
59 bet neceſſe † dicere iſtud iuramen. eo caſu quo concurrunt
ad hoc neceſſaria ꝛ. licet can. dicant contra. eſt tex. qd̄ ſic,
2 differt principiū à secundo responsorę. † in prin. debebantur usuræ naturaliter, in secundo respond. nullo modo. Tūc ultra quæro, qua re nō debebantur naturaliter in secundo responso, cū interuenerit promissio assensus, sicut in principio? ℟. in principio lex nō assistit nec resistit obligationi, sicut dicimus in §. alteri. l. stipulatio ista. ff. de uer. ob. In secundo responso lex resistit obligationi, ideò nō nascitur ciuilis, nec naturalis, ut hic, & l. cū lex. ff. de fideiuſs. & l. non dubiū. C. de legib. quod est aliàs multū notandū, propter statuta terrarū. quæ qn̄q̄ resistunt contractui. Vnde dicebā prīdie,
3 de facto, † Cauetur statuto Assisij, p̄ nullus audeat contrahere cū minore sine consensu propinquorū, & si factū fuerit, nō ualet, certè si aliqs cōtrahit cū minore, solēnitate nō seruata, licet de iure cōmuni ipse minor obligareť naturaliter, & alius obligareť sibi ciuiliter & naturaliter. Instit. de auto. tut. §. j. qd̄ est ideò, quia lex non assistit nec resistit obligationi, tñ cum statutū omnino resistat, nulla nascetur obligatio, ut hic, & d. l. cū lex. & C. de legi. l. non dubiū. Opp. di
b citur hic, q̄ si posteà[b] soluitur fors, ipsa repetiť tanq̄m indebita. Cont. j. e. l. qui inuicē. Sol. ibi debitū erat hinc inde ex diuersis causis, hic uerò solutū ꝓ usuris directò cōputatur in sortē, sicut si ꝓ sorte esset solutū, qm̄ sortis occasione sol-
4 uitur. Hodie uerò † iure canonico, imò potius de iure diuino obligatiōi usurarū lex resistit in totū. C. de usu. auth. ad hæc. ideò solutū in totū repetiť, & ita obseruatur, nec pōt dici qd̄ scienter soluit indebitū, ut dicam j. prox. §. &c.

ADDITIO.

a POMA. *Naturalis. Quod etiā, pcedit in prohibitiōe iudicis. l. is cui bonis. j. de uer. ob. ubi si interdicitur bonorū administratio prodigo per iudicē, non pōt postea ciuiliter, aut naturaliter obligari. cū ante interdictionē fecīt dū cōsm opi. doc. obligare potuisset: Ro. cons. cccxxxvij. in j. dub. col. j.*
b *Posteà. Hodie lex resistit omnino obligationi usurarum. c. debitores. extra de iureiurand. sed unum dicebat Bal. & Ang. l. si marito. §. j. sol. mat. ar. huius tex. cum simi. q̄ si usurarius confitetur se recepisse centum, & de alijs quietationem fecit. q̄ illa de quibus facta est quietatio, non possunt ab eo repeti, licet aliàs usuræ solutæ repetantur. Faciebat dubium, quia quietatio habet uim solutionis, qualiter autem intelligatur, quòd solutum pro usuris repetatur, & quid in depositario, qui scienter uel per errorē restituit depositum, cum decem pro centenario, pro parte lucri, an habet locum repetitio? Bal. l. j. in decem q. pro soc. Adde de minore contrahente. non seruata forma statuti, ut per Bar. l. cum lex. j. de fideiuſs. & cano. c. cum contingat. de iureiur. quod no. ad apostillam. Adde quæ sit differentia quòd remittens simpliciter usuras solutas, non repetit, & faciens pactum de non petend. repetit. Frid. cons. centesimo octuagesimo quarto. An autem officialis posit*

cum

eum bona conscietia mandare executioni sententias prædecessorum, super usuris Ca.cons.cccxxx.

a ¶ SI QVIS[a] EX FALSO. Quod soluitur ne quis
1 ¶ in debito putatiuo uexetur tanquã indebitum repeti
tur. No. ergo q̃ † licet ego sciam me non teneri ad usu-
b ras,[b] si promitto, uel soluo tibi usuras, ne uexer super debi
to principali, nõ potest dici qđ sciẽs indebitum soluerim,
& ita practicant episcopi, &c.

ADDITIO.

a POMA. *Si quis. Alex. cons. viij. uol. iij.*
b *Vsuras. No. quod soluens usuras scienter indebitas repetit & sic no. limitatiõe ad l. j. ff. eo. quod tamen rectè intelligas, ut hic habetur.* Et ff. *ea. l. §. si quis. Adde c. debitores. & ibi doc. de iureiur. & Bal. auth. & qui. in ult. col. de bo. auto. iu. pos. & quod dictum est per Bar. ff. ea. l. in fi. prin. & Bal. l. constitutionibus. in fi. C. de usu. & l. ab Anastasio. C. manda. & Do ca. cum iu. de usu. Bal. l. si ob turpem. §. j. ff. eo. tit. & quod ibi scripsi post Ca.*

¶ INDEBITVM AVTEM. Indebitum est, qđ non
debetur ipso iure, uel ope exceptionis perpetuæ.

1 *Ut cõmunioni stare compellitur, nemo inuitus, & quando. nu. 4.*
2 *Retineri res pro debito potest, & quando. nu. 7.*
3 *Scriptor an posit retinere quinternum, donec ei soluatur, & nu. 8.*
5 *Pars à toto separata in speciebus non ualet tantum, quantum si unita est toti.*
6 *Datio in solutum si in aliqua parte fiat plus debito, in totum uitiatur, licet sit locus retentioni.*

a ¶ SI CENTVM. In speciebus ratione partis pro alio
b ¶ indebitæ solutæ, totũ repetit,[a] secus in ijs quæ in gene
re suo recipiunt functionẽ. h. d. cum §. seq. [b] No. q̃ † ne
1 mo inuitus compellitur stare in cõmunione. Item no. † de
2 iure retinendi rem pro debito, dicit gl. quod facit pro † scri
3 ptoribus, ut possint retinere quinternũ, donec eis soluat,
4 quod j. dicam. Opp. l. iij. §. fi. & l. seq. j. de rei uen. † ubi quis
c inuitus cõpellitur ad cõmunionem. Sol. hęc uerba, nemo c
compellitur ad cõmunionem, possunt intelligi ad cõmunionem, scilicet, incohandã, & tunc fallit in l. cont. propter impossibilitatẽ. Alio modo possunt intelligi ad cõmunionem, scilicet ad retinendã. hoc etiam fallit in casibus, ppter præscriptionẽ l. j. C. de an. exce. quod doc. reprobant in fundo à socijs cõmuniter possesso, & bene ut ibi, & l. fi. C. com. diui. Secundò opp. de seq. §. idem Marcellus. Sol. prout loquitur in pecunia. non ob. quia non dicitur esse cõmunio in quolibet corpore, sed petit respectu numeri, l. si pœnæ. §. si falso. ff. eo. & l. nam & fi. in fi. ff. si cer. pet. sed prout loquit in alio, & in alijs quantitatibus, uidet dubiũ. Sed respõde eodẽ modo, quo in pecunia. Prætereà est in alia ratio, quia
5 † in speciebus non ualet tantũ pars separata à toto, quantùm si unita est toti. j. de sol. l. si quis aliam. & j. de in diẽ adi. c. l. quod aũt. §. fi. & l. seq. & ideò nõ fit æstimatio partiũ, sed totius rei. l. j. C. cõm. diui. & sic, ut hic, fauore soluentis indebitum totũ repetitur, ita etiã fauore creditoris, cui soluitur, si pars euincere totum debitũ peteretur. l. si quis aliam. j.
d de sol. Tene ergo multũ menti pro dationibus d insolutũ
6 quæ fiunt tota die, ut si † in aliqua parte fit datio insolutũ plus debito, tota datio uitiatur in solutum, * ut hic licet sit locus retentioni. Opp. & uideẽ
7 q̃ non debitum, non † possint retineri pro
e pter debitum,[e] l. ult. C. com. Breuiter doc. sic distinguũt, aut res quæ est apud me, est mihi obligata pro aliquo debito, & possum pro alio debito retinere C. etiam ob chirograph. pec. l. j. Aut non est mihi obligata, & tunc aut uolo eam retinere propter expensas factas, uel aliud debitum contractũ propter utilitatem ipsius rei, & possum retinere. l. in rebus §. possunt. j. cõmo. & l. Pau. j. de doli exep. & l. si in area. j. eo. & de acq. re. dom. l. qua ratione.
8 §. literæ. Et sic scriptor meritò potest retinere quinternos, quia retinet pro melioratiõe facta circa rem retentam, & sic intelligo de quinterno, in quo scribit. Aut uolo retinere propter aliud debitũ, & tunc aut illa res peruenit ad me occasione illius debiti, & possum retinere, ut hic & l. eleganter. §. qui probos. j. de pig. act. l. si cũ aurũ. j. de sol. Aut non peruenit ad me dicta occasione, & tunc non potero retinere. l. fi. C. cõmo. & ibi doc. & C. in quib. cau. pig. ta. § l. si non inducta. & si apparet q̃ scriptor non potest retinere quinternũ exemplaris propter debitũ, &c.

ADDITIO.

d POMA. *Centum. Repetitur. Bal. §. quoniam. l. certi. ff. si cer. pet. l. si cum am plius. j. de reg. iur. & ubi gl. licet uideatur tenuisse cont. Bar. l. post contractum. in fin. j. de do. Limitat Bal. l. fi. C. de iur. dot. & Alexan. cons. lxiij. uol. iiij. Cremen. sing. xcij. & xcv. Pan. cons. xliij. ij. uol. Bar. l. certi condic. §. quoniam. ff. si cert. pet. Alex. l. iuste posidet. de acq. pos. Bal. l. fi. quod met. cau. & in l. sunt & aliæ. de pub. Barb. c. cùm super. de offi. dele. & ibi Fel. Alex. cons. lxxxv. col. j. uol. ij. latè tenet q̃ datio insolutum pro debito nõ uero est nulla. Ro. cons. cccl. ubi ponit quid iuris quando datio insolutũ fieret per uiam contractus. & cons. ccccliij. ubi ponit, quando debitum erat pro parte uerum, & pro parte falsum an saltem fibstineatur in ea parte, in qua est uerum. ubi loquitur in missione ex primo decreto. & Bal. c. quoniam. §. finautem. ut lite conte. Ful. cons. clxxij. ubi loquitur in uenditione facta per incantum, de bonis debitoris ad instantiam creditoris, minus iusto pretio, et & pro maiori debito q̃ foret creditum. Bal. cons. cxxij. in iij. parte. & cons. lxx. parte. j. & col. ccccxcvj. ea. parte.*
b *Seq. Bar. l. iij. ff. de cond. ob. turp. caus.*
c *Nemo. Bar. l. in hoc §. j. ff. ercif.*
d *Dationibus. Bal. l. certi. §. quoniam. ff. si cert. pet. Flo. l. in hoc fi. ercif. Limitat Bal. l. ordo. in ult. q. C. de exe. rei iud. & Lud. l. j. §. pe. de uer. ob. Bal. cõs. xc. lib. j. & in quantũ Alex. in lec. post Ca. tangit. quid si res plus q̃ quantitas, pro qua data est insolutum, adde Old. cons. xxvij. in fin.*
e *Debitum. Fallit fauore dotis, & mulieris l. filiæ. in prin. j. sol. ma. & dixi in l. neq. C. de compen. reg. aũt dicens in casu suo quẽ posse uti retentione. fallit nisi talis res perierit uitio, uel delicto, c. fi. de ord. cog. & l. j. §. redigitur. j. quo leg. Et dum hic dicitur, qđ propter expẽsas & similes potest quis uti retentione. adde quod fortius est, quia etiam si posterior esset talis creditor, præfertur priori habenti ius in pignore. l. interdũ. cum se. j. qui po. in pign. ha. Itẽ adde, q̃ habens quasi pignus re, potest uti retentione. l. lul. §. offerri. j. de ac. emp. & l. hæreditatis. j. de hær. uel act. uen. Item fallit dicta reg. pro hibitiua retentionis, in casu ualde no. in l. j. C. etiã ob chirog. pec. & ibi no. & dicit Bal. per illũ tex. q̃ si moriatur scholaris, & in infirmitate, uel in fine expendi possum eius libros retinere, nisi hæredes scholaris prius mihi soluãt, l. in restituenda. C. de pet. hær. & latè per eum in d. l. fi. C. com. & qđ ipse sin. no. in l. pen. C. de pig. act. & in materia uide l. j. C. etiam ob chirogra. pe. in l. per retentionem. C. de usur. & Bar. plenè, & plenius q̃ hic in l. si non inducta. C. in quib. cau. pig. ta. cont. & Paul. de Leaza. c. fi. de dolo et contum. Adde quod quis posit uti retentione rei non debitæ pro re debita. Bal. cons. ccliij. li. iij.*

1 *Debitor cui liberatio relicta est, an interim naturaliter liberatus sit.*

¶ ADEO. Tutus exceptione perpetua, per errorẽ solues
¶ repetit. Opp. l. si quis reũ. j. de lib. leg. Sol. ibi fuit libera
a tio[a] legata ad tẽpus, hic in perpetuũ. † Quæro, nũquid
1 debitor, cui relicta est liberatio, sic interim naturaliter obligatus? Gl. dicit q̃ sic. Vide gl. quamuis Azo uidet no. cont. in summa huius ti. potes dicere q̃ hic loquitur qñ testator damnauit hæredem, q̃ liberaret dictũ debitorem. Azo loquitur quãdo ipse testator liberauit, licet inter hæc quò ad alia sit differentia. l. j. & ij. de lib. leg. facit quod dixi in l. Aurelio. §. Caius. j. de lib. leg.

1 *Procurator reuocatus, an dominum obligare possit.*

¶ QVI FILIO. Qui ignorans mandatũ reuocatũ sol
¶ uit, liberatur, sciens nõ liberatur, nec indebitũ repetit.
Primũ habuistis in l. eius qui in prouincia. ff. si cer. pet. Secundũ examinauit in l. si procuratori falso. ff. tit. ij. circa primã gl. Vltimò gl. hæc inducit in ar. ad q. de monacho fu
gitiuo & sindico reuocato, qui accepit pecuniã mutuo, q̃ Abbas teneatur. Certè gl. tenet qđ liberatur soluẽs fauore liberationis. l. eius qui. & sic loquit iste§. An
1 aũt † procurator reuocatus, possit obligare * * domininũ, est recurrendũ ad istam materiã, utrum sit necesse, q̃ reuocatio mandati perueniat ad notitiam debitoris seu aduersarij, habuisti in l. si pecuniam. §. j. ff. tit. ij. & no. doc. l. mandatum. C. mand. dicetur in l. procurator. aliàs, si procurator. ff. de proc.

Obligare. Vel acquirere. no. lib. ij. Epit. iur. ca. ij. num. 17. l. Con. B.

1 ¶ SI FILIVS. † Non potest quis uenire cõtra factum
¶ suum ad sui cõmodum, etiam ex persona alterius. De
hoc habuistis tactũ ff. si cert. pet. l. si filius. Glo. opp. sed nõ sol. In gl. ibi, sed arg. cont. de adop. l. si pater. §. quid uos. Dic, hoc ideò est, quia uenit contra factum suum, &c.

¶ SI QVIS QVASI. Qui soluit indebitũ sciẽter, ne
¶ incidat in aliud debitũ, putatiuum tanq̃ indebitum repetit. Quæro, quæ erat hic ratio dubitandi? q̃ quia posito q̃ sententia arbitri esset lata, tamen ex ea non est debitum. l. j. C. de arb. & ideò uideor soluere scienter indebitũ quia hoc facio, ne incidam in aliud debitũ, hoc est, in pœnam; ideò repeto tanquàm indebitè solutum, est enim hoc occasionaliter debitum, si in pœnam incidere nolo. Facit
a quod dicam j. co.[a] l. is cui.

ADDITIO.

a *Cui. Et quod no. ff. l. j. §. j. & Bar. l. is cui. j. & in l. damus. j. eo.*

¶ HAEREDI. Ab hærede indebitũ solutum, in omnẽ
¶ euentũ repetitur, sed si in quæstione de hæreditate succumbit, debitum & indebitũ repetitur. Opp. de tit. C. res inter alios acta, per tot. ergo sententia lata inter hęredẽ. & euincentẽ, nullum præiudiciũ debet facere inter hæredẽ, & repetentẽ. Huius timore hæc l. legitur duobus mod. Primò ut totus §. loquatur in hærede & bonorũ possessore putatiuo, & tunc cessat cont. quia repetitur, quia nõ est hæres. Alio modo q̃ loquatur in hærede uero & tunc prima pars §. qñ obtinet, procedit clarè. Secundam partem qñ succumbit, ubi dicitur q̃ repeti potest, intelligas, q̃ iudex debebat audire repetentẽ, & super hoc iudicio procedere, non tamẽ q̃ sententia lata inter hæredẽ & euincentem, hic faciat ius. sed iudex iudicabit ſm allegata & probata, in nouo iudi-
13 cio. Tu dic uerius, q̃ imò in casu isto sententia lata inter hæredem, & euincentem, quorũ principaliter intererat, habetur pro ueritate etiam quo ad alios, ut C. de pet. hær. l. fi. & l. pap. §. meminisse. ff. de inoff. testa.

1 *Naturalis obligatio impedit repetitionem indebiti. & nu. 7. & 10.*
2 *Facta non possunt repeti, repetitur tamen æstimatio. nu. 4.*
3 *Personarum & factorum ex diuersitate, inducitur diuersitas factorum & operarum.*
5 *Conditionis indebiti natura est, ut quis teneatur in eo quod factus est locupletior.*
6 *Indebitum solutum ex una causa, potest retineri ex alia, ex qua est debitũ.*
8 *Officium dicitur illud, quod quis sine doctrina facere scit, et ibi quæ sit officialis opera & nu. 18. & 22.*
9 *Artificiales operæ dicuntur, quæ consistunt in artificio per doctrinam dicito.*
11 *Repetitur idem, an æstimatio.*
12 *Obligatum in genere si quis se putans, soluit aliquam speciem illius generis quis repetat.*
13 *Operæ præstitæ quando repetantur, uel earum æstimatio.*
14 *Opera est diurnum officium, scilicet diei artificialis.*
15 *Operæ nocturnæ ad custodiendum turrim, dicuntur operæ.*
16 *Operæ qualiter diuiduntur, & nu. 18. & 21.*
17 *Obsequium an sit opera.*
19 *Seruire uni domino in mensa, uel in camera, est præstare operã officialem.*
20 *Opera fabrilis dicitur, quæ sit zappando, uagando, & arando.*
23 *Operæ obsequiales qualiter differant inter se, & in quo differant ab alijs operibus.*
24 *Operæ propriè qualiter imponantur, qualiter differãt, & in quibus conueniant.*
25 *Operæ officiales promissæ quæ concernunt personam eius, cui exhibẽtur, cedunt cum indicuntur.*
26 *Operæ fabriles, uel artificiales cedunt à die stipulationis*
27 *Operæ fabriles, uel artificiales si stipulantur loco designato, ualet stipulatio, secus si stipuletur opus.*
28 *Operarum in genere promissio, quando dicatur de operis fabrilibus, & quando de obsequialibus.*
29 *Bannũ si fiat q̃ quilibet cõpareat armatus tali die in platea ad faciendum monstrã, debet intelligi qđ uenìat armatus secundũ cõditionẽ suæ personæ.*
30 *Conduxisti seruitorem ad tibi seruiendum, certo pretio, quando posit illũ alteri concedere eo inuito.*
31 *Libertus quas operas præstet patrono sico sumptu, & quas non.*
32 *Operæ alicuius si conducuntur, quando intelligatur q̃ præstentur sumptu locantis, uel conducentis.*
33 *Operæ quæ tranſeant ad hæredẽ hæredis, & etiã ad extraneos & nu. 36.*
34 *Emphyteusis accepta pro se & filijs, quando transit ad filios ut filios, non ut hæredes, & sic non pro hæreditarijs portionibus.*
35 *Stipulatus si quis est sibi & filijs, intelligitur ordine succesiuo.*

¶ LIBERTVS. Ista §. consueuit reputari difficilis, quia
¶ habet materiã scholaribus extraneã, scilicet de operis libertorũ, tamẽ in ueritate est multùm utilis, & hoc dicit, Si libertus operas officiales indebitè præ
stat, non repetit. * Idem si earũ æstimationẽ, * *Repetit. Nisi pactus fuerit, ne operæ ab eo peterentur. l. q exceptionem. §. fi. I. C.* nec in eis põt alij delegari. Sed si delegatus præstiterit, non repetet. Si uerò fabriles indebitè præstiterit, non repetet, eas, sed earũ æstimationẽ, & in eius libertus poterit delegari. Primo loquitur in officialibus, secũdò in fabrilibus. Tertio reddit ad officiales, & immiscuit aliquid de fabrilibus. Secunda ibi, sed & si delegatus. Ad euidentiã nostri §. est præmittendũ, quæ dicantur operæ officiales, & quæ fabriles, qđ j. dicã in prosecutione materiæ. Vides ergo q̃ coniuncta prima parte cum tertia in operis officialibus, habes quatuor dicta, quæ continentur in prima parte summarij, quorũ duo sunt in prima parte, & duo in iij. parte. In operis uerò fabrilibus habes tria dicta, quorũ duo continentur in secunda parte, aliud in tertia. No.
1 primò q.[a] † naturalis obligat. impedit repetitionẽ indebiti, ut hic, & l. naturaliter. ff. eo. De alia tamen naturali loqui-
2 tur hic ut j. dicam. † Secundò no. q̃ facta non possunt repe-
3 ti, ut hic, & j. de præsc. uer. l. pen. †. Tertiò no. q̃ ex diuersitate personarũ, uel temporũ, inducitur diuersitas factorum & operarum. † Quartò no. q̃ licet facta non repetantur, repe-
5 titur tamen æstimatio. † Quintò no. q̃ natura cõdictionis indebiti est, ut ille cui facta est solutio teneat in eo, quo factus est locupletior. Venio ad apparatũ, & opp. quia illud quod est naturaliter debitũ solutum facti errore, repetitur, ut C. de iur. & fact. ignor. l. cum quis ad l. fal. l. error. ergò hic eodẽ mõ debet distingui. Sol. dicit gl. intelligas hoc principium in operis obsequialibus, ad quas libertus naturaliter tenetur, & ista naturalis est redacta ad præstandũ necessitatem, potest eũ libertus cogi pe officiũ iudicis, ut ff. de officio. præfe. uerb. l. j. §. cùm patronus, & ita dicit gl. Sed contra hoc opp. de tex. qui dicit libertus, cũ se putaret. si enim uerè teneretur, ad quid diceret tex. putaret? Sol. dicit glo. putabat se teneri ex promissione, sed non tenebatur, sed naturaliter ad hoc erat obligatus, ut dictum est, hęc dicuntur in princip. gl. Cont. nam de iure naturali omnes liberi nascebantur, ergo de iure naturali libertus non tenetur patrono. Sol. dicit gl. intellige hic natura, id est, ratione insita de iure naturali, quæ est ut benefacientibus benefacimus. uel dic, naturali, id est iure gent. Certè istæ duæ sol. sunt idem, nam eo ipso q̃ facit mentionẽ de naturali ratione oportet q̃ tu referas ad hominẽ tantùm, cũ animalia bruta careãt ratione, l. j. §. si qua. pau. fe. di. & ideo non potest intelligi de iure naturali, qđ est cõmune omnib⁹ animalibus. Et q̃ ubi cunq̃ dicitur obligatio naturalis, debebat intelligi, id est, de iure gentiũ, probatur in l. cũ amplius. §. j. ff. de reg. iur. l. ſti chum. §. naturalis. j. de sol. & ita expedit se gl. de j. parte hu-
6 ius. Secundũ quam lect. no. duo scilicet q̃ † quando soluitur ex una causa, ex qua est indebitũ, potest retineri ex alia, ex qua est debitam, l. cũ in corpus j. de acquir. rer. do. Se-
7 cundò no. † quod naturalis obligatio, quæ est redacta ad præstandum necessitatem, impedit repetitionem indebiti. Sed doctoribus nostris Vltramon. ista lectura non placet, quòd hic loquatur de operis obsequialibus, quia illæ propriè non sunt operæ, ut j. dicam, sed intelligunt ipsi scilicet de officialib. operis propriè, hoc est, de illis operis, quæ cõ
8 stituũt in officio, † qđ quilibet scit facere sine doctrina. Illud
a enim dicit officiũ, [a] l. legatis seruis. §. si ex officio. j. de leg. iij.
9 ſm Gul. Artificiales † dicuntur, quæ consistunt in artificio

didicito

didicito per doctrinã, d. §. si ex officio. & de his loquitur secunda pars huius §. Mihi uerò placet ꝙ principiũ istud non loquatur in operis obsequialibus: Nam cum sint debitæ, & possit libertus ad eas cogi, non facit ad materiã condictionis indebiti. Item placet ꝙ principiũ loquatur in operis officialibus, ut tex. exprimit. tamẽ intelligo officiales aliter ꝙ Vltramo. scilicet, operas quæ concernũt personã operantis, & eius cui editur, seu operatur. l. operæ in rerum. ff. de oper. lib. ubi tex. hoc exprimit, ut ff. dicam. Istę quidẽ officiales non debent, si non imponantur, ut ff. uidebitis. nec põt libertus ad earum prestationẽ cogi. In illis ergo ponendus est casus in hoc prin. Contra quam lect. opp. naturalis obli-
10 gatio, ut beneficienti † benefacias, non impedit repetitionem indebiti. l. ex hoc iure gent. §. de iust. & iur. & l. sed & si. §. consuluit. de pet. hær. hic uerò dicitur cõt. ergo malè. Sol. ista naturalis oblig. ut benefacienti benefaciamus, in libero respicit certã speciem obligationis, hoc est, ut ei seruiam, & ei operer circa personã suam. Isto casu si illud, ad qd' contracta est obligatio, soluatur, non potest peti ut in prin. huius §. Si uerò eidem soluam aliud indebitè, ut operas fabriles, quæ respiciunt patrimoniũ & non personã, licet ei sim obligatus naturaliter in genere benefacere, non tamen impediar repetere illud indebitè solutũ, ut hic. Et ita debet intelligi gl. in d. l. ex hoc iure. & ibi plenè dicã. Dixi etiam in l. si testamento. §. j. ff. de fideiuss. Cõtra hoc opp. d. l. cum quis. & l. error. C. ad l. falc. Sol. Vtramon. reprehendunt glo. in eo quod dicit, ꝙ ibi loquitur de naturali debito, & ideò leges non obstant, sed ego tenui gl. in d. l. cum quis. & l. prim. §. e. & ideò dic ꝙ hæc l. debet distingui fm illas. De ista tamẽ naturali obligatiõe plenius uidebitis in d. l. ex hoc. Venio ad ij partem. Ista secunda pars est multũ subtilis, gl. intelligit hic in operis fabrilibus incertis, opp. ꝙ diuersorũ hominũ operæ dicantur eędẽ. l. nemo est qui nesciat. ff. de duob. reis. Sol. dicit gl. ꝙ sunt eædẽ in genere, non in specie, uel uerius non sunt eædẽ uerè ut hic, sed iuris fictione sic quandoq;
11 ut ubi, ꝙ qñ sit, ff. dicam. Item † opp. illud idem, qd' soluitur, debet repeti, l. quod indebitũ. §. eo. Sed hic dicitur æstimationem repetendã, quare malè. Sol. l. ꝙ indebitũ. loquitur quando solutũ extat, sed hic statim cum opera soluitur, extinguitur ergo, &c. Hoc non uidetur uerũ, quia saltẽ fictione iuris dicitur extare, præstando operã similem, d. l. nemo est qui nesciat. Huius timore Io. in gl. posita super uer. operæ, dicit istum §. debere intelligi in operis incertis, & sic non potest dici, ꝙ reddantur aliæ similes propter earũ incertitudinẽ. Sed contra hoc opp. de tex. qui dicit, ueluti pictorias, &c. Et sic loquitur de certis. Sol. dicit glo. parua ibi, ꝙ illud, ueluti, est exemplificatiuũ præstationis, non obligationis. Item cõtra dictũ Io. opp. condictio indebiti datur respectu eius qd' est solutũ, sed opera, quæ iam soluta est, semper est certa, ergo alia similis illi solutæ potest condici. Sol. dicit gl. illam potestatẽ debet habere recipiens in redendo, & quã habuit soluens in soluendo, fm ista iura, l. planè. §. eo. Sed soluens qui credebat se teneri ad operas incertas, habebat potestatẽ soluendi eam quã uolebat, eo. modo patronus recipiens posset, reddere quã uellet, & sic cõtingeret quod redderet in alio genere, q̃ solutum est. Ne ergo perueniatur ad illud absurdũ, repetitur æstimatio. Ita loquit hic, Istud nõ est uerũ, nam licet quis soluet respectu obligationis generis, tamẽ idipsum quod est solutum repetitur, l. cum his in fi. ff. eo. Sed hic ideò non repetitur, quia non extat, ut hic dicit tex. Nec obligat. si dicis ꝙ fictione iuris dicuntur extare si reddantur alię similes, d. l. nemo est qui nesciat, quia illi fictioni est locus duobus cõcurrentibus, scilicet, ꝙ hoc sit actũ inter partes, & ꝙ homines sint eiusdẽ peritiæ, ut ibi patet, quæ hic non concurrunt, nam cõdictio indebiti præter propositũ partiũ oritur, ideò hic non habet locũ illa fictio. Ita tenet Iac. But. & ita ibi dixi in d. l. nemo. & ideò non curo utrũ libert' putaret se obligatũ ad operas certas, uel incertas. idem. n. iuris est quãtũ ad hoc. † Qñ ergo aliquis putãs se obligatũ in genere, soluit aliquam speciem illius generis, qd possit repetere? Dic aut solutio est facta in his quæ in suo genere recipiũt functionẽ, & repetet tantundẽ. ut ff. eo. l. quod indebitũ. Aut in his quæ non recipiunt functionem in suo genere, & tunc aut loquimur in his quę per solutionem extinguuntur, & tuncillud solutũ non potest repeti, sed eius æstimatio, quatenus recipiẽdo factus est locupletior; ut hic aut in his, quæ non extinguunt, & tunc si quidã extat, ipsum repetit, l. cum his. ff. eo. si non extat, nõ repetitur, nisi recipiens esset factus locupletior d. l. cũ is. ff. e. Item opp. ꝙ ipsæ operę repetanť. l. fi. de ope. ser. Sol. dicit gl.
13 † ibi petunt operæ, hoc est æstimatio operarũ. Ita dicit glo. hic super uerbo reddere potest. Tu dicas quandoq; operæ
b petuntur simpliciter, [b] non respectiuè ad alias operas iam præstitas, uel præstãdas, & ipsæ operæ possunt peti, sicut cætera facta, sed post morã succedit obligatio ad interesse. l. in stipulationib. §. operarũ. ff. de uer. ob. & l. fi. de oper. ser. Quãdoq; petuntur respectiuè ad alias operas, & tunc si quidẽ hoc fit ex cõuentione, ipsæ operæ possunt peti duo. mo. cõcurrentibus, s. qd' ex cõuentione fiat, ut dictũ est, & sit similitudo peritiæ l. nemo. Si uerò nõ fiat ex cõuentitiõe, sed in obligat. incitamus præter propositũ, tunc non possunt peti operæ, sed æstimatio, ut hic. Sumus expediti de his qnæ
14 pertinent ad §. Veniamus ad gl. magnã, quæ tractat materiam de operis libert. † Primò quæro, quid sit opera. [c] ℞. est
c diurnũ officium. l. j. ff. de oper. lib. & intellige diurnũ, id est, dici artificiali s. l. ij. de an. leg. & de uer. sig. l. ij. iuxta hoc quæ-
15 ro, quid si aliquis † debet operas nocturnas, id est custodi ri turrim de nocte, an dicantur operæ? Puto quod sic. l. duorum. ff. de oper. lib. arg. de aqua plu. & arc. l. si prius. in princ. Quæro utrum obsequiũ sit operæ? ℞. ut dicam ff. prox. Secũ
16 dò principaliter quæro, † qualiter operæ diuidantur? [d] ℞.
p fm Azo. in summa, de oper. lib. & hic in gl. ꝙ triplex est operarum diuisio, aliæ obsequiales, aliæ fabriles, aliæ artificiales. Obsequiales consistunt in reuerentia, fabriles incertæ, & artificiales certæ. Dicit gl. Iac. de Ra. Pet. in repet. huius §. & Cy. sequendo eos in l. liberti libertæq;. C. de oper. lib. re-
17 probant istam diuisionẽ. Nam non placet eis † quòd obsequium sit opera, nam opera est diurnũ officium, ut dictũ est, sed obsequiũ non consistit in diurno officio, ergo, &c. Præterea distincti sunt tractatus & distincti tituli de obsequijs libertorũ, & de operis libertorũ, ergo non debent idẽ dici. l. si idem. C. de cond. Certè gl. & Azo hoc idem dicunt ꝙ obsequiales impropriè dicuntur operæ, ut ff. sequitur in gl. deinde dicunt prædicti Iac. & Pet. ꝙ differentia prædicta, scilicet fabriles incertæ, & artificiales certæ, nõ est uera, quia nulla est lex in mundo, quæ hoc dicat, nisi iste §. intelligendo prout gl. intelligit, qui intellectus non est uerus, ut dictũ est. Certè Azo in summa dicit, ꝙ illa appellatio fabrilis nõ est iuris, sed ipse hoc nomine appellat gratia doctrinæ. Dicũt ergo prædicti doctores Vltrã. ꝙ est duplex operarũ diuisio, alia officialis, alia artificialis. Officialis quę exercet per artẽ hominis habitã sine doctrina: Artificialis uerò quæ exercetur per artẽ hominis habitã per doctrinã, l. legatis. §. si ex officio. ff. de leg. iij. & hoc modo soluunt contrariatem multarũ legum, & sic intelligũt istum §. Mihi uerò ut
18 detur. † ꝙ in ista materia ipsi non bene loquantur. [e] Nam
e operæ officiales, intelligendo, prout ipsi dicunt, in uagando & zapando, & similia, quæ quælibet scit facere sine doctrinã, possunt edi alteri, sicut patrono, & libert' in eis posset delegari, qui mutatione personæ non uidenť aliæ. l. operæ in rerũ. ff. de ope. lib. ergo hoc modo nõ põt intelligi iste §. Dico ergo sic ꝙ iurisconsł. appellãt operas officiales, quæ
19 concernunt † personã edentis, & eius cui eduntur, & sic ex uarietate personæ, uariant' operæ, uerbi gratia, seruire uni dño in mensa, in camera, associare eũ per terrã, iste dicũtur operæ officiales, quæ uariant' uarietate personæ. Aliud eñ seruitiũ requirit una persona, aliud alia. l. operæ. ff. de oper.
20 lib. & l. hæ demũ operæ. in fi. eo. tit. Sed † si poneremus aliquę esse zapatorę, uel bubulcũ, uel aliqd aliud scire, qd' persona eius cui exhibet' non concernat, tunc non dicunt operæ officiales, prout in hac materia sumit', sed magis dicunt operæ fabriles, quæ cuicunq; exhibenť, eædẽ sunt respectu exhibentis, ut d. l. operę. in fi. licet alio respectu dicte operæ possint dici officiales, ut dicunt doct. Vltramon. tũ dico,

dico, non in ista materia. Itẽ diuisio gl. nostrarũ non placet cum. n. habemus uocabula diuisionis à l. non est necesse ꝙ nomina magistraliter imponamus. ar. ff. de præsc. uer. l. ij. Di-
21 co ergo sic, † ꝙ operarum quadruplex est species, Quædã sunt obsequiales, & istæ nõ dicunt propriè operæ, ut dictũ est. Quædã sunt officiales, quæ respiciunt personã eius cui eduntť, & mutatione personę dicentť alię, aliæ sunt operę fabriles, seu artificiales certæ, & appello fabriles, quas homines sciunt facere sine doctrina: artificiales, quas sciunt facere homines ex doctrina, & artificio, & istæ mutatione personæ eius cui adhibentur, non diuersificãtur, ut d. l. operæ in rerũ. & l. seq. & in hoc §. in fi. Quarta est opera incerta, ut qñ
22 patronus ita obscurè stipulatur, ꝙ non apparet utrum senserit de officialibus, fabrilibus, uel artificialibus, & de his. ff. uidebim'. ℞. † ad primũ, s. ad operas obsequiales, & quæ-
f ro in quo cõsistunt? [f] Gl. hic dicit, ꝙ obsequiales consistũt in assurgendo, & similibus. Azo uerò in summa dicit ꝙ cõsistunt in assurgendo, salutando, referendo eius ꝙ negocia
g gerendo. [g] Hoc ultimũ quod dicit de neg. gerendis, põt esse uerũ, si cõmittatur unum negotiũ, qd' non habet officiũ unius diei, ut mittere libertũ pro ambasiata ad domũ cuiusdam amici. Sed si gestio negotij requireret officiũ diurnũ, tunc esset magis opera fabrilis, uel artificialis. l. demũ. de oper. lib. Itẽ dicit gl. hic, qd' istæ operæ obsequiales cõsistũt in nõ faciendo, ut de nõ uocando in ius, de nõ testificando ꝑ patronũ, de nõ accusando. l. ij. de in ius uoc. & l. pen. & l. fi.
23 qui accu. non pos. & ff. de testi. l. lege Iulia. † Secundò est uidendum in quo differant istæ operæ inter se scilicet obsequales, & in quo conueniũt, differũt, quia hæ, quæ cõsistunt in
h faciendo, non transeunt ad hæredem [h] extraneũ. l. ij. C. de in ius uoc. Sed ad filiũ sic, etiam exhæredatũ non mala mẽte. Sed hæ quę consistunt in non faciendo, transeunt ad hę redem extraneũ, ut d. l. ij. C. de in ius uoc. Ita dicit gl. & Azo in summa. Certè in eo ꝙ distinctè, dicit ꝙ hæ quæ consistũt in non faciendo, transeunt in extraneũ hæredem, non placet, quia hoc est uerũ de non uocando in ius sine uenia, sed in alijs de nõ accusando, uel nõ testificando, seu famosam non proponendo, ista non transeunt ad hæredẽ extraneũ, sed possunt prædicta cõtra eum proponi, ubi originẽ non trahunt à facto defuncti patroni, ut ff. de doli excep. l. apud Celsum. §. aduersus. Tertiò est uidendum, in quo differunt istæ operæ ab alijs & differunt, quia non sunt propriè operæ, ut dictum est. Item debentur sine impositione, quod
24 est in alijs secus, ut ff. dicetur. & ita dicit gl. hic, † Quartò est uidendum de alijs operis, quæ propriè sunt operæ, uidelicet qualiter imponant', & qualiter differũt, & in quibus cõueniunt' & certè omnes operæ imponantur per stipulationẽ, uel per iusiurandũ prestitũ à liberto, ut ff. de liber. causa. l. fi. & de operis liber. l. ut iurisiurandi. §. iurate. ibi, qualiscũque, &c. & hæc dicit gl. & bene. Deinde est uidendũ, in quib. differunt & gl. hic & Azo no. tex. differẽtias. Prima est, nam certè operæ statim ueniunt, & cedunt, cum possint præstari, cedunt jñ à die stipulationis. Incertæ non nisi indicãtur, id est, petentur à patrono, uterq; tñ petunť tunc demũ, cum tantũ tempus transierit, quo præstari potuerit. ut ff. de operis liber. l. quoties certæ. l. cũ patronus. & l. operæ in rerum. sed hoc nõ placet Iac. de Are. & Pet. quos Cy. refert in l. liberti libertæq;. C. de ope. libe. quia dicta differẽtia, an certæ uel incertæ, nõ probatur iure, fm eos, sed differentia debet notari inter operas officiales, & artificiales, accipiẽdo officiales pro his quæ consistũt in aliquo actu quæsito, seu qui scitur sine doctrina, ut s. dixi. Sed hoc mihi nõ placet, ut dixi.
25 Nec etiam dictũ gl. placet usquequaq;. Dicendũ est † ergo, qd' operæ officiales, quæ cõcernunt personã eius cui exhibent', ut s. dixi cedũt cum indicunť. Absurdum eñ est, ꝙ tu faceres personæ meæ seruitiũ, nisi qñ uellem, l. cum patro-
26 nus. in prin. de oper. lib. & l. operæ in rerũ. eo. tit. † Fabriles uerò seu artificiales, quæ nõ cõcernunt certam personam, cedunt à die stipulationis, ut d. l. quoties certæ. & l. operę in rerum. & ff. de uerb. ob. l. interdũ. §. j. Sed hic est aduertendũ, quia quandoq; operæ promittunť omnino certę omni certitudine, tã ex parte operarũ, q̃ ex parte loci, in quo debet
fieri operatio, ut puta, promitto tibi decẽ operas zapatorias in tali uinea, uel in tali campo, tunc debet intelligi, qd' dixi, ꝙ cedunt à die stipulationis. Sed si essent incertæ ratione loci, ut puta, promitto tibi decẽ operas zapatorias, nec dico ubi, tunc illud qd' dicitur per gl. ꝙ cedunt à die stipulationis, pro tanto dicitur ꝙ non est necessariũ peti à patrono, sed tamẽ est necesse ꝙ ipsi liberto demonstretť locus, in quo debeat zappare, aliàs non tenetur, l. multùm. in prin.
27 ff. de cond. & demonst. † Dicetis uos, quando locus certus
i non designatur, tunc stipulatio erit ipso iure nulla. [i] l. iij. §. si quis insulã. ff. de eo quod cer. loco. & l. qui insulam. de uer. ob. ℞. differentia est utrùm quis stipuletur operas, uel op'. Nam si stipuletur opus, certũ est quod de sui natura cohereat solo, aliàs non ualet nõ adiecto loco, ut in legibus contrarijs. Sed si quis stipuleť operas referendo
se ad actũ personę, tunc ualet etiã nõ adiecto * *Loco. Ampli' explica ut dixi lib. ij. Epi. cap. x. nu. 7.* I. Cõ. loco, * ut in multis l. §. allegatis, & hoc tetigi ff. in l. ita stipulatus. in prin. in quinta op. j. par-
28 tis. ff. de uer. ob. † Quandoq; quis stipulatur simpliciter, non distincto utrũm sint officiales, an fabriles, uel quæ isto casu quicquid gl. dicat, debemus respicere personã promittentẽ operas. Si eñ promissor exerceret aliquod artificiũ tempore promissionis, intelligemus de operis artificialibus, idẽ de fabrilibus iudicabimus. Si uerò libertus nullas alias operas exerceat, sciebat nisi officiales, ut sunt multi domicelli, qui nesciũt aliud facere ꝙ famulari, tunc tanꝙ de officialib' siue obsequialib' iudicabim'. Hic est tex. expressus in l. hę operæ. in prin. & l. hæ demũ. de oper. lib. Sed quid si utrunq; sciebat facere & erat cõsuetus facere? Dico, inspicimus id, in quo magis uersabat tẽpore quo operæ debebãt præstari, nõ tñ quo facta fuit promissio, ut d. l. hæ demũ. & l. eius artificij. eo. l. leg. ser-
29 uis. §. si unus. ff. de leg. iij. † Et prædicta faciũt, ꝙ si statutũ est
k factũ seu præconiũ, [k] quod quilibet debeat comparere armatus publicè tali die ad faciendũ monstram, debet intelligi armatus secundũ conditionẽ personæ, ut puta, miles, ut miles, pedes, ut pedes, & hoc cum distinctione, quia balistarius cum balista, & sic de similibus, & sic fm qualitatẽ illius exercitij armorũ, in quo uersatur debet esse armatus, aliàs fm qualitatem hominũ eiusdem qualitatis, uel condictionis. l. plenũ. §. equiti. ff. de usu & hab. Secunda est dif-
1 ferẽtia fm gl. in solutione, certæ enim alij soluí possunt [l] in-
certæ non, ut d. l. operæ in rerum. In duobus tamen casibus fallit, in quibus etiam soluuntur. alij uolente patrono. Primus, si patronus non potest aliter uti operis. Secundus, si est inops. l. patronus qui opera. & l. si libertus artem. ff. de oper. lib. Vltramontani non admittunt dictam differentiã inter certas & incertas, sed inter officiales & artificiales intelligendo officiales qñ dictum exercitiũ est quæsitum sine doctrina, fm eos Tu dic ꝙ officiales quæ sunt quæ concernunt officium exibitũ personæ, & non possunt alij solui, ni si in duobus casibus, ut no. per glo. Artificiales uerò seu fabriles possunt alij solui, ut in glo. Incertæ uerò iudicantur quandoq; officiales, quandoq; artificiales, fm conditionẽ promittentis, ut dictũ est, & eodem modo quo ad solutionem. d. l. operæ. in prin. ff. de operis libert. Tertia differentia est, fm gl. in adiectione personarũ facta in stipulatione, certas enim mihi aut Titio, in certas autem tantũ mihi stipulor. Item certas potest seruus mihi uel sibi uel simpliciter stipulari, incertas uerò mihi uel simpliciter non sibi, ut ff. de operis liber. l. operæ in rerum. cum l. seq. Vltramontani hoc non patiuntur inter certas, & incertas, sed inter artificiales, & obsequiales, ut dictum est, fm eos. Tu uerò dicas officiales, quæ concernunt personã eius cui ceduntur, non potest quis stipulari sibi, aut Titio, ut ualeat adiectio, ut ꝑ solutionẽ factam adiectio libereturꝑ ipso iure, fateor tamen ꝙ liberaretur ope exceptionis, l. fin. §. cum mihi. ff. de uerb. ob. & l. si id quod. de duob. reis. & ꝙ liberatur ope exceptionis, tangunt doctores in d. l. liberti libertæq;. C. de operis libert. Item seruus non potest eas stipulari sibi, sed domino, uel simpliciter, secus in operis fabrilibus, seu artificialibus ut d. l. operæ in rerum. cum l. seq. quæ hoc expresse probat.

Operæ uerò incertæ quantũ ad prædicta iudicantur, quandoq;, ut artificiales, quandoq;, ut officiales, seu fabriles, secundum qualitatẽ promittentis, ut d. l. hæ operæ, quæ exm presse hoc probat. Et prædicta faciunt ad q.m si † tu condu30 xisti operas cuiusdam seruitoris, an possis illũ seruitorem alij concedere eo inuito, uel actionẽ alteri cedere, quam ad uersus eum habes. Et certè si quidẽ promisit tibi seruitium, quod concernit personã tuam, & tunc non poterit alij delegari, ut hic. Sed si promisit tibi seruitiũ, uel operas simpliciter, dic præmissam promissionẽ iudicandam esse de operis officialibus, uel aliàs fm qualitatẽ personæ promittentis, ut dictum est. & fm hoc poterit alij delegari, uel non delegari. de fideicom. lib. l. is qui. & l. generaliter. §. quoties. Sic debet intelligi quod no. per doc. C. de nouat. l. j. Quarta dif31 ferentia † est fm glo. quia certas debet libertus præstare uictu, & uestitu patroni, incertas suo uictu, ut ĵ. de operis lib. l. suo uictu. & l. aut certè. & l. imponi & l. pe. & sic d. l. pen. intelligatur de operis certis tantùm, ut ibi no. & est in hac gl. Alij, ut Iacob. Bal. dicunt totum econtrà, ut certas præstet libertus suo uictu, incertas uictu patroni. Ratio, quia in operis certis potest sibi prouidere quid faciat, secus, in incertis. Tertij dicunt cp si libertus non habet unde se alat, debet præstare sumptu patroni, aliàs sumptu suo uidetur. d. l. suo uictu. & d. l. aut certæ. Et istam opi. uidetur tenere gl. iij. d. l. suo uictu. & Azo in summa, quod mihi placet. Quid ergo 32 dicemus de alijs r Aliquis † conducit operas alicuius, n utn trùm intelligatur sumptu locantis, aut sumptu conducentis? rg. imò inspicienda est consuetudo regionũ, quæ cõsueuit esse in conditione talium & illa est seruanda, quia, sic actum uidetur, l. excepto. & ibi no. C. loca. & de agric. & sensit. l. domini prædiorum. & ibi no. & de ædil. edic. l. quod si nolit. §. quia assidua. & ĵ. de aqua plu. arcend. l. si prius. §. j. sed si consuetudo non apparet, tunc ille alimentabitur de pecunia sibi debita pro mercede, cùm in dubio intelligat facere suo uictu. C. loc. l. ij. & ĵ. mand. l. si uerò non remunerãdi. §. fin. & d. l. suo uictu. ubi melius probatur, quia sicut ibi facit propter remunerationẽ, ita hic propter mercedẽ. Sed si aliquis promitteret operas causa remunerationis seruitij ante habiti, tunc est adhibenda dicta distinctio. Aut promittens erat inops, uel non, prout dixi in liberto, ut dictis legibus, quæ non habent locũ solùm in liberto, sed in quolibet alio, d. l. pen. de oper. lib. Non enim intelligo ibi in alio exhibente pro liberto, sed pro seipso ex uigore suæ obligationis, pro quo facit, quia eadẽ est ratio. Si uerò promissio operarũ fieret ex mera libertate, nõ causa mercedis, nec causa remunerationis, tunc intelligerentur promitti sumptu eius cui debentur, ĵ. cõmod. l. in rebus. §. possunt. Quinta differentia est fm gl. quia in incertis fideiussor ex sua mora teneri non potest, ut puta cùm non cedant, nisi iudicantur, sed in operis certis est idem, quod in qualibet pecunia credita, l. si libertus moram. & l. à duo. ĵ. de ope. liber. Ita dicit gl. hic, & in d. l. si libertus morã. Sed ista differentia non uidetur uera, ut l. cum filius. §. j. ĵ. de uer. ob. quod dicit, ut ibi plenè dixi, & in l. si quis pro eo. in prin. ĵ. de fideiuss. quæ faciunt ad multa, ut dixi in d. l. cum filius. §. j. Sexta differen33 tia est fm gl. † in transmissione, circa quam no. duo genera lia fm gl. Primum quia nulla opera transit ad hæredem hæo redis, o l. sciendum. de uer. sig. ita etiã dicit Azo in summa. Hoc non placet, quia opere obsequiales transeunt ad quẽlibet ex liberis, etiam per infinitos gradus. l. sed si hac lege. §. liberos. el ij. s. de in ius uoc. ad extraneos uerò nullo modo transeunt, nisi ut superius dictũ est. De officialibus uerò & fabrilibus, dic ut statim dicam. Secundũ generale est, ut distinguatur si quidẽ patronũ stipuletur operas incertas sibi & liberis suis, transit ad liberos pro æqualibus portionib.o nõ pro hæreditarijs. l. ut iurisiurandi. §. si liberi. ĵ. de ope. lib. Istud est primũ dictum gl. qd est notabile ad multa,
34 † qũ aliquis recepit in emphyteusim pro se & filijs, certè transit ad filios, non pro hæreditarijs portionibus, nec ad eos ut ad hæredes, sed ut ad filios, etiã si abstineãt ab hæreditate paterna. Dixi plenè in d. l. ut iurisiurãdi. §. si liberi. Itẽ
35 aduerte † quia licet stipuletur p sibi & filijs suis copulatiuè, p tamen intelligitur ordine successiuo, hoc est, primò sibi, secundò filijs suis, ut ĵ. de oper. lib. l. si quis operas. & hoc est notabile ad multa, quæ tanguntur in d. l. si quis operas. & doc. l. liberti libertęq;. C. de ope. lib. & hoc etiã explicauit in 36 l. gallus. §. j. ĵ. de lib. & posth. † Si uerò tantum sibi stipulatr fuerit patronus, distinguit gl. oper. certas ab incertis, ut hic & plenè per Azo. in summa. Tu dic aut loqueris de operis officialibus, & transeunt ad filios, nõ ad extraneos, nisi fm quod gl. dicit de operis incertis per easdẽ leges. Si uerò loquitur de fabrilibus, siue artificialibus, tunc dic ut gl. dicit de operis certis, per easdem leges. De operis uerò incertis, dic quandoq; iudicandum esse sicut de officialibus, quandoq; prout de fabrilibus, seu artificialib. ut patet ex ijs quę dicta sunt. s. Ex quibus apparet declaratio non solũ istius gl. sed totius tituli, de operis liberto.

ADDITIO.

a *Officium. Bal. rub. C. de ope. lib.*
b *Simpliciter. Qualiter operæ, saltem futuræ peti possunt, in. l. stipulationes non diuiduntur. de uer. ob.*
c *Opera. Bal. l. liberti. de ope. lib. in rub. C. de ope. lib.*
d *Diuidantur. Bal. l. liberti libertæq;. C. de ope. lib.*
e *Loquantur. Bal. l. liberti libertæq;. C. de ope. lib.*
f *Consistit. Bal. l. liberti. C. de ope. liber.*
g *Gerendo. Bal. l. liberti, dicit q, si libertus ibi procurat negotia patroni, non potest petere mercedẽ, & uidetur tenere q, sit obsequialis opera. l. officio. C. de neg. gest.*
h *Hæredem. Bal. l. si sic. circa fi. la ult. de uer. ob. et gl. & Bal. l. liberti. de ope. lib. & ĵ. in ult. col.*
i *Nulla. Bar. d. §. si quis insulã. sed Bal. aliter, loquitur in l. liberti. de oper. lib. Et tu adde Bar. hic. & Soc. c. dilecti. de for. comp. ubi quãdo promittitur factum solo cohærens, tunc ultra expressionẽ loci sequitur etiam q, exprimatur quãtitas altitudinis, longitudinis, & latitudinis, secus si promittatur factum non cohærens solo, & allegat Bar. hic. ita ipse ibi in d. c. dilecti. uer. circa secundum.*
k *Præconium. Bal. l. liberti. de ope. lib.*
l *Possunt. Vide ĵ. & Bal. l. liberti. de ope. lib. & quid sit dare operas certas, et incertas, Bal. eo.*
m *Quæst. Sed Bar. & Imo. l. ij. in prin. sol. mat. in q. an teneatur facere qd ibi prodest, & mihi nõ nocet, uidetur tenere cont. in ea cõbinatione, dũ alleg. l. nec creditores. C. de nou. uidelicet, q, etiam scriptor nõ posit cogi scribere alij librũ. item ad hoc quod no. in l. aquã. & ibi Bal. C. de seruit. ead. d. l. ij. in prin. dicit, qd re. l. j. C. de noua fallit. in debitore operarij. Alle. istum tex. in fi. & idẽ dicit ipse hic, nisi incõmodum esset operas præstari debenti, per d. l. ij. in prin. Et hoc placet, Ang. & Imol. l. in stipulationibus. §. operarum. de uer. ob. Bal. l. ij. de do. Bar. l. si is qui. §. fi. ĵ. de pig. uide s. in uer. sed differentia est, & Bal. l. j. ad fi. C. de ope. lib. & in l. liberti. e. tit. & dixi s. prox. Alex. hic, in d. l. in stipulationibus.*
n *Alicuius. Si quis locat operas suas, an intelligatur quod debeat alimentari à conducente, gl. l. quoniam. C. de testi. sed Bal. ibi tenet, q, non debentur alimẽta, nisi uniuersalis consuetudo esset in contrarium, & ibi etiam gl. & Bal. Quid si laborator meus rupit sua ferramenta in meo laborario, quod non teneor satisfacere. Et hic adde Bal. l. liberti libertæq;. C. de op. liber. An aũt uasalus debeat sequi dominũ suis sumptibus. Bal. l. mœnia. §. j. de annuis le. Et an teneantur operarij portare sua ferramenta? Ang. & Imo. l. stipulationes cõmodissimum. de uer. ob. & Bal. l. j. C. de uer. sig. & hic adde Bar. l. ij. C. de neg. gest. in l. uenditores. ff. de uer. ob. Alex. d. l. stipulationes. Et ibi an officialis teneatur suis sumptibus facere conducere sarcinullas assessoris.*
o *Hæredes. Bar. l. si sic. de uerb. ob circa fi. gl. Bar. & l. Latè Bal. l. liberti. C. de ope. liber. Et ibi nũ etiam transeat ad filium exhæredatũ uide s. eo. §. j.*
p *Stipuletur. Bal. c. j. §. hic quoq;. de succe. feu. Imo. l. quod dicitur. de uer. ob.*

a §. SI DECEM. [a] *Si* soluatur pars unius ex rebus alternatiuè debitis, an competat liberatio, uel detur repetitio, pendet ex futuro euẽtu. Opp. & uidetur, cp pro parte soluta contingit liberatio. l. hominẽ. ĵ. de excep. gl. hic, & in l. cõtraria, dat multas solutiones. neutram ponit ueram. Ita est ueritas, qd ibi loquitur in acceptilatione, per quam potest tolli pars obligationis, hic uerò in solutione partis. Ratio differentiæ est, quia si solutio partis tolleret obligationem in parte, posset debitor postea soluendo partem in Sticho consequi liberationẽ, & sic contingeret solutionem in diuersis rebus fieri, qd est absurdum, ut ĵ. prox. §. & l. in executione.

executione. §. pro parte. ĵ. de uerb. ob. Sed in acceptilatione non põt cõtingere istud absurdũ, ut apparet euidenter, fm Pet. ut dixi in l. cont. & in l. ij. §. si cum hominẽ ĵ. de uerb. ob. Opp. l. stipulatus. §. j. ĵ. de sol. Sol. ibi erat certa species in obligatione, nõ alternatiuè, ideò solutione partis contingit liberatio, quia nõ potest deueniri ad illud absurdũ quod in alia re partẽ soluas. Opp. ĵ. de uer. ob. l. ij. §. j. fol. ibi loquitur in obligatione generis, ut si debeo hominẽ in genere, solutione unius partis cõmunis, nõ contingit liberatio, ne deueniatur ad illud absurdũ, quod in alio homine alia pars soluatur, ut in d. l. in executione. §. pro parte. Opp. l. pen. C. eo. tit. Sol. fateor quod ultimũ responsum huius l. corrigitur hodie, nam ille cuius erat electio in soluendo, habet electionem in repetendo. Quæro dicitur hic, eum qui soluerit
b esse in pendenti, [b] quæro quid est dictũ in pendentia? rg. natiuitas cõditionis inde. est in pendẽti, ut hic, & d. l. ij. §. j. ĵ. de uerb. ob. Item exercitiũ actionis primæ quo ad alia quinq; soluta est in pendẽti. Nõ. n. possum petere Stichũ, aut quinque de summa decẽ, licet in illis quinq; solius liberatio nõ contingat, tamen nõ possunt peti interim, sed illa quinq; quę non sunt soluta possunt peti. Et tex. est hic, qui uidetur dicere qd sit in pendenti, utrum possit peti reliqua quinq; aut Stichus diuisim, intelligẽ utrũ possit peti reliqua quinque, uel Stichus tantũ. Alternatiuè autẽ Stichum aut quinque sine dubio petere posset, sed in obligatiõe generis hoc nõ contingeret, quia si soluisti medietatẽ in uno homine, cum deberes hominẽ in genere, statim possum petere integrũ hominẽ, d. l. Si stipulatus. de sol. Rationẽ horũ, & qualiter prædicta procedant, ponit gl. licet obscurè, & Dy. l. ij. §. j. de uer. ob. ibi plenè dixi, &c.

ADDITIO.

a *Decem. Bal. l. j. in xiiij. q. C. de his quæ pœ. no.*
b *Pendenti. Et adde q, in obligatione alternatiua, non transit dominium ante electionem. l. si in rem. la j. de rei uend. Bal. l. conuenticula. de epis. & cle.*

§. IDEM AIT. In obligatione alternatiua, solutione partium in diuersis rebus liberatio contingit, licet ad plures hæredes creditoris uel promissoris pertineat obligatio.

LEX XXVII.

1 *Indebitum recipiens quasi contrahit.*
2 *Forũ ratione indebiti soluti in loco quasi contrahitur, & ubi possit repeti.*

6 lio non est proprium nomen actionis. Venio † ad primū, & opp. hic dicitur, quòd in iudicijs contrahit. & glo. exponit, id est, in sententia. Cont. imò uidētur, quòd in ipsa litis conte. fiat quasi contractus, gl. magna in l. ij. de prætо. stip. Sol. in iudicio sunt duo quasi cōtractus, Vnus est, qui fit q lit. contest. & ille obligat me ipsi instantiæ iudicij, & operat effectū, ut post modū iudiciū sequentibus actib. possit agi tari, adeò quia post lit. conte. iudex pōt, pcedere me absente, q quidē iudex hoc facere nō poterat ante lit. conte. quia

7 † ante lit. contest. super negotio principali non potest procedi ad diffinitiuam, auth. qui semel. C. qūo & quādo iud. sm cōmunem opi. ext. de dolo & cont. c. causam, &c. prout nobis. Sed procedit ad captionē pignorum, & ad missionem in possessionē pro mensura debiti declarati. l. cū proponas. & auth. & qui. C. de bo. aut. iud. poss. & ad alia remedia, de quibus in l. j. de susp. tu. ff. & in l. j. §. si quis ius dicen. non obtem. Alius est quasi cōtractus, qui fit in iudicio per sententiæ prolationē, & ita loquitur hæc gl. & iste quasi cōtractus qui fit per actum sententiæ obligat me non instantiæ, qua iam est finita per sententiæ prolationem. l. terminato. C. de fru. & li. expen. & quia sententia non imponit finē cōtrouersiæ, sed obligat me stare, ei, qd' in sententia continetur, Hinc est q ex ista sententia oritur quędā actio iudicati, seu in factū, quod idē est, C. de reb. cre. l. actori. Cogor enim obseruare, qd' in sententia cōtinetur, & sic bene obli-
8 gor, sicut in quocunq; contractu. Sed † circa hoc quæro, [c]
c dixi, q per lit. contest. quasi cōtrahitur. Quæro quid in his quæ emergunt ante lit. cont. an in his dicatur quasi cōtrahi? Dico q sic, nam quāuis in eis non contestetur lis expresse, tamen quasi contestatur, c. prudentiā. §. iij. de offi. de leg. Si ergo quasi contestatur, ergo quasi contrahitur. l. de ætate. §. qui interrogatus. de inter. act. Nam in ipsa interrogatione & responsione quasi contrahitur, & tamē fit interrogatio ante lit. contest. eo. tit. l. j. &c. Item circa istud quæro, quare gl. exposuit hic cōtrahi, id est, quasi contrahi. R. ideò sic exposuit, quia quando aliquis quasi cōtrahit, utriusq; consensus non est necessarius, ut est uidere in negotiorum gestore, qui ignorāte domino, imò etiam inuito gerit. l. soluendo. ff. de neg. gest. Si autē utriusq; consensus esset necessarius, esset uerus contractus. l. j. §. de pac. Sed contra istud opp. tu dicis q hic non est consensus. cont. nam lex dicit, q ex sententia oritur actio in factū. l. actori. C. de reb. cred. & hic. Sed actio præsuponit obligationē ciuilem & naturalē, nam ex sola ciuili non oritur, ut Inst. de ob. in prin. sed utraque, ut no. l. iurisgent. §. quinimmò. de pact. & l. fideiussor. §. fideiussor. de fideiuss. licet hic est ciuilis tantū, ex sententia, quia ex sententia est actus ciuilis. l. actus legitimi. de reg. iu. quia actus ciuilis alium actū ciuilem inducit, non naturalem, non est aūt naturalis, quoniā consensu causatur. l. j. ff. de pac. hic aūt non est consensus, ut dicis, sed potius dissensus, quia iudiciū redditur in inuitū. l. inter stipulantē. §. j. de uer. ob. ergo, &c. Pe. soluit istud contrariū, & malè dicit. Dicit enim, q hic est quædā tacita obligatio, ex qua oritur actio ex re iudicata. alij dicunt q hic est uerus consensus, ex quo causatur naturalis. Nam in iudicio, quasi cōtrahitur, ut hic, sed omnis cōtractus habet in se consensum, d. l. j. de pac. ergo & quasi contractus, & per consequens obligatio-
9 nem naturalē. Nam † arguitur de contractu ad quasi contractum. ut Inst. de act. §. j. & l. impuberes. ff. de auto. tut. & l. si ex duobus. ff. de neg. gest. cum simi. Item ille dicitur consentire, qui causam contradicendi non habet. ff. sol. mat. l. ij. §. uoluntatē. sed lata sententia declaratur q ille qui condemnatus est, non habuit bonā causam, uel iustā contradicendi, ergo uidet consentire, & ex illo consensu nasci naturalē ex sententia, & ex quasi cōtractu iudicij. Itē coacta uolūtas, uoluntas est. l. j. C. ex quibus cau. infa. irro. & l. si mulier. §. si metus. ff. quod met. cau. ergo & consensus à quo causatur
10 naturalis. Item licitū est † arg. de sententia, ad ultimā uolūtatem, l. non est mirū. ff. de pig. act. sed ex ultima uoluntate oritur actio, ergo, &c. Item ille qui non appellat, uidet con sentire iudicatis. l. tutor. de ap. & l. ab eo. C. qūo & qñ iud. & dixi in l. interdū. ff. de cond. ind. Fran. de Pisis dicit aliter, & melius, q hic non sit tacita obligatio, ut uoluit Pet. nec expressa, ut alij uoluerūt, ut ff. dixi, imò potius sit ficta. Quod uidet satis suadere, ut hic dicit, q in iudicijs quasi cōtrahitur, à quo causatur naturalis obligatio. Hoc etiā uideo in quasi contractu, q tutor gerit negotiū infantis, & obligat actione tutelę ex quasi contractu, & sibi obligat infantem, qui nullū habet consensum. Hoc etiā uideo in negotiorū gestore, qui gerit negotiū furiosi, nullū habet cōsensum, ut de utroq; probatur Inst. de ob. quæ ex quasi contractu. §. j. & ij. Prætereà tex. est expressus Inst. de ob. quæ ex quasi contractu. post prin. q in quasi contractu nō est consensus. Prętereà de necessitate quasi cōtractus non est, q quis cōsentiat, ut probatur in omnibus legib. quæ de quasi contractibus loquūtur. Nam consensus dicit mihi actum simul fieri, l. consensu. de act. & ob. & l. j. §. de pact. Siue ergo accipiā contractum negotiorum, siue tutelæ, siue cōmunionis, ita quòd incido in cōmuni diuidundo, non est dare simul cōsentire. Nam si ego gero absentis negotia, certè nihil sentit mecum simul & bene dico, quòd ibi est consensus, quia ibi unus agit, & sic sentit. Item probatur in condictione indebiti, quæ dicitur obligatio ex quasi cōtractu, & tamen cōstat manifestè inter soluentem & recipientē consensum nō interuenisse, sed potius errorē, qui consensum impedit. l. si per errorem. ff. de iur. om. iud. tamen uideo quòd obligatur condictione indebiti. Nam licet consentiat soluendo, erat tamen in causa solutionis. gl. l. j. in prin. ff. de cond. indeb. Item in alijs, ubi dicam istū consensum fictū & subauditū à lege ex quo possit naturalis obligatio procedere, & iste est proprior modus loquendi, q lex fingat istū consensum, quàm si dicatur tacitus, uel uerus, ut illi dicere uoluerunt, & idem dicam in alijs quasi contractibus, in quibus dicam istum consensum fictum & subauditū à l. ex quo obligatio naturalis possit procedere. Vnde concludo, quòd ex sententia oritur obligatio naturalis causata consensu fi-
cto, qui dicitur esse in illo quasi contractu iudiciali, & sic o-
11 portet te intelligere. Item † illud quod facit iudex, uidetur facere pars, l. ob causam. C. de euict. l. j. §. hæc uerba. ne uis fiat ei. Prætereà de hoc non est mirandū, quòd lex præsumat consensum. Nam si lex facit quòd præsumatur contractus ubi nō est, l. j. C. de rei uxo. act. multò magis potest præsumere cōsensum. l. uendicantē. §. j. de euict. Nec potest procedere illud quod Pet. dicit, qd' est tacita obligatio, ex qua oritur actio, quia lex dicit, quòd extra id quod agitur tacita nascitur obligatio, & ideò non est uerum, q tacitè, nec expresse agatur. l. si is qui. §. si libero. ff. commod. Non est ergo uerum dicere, quod sit tacita obligatio, siue loquamur in personalibus, siue in obligatione bonorū, siue quocunque. semper resultat ex eo, quòd licet non sit expressum tacitè, tamen pars consentit. l. postq; liti. C. de pact. sed in d. §. si libero dicit extra id quod agitur, &c. At inter ipsos non agitur tacitè, uel expressè, sed agitur, ut dixi, ad id quod alij dicebant, qd' hic est uerus consensus, probant ipsi, quia in iudicio quasi contrahitur, &c. R. q hoc non procedit, nā non sequitur, omnis contractus habet in se consensum, ergo & omnis quasi contractus, quia hoc est falsum, ut patet Inst. de ob. quæ ex quasi contract. nascun. circa prin. & per totum. & sic non est ibi consensus, & tamen nō est mirum, si
12 est ibi naturalis. Nec ob. † possumus arguere de contractu ad quasi contractū, quia id est uerum, ubi diuersitas causarum non inducit obligationē, sed si diuersitas causarū est, ergo, &c. & quod sit diuersitas causarū, patet quia obligatio naturalis, ex quasi contractu causatur à cōsensu, sed in quasi contractu non est consensus, ergo in hoc nō sunt pares, ut dixi. Et si tu dicis, nonne actio & obligatio ex quasi cōtractu reperiunt̄ per totū tit. de oblig. ex quasi cōtractu ergo ibi est consensus. Sol. dico q non sequit̄. Est dare obligationē ex quasi cōtractu, ergo ibi est dare cōsensum, quia dico, q ibi est naturalis, s. ficta, quæ licet in ueritate non habeat consensum, tamen in ueritate lex fingit̄ sed si esset cōsensus uerus, uel tacitus, non dicerem̄ ficta, licet præsumpta obligatio causata à consensu præsumpto, & sic est arg. in §. nostro, q in quolibet quasi contractu sit dare obligationē fictam. Itē ad illud qd' dicūt, q qui nō habet causam cōtradicendi per d. §. uoluntatem, &c. R. q non est uerū, quia ibi loquitur in casu specialissimo, l. qui ad certū. ff. loc. coniuncta l. dotem. eo. tit. Prætereà posito quòd sit argumentū uerum tamen nūc nō est consensus tacitus, uel præsumptus, sed fictus, cum tex. ibi dicat, uidetur, q uerbum, uidetur, habet improprietatē denotare, & f. tion̄m. l. naturaliter. in prin. de acquir. poss. Item ad aliud quod dicunt, q coacta uoluntas, uoluntas est, &c. R. & dico quòd in iudicijs nulla est

la est uoluntas, etiã coacta, sed omnino in inuitũ redduñ, est eñ uolũtas ficta & nõ uera, siue dicas esse liberã uel coactam. Et si dicis, ueritas & fictio æquiparantur, l. si filius. ſ. si cer. pet. ergo sicut uera uoluntas & uerus consensus inducunt obligationẽ, ita & ficta debet inducere. Fateor argumentũ istud, q ĩ dẽ inducũt, sed disputatio nostra, in qua sumus, est solũ de causa inducẽte obligationẽ naturalem, ſ. an sit consensus uerus an fictus, an præsumptus, seu tacitus, & dico q fictus, ut ſ. dixi. Sed tũ circa hoc dicerẽ, q nõ est consensus uerus, nec tacitus, nec fictus, ad contrariũ respondeo, dico, q hic est ciuilis sola. quæ habet effectũ naturalis propter autoritatẽ statuentis, ut dicimus in rescripto principis, & in edicto prætoris, & hoc est qd' uoluit dicere Azo, l. frater à fratre. ſ. de cond. indeb. dicens q illa ciuilis habet effectũ naturalis. Sed circa hoc ego quæro, unde ista
13 † actio iudicati, seu in factũ oritur. Tex. hic dicit q ex re iudicata, qd' intellige, q oritur ex sententia nõ immediatè, sed ex obligatione quæ causatur ex sententia, tanq̃ ex materia, ut hic ſm Gul. Ad quod facit l. iij. ſ. soluisse. de re iu. & l. chirographis. ſ. habeo. de adm. tu. Qd' no. quia decidit q. †an
14 ista actio sit natiua, uel datiua, nam uidetur natiua, qñ ubicunq; est dare materiã, ex qua nasci possit actio, semper est natiua. l. iurisgent. post prin. ſ. de pact. Sed hic habes expressum, q est obligatio ex quasi cõtractu, & sic est natiua,
15 & non datiua. † Item quæro an ex sententia d interlocutoria oriatur actio in factum, sicut ex diffinitiua. Dic q sic. l. j. ſ. si quis ius di. non obtem. & l. cùm non soluùm. ſ. j. de bo. quæ lib. dixi ſ. de iureiuran. l. nam posteà. ſ. fi. Quæro, an quod hic dicitur, habeat locum in sententia arbitri : uide ĩ. de re
16 iud. l. j. ubi dixi in uer. quærit Dy. Venio ad ij. † no. in quo dixi, q iudicia & stipulationes æquiparantur. Et hoc colli ge arg. ad q. offertur libellus contra principalẽ, & procurator respondet, q litis contestatio uidetur inutilis, & quicquid ex ea sequitur, nõ ualet, sicut esset inutilis stipulatio, l. si unus interrogaretur, & alter respõderet. Illa enim persona intelligitur in stipulatione, quę fuit expressa, nulla alia. si ita stipulatus. ſ. Chrysogonus. de uer. ob. posset tĩ defendi, quia licet non acquireret procurator, nisi domino præsente, in iudicijs tamen sic. Vnde magis uidetur idem factũ domini procuratoris in iudicio, q̃ in contractu. ſ. de proc. l. in causæ. ſ. fi. Facit ſ. si quis cau. l. pe. Item alibi contra aliũ offert libellus, & alter respondet, & ualet iudiciã, auth. causa quæ fit cum monacho. C. de episc. & cler. C. de bo. ma. l. j. Non ob. hæc similitudo, quia in multis est differentia, cùm reddatur iudiciũ in initium, & nõ stipulatio. item in stipulatione contrahimus uerè, in iudicijs, quasi contrahimus. ut hic, quod est not. Venio ad certũ no. scilicet q actio non
17 fortitur naturam eius, in cuius locũ subrogatur, qd' exami na ut per Dy. l. si cum. ſ. qui iniuriarum. si quis cau. † Venio ad quartũ no. q origo actionis non debet attendi, de quo hic per glo. & Gul. Ex quo no, arg. † ad q. Super crimine, q ingerit pœnã sanguinis, nõ potest transigi. l. transigere. C. de transl. si fiat statutũ, q imponatur pœna pecuniaria, nõ uidetur q possit transigi, ut hic, quia non origine, &c. l. qd'
19 ad statũ. ĩ. de pœnis. Item facit † ad q. in l. pen. ſ. ad crimen. ĩ. de pub. iud. si statutũ imponit pœnam pecuniariã homicidio, an possit interuenire procurator, si attendimus originem, non posset, l. quãuis. C. de adul. & ibi no. Secus si non attendimus originẽ, ut hic tamen in hoc debemus seruare consuetudinem. l. cùm in fundo. ſ. si fundus. ĩ. de iure dot. & uide de hoc etiam per dñm meum, in l. seruum quoq̃. ſ. publicè. ſ. de procu. Venio ad quintũ no. quod dixi in sententia, &c. ad quod facit l. iiij. ſ. soluisse. & l. intra. de re iud. quod examinaui ſ. in primo no. ad quod tamen opp. gl. de l. fi. C. de usu. rei iud. & non sol. Dic q ideò

* *Currunt. Nisi contra tutorẽ: l. tutor. ſ. idem solent. de admin. tut. &c. Dicuntur centesimæ usuræ, quando intra annum æquipollent sorti: gl. l. eos. ſ. super. C. de usur.* I. Con. B.

ibi, quia odio usurarum, quia usuræ centesimæ non currunt. *

ADDITIO.

a *Scribit. Bar. l. si finita. ſ. si de uectigalibus. de dam. infe. in ult. col. intelligit istum tex. habere locum, quando in certa quantitate cõdemnatur filius, & non in publicatione bonorum. Item quando nec condemnatur in absentia, quod intellige quando semper fuit absens, secus si fuit litem contestatus, & posteà se absentauit, quia tenetur propter quasi contractum initum in contestatione, l. ij. ĩ. de prætor. stip. per gl. & doc. licet si in absentia cõdemnetur tenebitur pater. Sed hoc ultimum non est sine scrupulo, primò, quia ubi aliàs sententia nocet, tertiò nunquam nocet, quando fertur in absentem, licet sit contestata lis, l. qui repudiantis. ĩ. de offi. test. & Bar. l. cùm filius de uer. ob. Item quia iste tex. loquitur in quasi contractu sententiæ, quæ immediatè ordinatur ad id quod immediatè deuenit in sententia, quæ ratio cessat in quasi contractu, qui fit per contestationem. Io. de Imo. d. ſ. si de uectigalib.*

b *POMA. Celebratur. Fel. in rub. de re iud. & in c. quod ad consultationem eo. tit. Barb. cons. xiiij. ij. uo. Bal. cons. cccx. in ij. parte.*

c *Quæro. Sed quid de his fiunt ante litem contest. an quasi cõtrahatur? Bar. post gl. l. ij. ſ. j. de prætor. stip. & quid in his, in quib. lis nõ contestatur? Bar. l. nihil. C. de procur. & quod ibi dixi, idem dicas in iuramento, l. depositi. ĩ. eo. ſ. j. & adde quòd per sententiam etiam quasi contrahitur, si sit condemnatoria, secus si absolutoria, Bal. l. ij. C. si plur. una sententia. & l. eos. ſ. ne temere. in fi. C. de appe. & ista faciunt an incidenti, uel emergenti sit lis contestanda, Bal. auth. sed & si quis. C. de testib. & in l. ij. C. de ordi. cog. & ibi etiam dicit Bal. quod in exceptionibus non quasi contrahitur, & sic lis nõ contestatur, quia excipiendo nemo obligatur.*

d *Sententia. Bal. l. j. in fin. C. cõmi. uel epi. & Bal. post gl. d. l. cum non solum uer. necessitate. in uer. sequitur de bo. quæ lib. & ibi etiam Bar. & in l. à diuo. in prin. in ult. q. de re iud. per alios, & Imo. l. q. iuſsit. in ult. col. eo. tit.*

a §. EX FVRTIVA CAVSA. [a] Ex maleficio non datur hæc actio, nisi in quantùm locupletatur peculiũ. * Alios casus uide. & no. in l. cum ancilla. C. quod cum eo. Sed contra istum ſ. op. ſ. ſ. prox. Sol. ibi pater nõ conuenitur ex delicto filij, sed ex quasi cõtractu, & sic non ob. Demum ergo filio condemnato actione ex maleficio, pater conuenitur de peculio. Pone ergo, filiũ conueniri cõdictione furtiua, uel l. Aquilia, & est contumax. Quæritur primò, nunquid possit fieri missio in bonis filij. Videtur q non quia filio agenti & fugiẽti, id est, conuento, pater debet consentire, sed hic non consentit, ergo, &c. Sed circa hoc dico, quia interdũ filius fugiendo facit aliquem actũ, & tunc pater cogitur consentire: interdũ fugiendo nõ facit aliquẽ actum, & tunc non cogitur ei consentire, quod non est, ut ĩ. de euic. l. si dictum. ſ. pen.

* *Peculium. Amplius dic ut per Bar. l. si quis in tantum. nu. 11. C. unde ui. l. iij. ſ. sed utrũ. nu. 6. de minorib.* I. Con. B.

ADDITIO.

a *Causa. Sed quid in delictis, an pater teneatur pro filio de peculio? l. quoties. la ij. cum seq. & ibi per Bar. ff. de nox.*

1 *Delictum maius est in cõmittendo, quàm in omitendo.*

§. SI FILIVS FA. Qui obligatur saluã facere rempublicam, nõ obligatur de quolibet singulari. No. q pater obligatus, &c. de quo dic, ut ſ. in l. j. No. q non est recta allegatio de delicto in cõmittendo, ad delictũ in omitendo. l. & in totũ. ſ. fi. ĩ. de impen. in reb. do. fa. & l. si mora. ĩ. fol. mat. In contrariũ facit l. iniuriarum. ſ. si quis. de hono
1 rib. ĩ. de iniur. & l. Imper. ĩ. ad muni. Sol. ut no. in illis. † No. quòd maius est delictum in cõmittendo, quàm in omittẽdo. Opp. l. quoties. ĩ. ad muni. ubi tenetur in solidũm. Sol. aut pater cõtradicit expresse, & nõ tenetur, nisi de peculio, ut hic, aut non, & tunc tenetur in solidum, ut in cont. q est eo ipso, q scit eum esse decurionem, & nõ contradicit. opp. l. Lucius. ĩ. de admi. tu. ℞. ſ. dicta procedunt in officio publico autoritate & utilitate. Sed lex cont. procedit in officio publico autoritate, sed utilitate priuato. opp. Inſt. de excu. tu. ſ. j. Sol. aut tutor à iudice datur, & tunc qualitercunque pater approbat, tenetur, &c.

LEX IIII.

1 *Remittere, est dare.*

a PECVLIVM. [a] Hucusq̃ iurisconſ. exposuit uerba edicti, ex quo agitur tribus modis, scilicet de peculio, & de in rem uerso, & quod iussu. Modò est uidendum, quid sit peculium? Et ista lex diuiditur in quatuor partes. Nam

Nam præponit dictũ, secundò rationẽ dicti, tertiò illã probat, quartò illã limitat. Secunda ibi, nam cũ. Tertia ibi, sed hoc. Quarta ibi, ſ. uerò. Breuiter hoc intẽdit, Peculium sola uoluntate domini constituiť, interueniente traditione uera, uel ficta, secus si nulla traditio interueniat. No. generalẽ diffinitionẽ peculij. No. q illius est cessio, cuius est ablatio,
1 uel diminutio. Item no. † q remittere, est dare. l. si mulier. ſ. de cond. ob cau. No. q constituere se debitorẽ alterius, nõ est dare, quod ualet ad multa. Venio ad apparatũ, & opp. l. non solum. & l. quam Tuberonis. ſ. sunt quidam. ĩ. e. Sol. ut in distinctione quam ibi feci.

ADDITIO.

a *Peculium. Bar. l. fi. C. quòd cum eo.*

§. EX HIS. Hic ponitur conclusio ſ. dictorũ. & h. d. Peculium non põt constitui dño ignorãte, licet posset diminui, si seruus etiam ex delicto eius debitor constituitur. h. d. & habet duas partes, ponit primò qd' peculium ignorante dño constitui non potest. Secundò q ignorante dõmino diminui non potest. Secunda ibi, sed sæpè, &c.

a §. SI OPEM. [a] Iste ſ. cadit in summario præcedentis ſ. nam sicut ſ. diminuitur peculiũ ex furto serui, ita & qñ opem ipse facit in eo, qd' à fure cõsequi nõ potest. No. quod de peculio dominus nõ deducit hoc, quod aliunde cõsequi potest. Opp. & hic aduerte, quia fortis est, nam debes scire, quod dominus nõ deducit pœnã, sed simplicem rem à seruo subtractam. l. sed si damnũ. ĩ. eo. Item debes scire, q ferens opem furto, non tenetur condictione furtiua, hic aũt dicitur, q seruus opem ferens conuenitur in eo qd' nõ potest consequi à fure, ergo, &c. Sol. gl. duobus modis. Tu dic melius, ut ibi dixi, &c.

ADDITIO.

a *Opem. l. iij. cum seq. ſ. de cond. fur.*

§. SI AERE ALIENO. Hic dicit q sicut dirimit peculium ignorante dño, ita etiam augetur, & breuiter hoc intendit, Licet ipsum ius uniuersale dirimatur, corpora tĩ diminui non dicuntur. dixi. ĩ. de impe. in reb. do. fa. l. qd' dicitur. Gl. hic format unam q. dic ut in ea, &c.

§. NON SOLVM. In peculio uicarij, domini & ordinarij uoluntas inspicitur.

LEX XV.

DEPOSITI. In negotio gesto cõputatur contractus depositi precarij, & iuramenti delatio à filio facta. in §. peculium. qui sequitur, ponitur deriuatio nominis peculij, &c.

LEX VI.

DEFINITIO. Hic incipit prosequi uerba definitionis, & primò exponit, quid est hoc dictum, permissu domini. &c.

LEX VII.

a QVAM TVBBRONIS. Informis patientia [a] habetur pro consensu in his, quæ sunt modici præiudicij, secus si magni. h. d. Et ex his uerbis habes, q hæc uerba, permissu domini, non requirunt expressam permissionem, sed tacitã directè, uel per consequentiã, uel per quandam patientiam, &c.

ADDITIO.

a *Patientia. Bar. l. cum de in rem uerso. ĩ. de usur. seruo autem manumisso, an uideatur peculium ademptum, & cõtra quem agatur, Bal. l. ij. C. an seruus ex suo facto.*

§. PVPILLVM. Hic exponit uerbum, seruus, positum in definitione, &c.

1 *Nomina & actiones sunt tertium genus rerum per se*

Tertium. Quõ hoc intelligen dũ sit, no. lib. ij. Epit. c. iij. nu. 3.

1 a §. IN PECVLIO. Hic exponit uerbũ, qd' positũ est in definitione. No. † q nomina [a] & actiones sunt tertiũ * genus rerum per se, l. mouentiũ. ĩ. de uer sig.

ADDITIO.

a *POMA. Nomina. Car. cons. lxvj.*

LEX VIII.

NON STATIM. [a] Hic exponit uerbum, separatũ à rationibus dominicis, positũ in definitione.

ADDITIO.

a *Statim. Et quid operetur ista ademptio peculij. Imo. post Bar. & doc. l. si filio. la ij. fol. mat.*

LEX IX.

SED SI DAMNVM.

LEX X.

PECVLIVM. Aliàs est ſ. peculiũ. Hic exponit uerba, deducto eo, uide, &c. No. q peculium intelligitur, deducto q debetur. Facit q creditor eo ipso q succedit debitori suo, uideatur sibi soluisse de uniuersis bonis. l. si ei cui. ĩ. de euic.

LEX XII.

SI NOXALI. Si dominus noxali cõuentus, pecuniã præstiterit, deducitur de peculio; secus si ipsum seruũ. ex contractu uerò, uel quasi, indistinctè deducitur, qd' de naturali debito intelligitur à quo per deductionem liberabitur seruus, &c.

a §. EST AVTEM. [a] Quod semel deductũ fuit uerbo, & re, iterũ nõ deducet, sec' si ℞ bo tm deductio facta fuit.

ADDITIO.

a *Est autem Bal. l. fi. C. quod cum eo.*

§. QVOD AVTEM. De peculio nõ deducit qd' aliũ de quis cõsequi potest alia actione de peculio, in qua deductio pro actione succedit, &c.

§. NON SOLVM. Vbi est cõmunio serui & peculij, deducit unus socius, quod alteri debetur aliàs secus. h. d. usq̃ ad l. fi seruus.

LEX XIIII.

SI SERVVS. Si agitur de peculio uicarij, deducitur qd' ipse debet dño, uel ordinario. Item qd' ordinarius debet dño, secus de eo qd' ordinarius debet uicario. Item dñs nõ teneť de debito uicarij nõ habẽtis peculiũ, &c.

LEX XX.

HINC QVAERITVR. Marítus teneť de peculio serui dotalis simpliciter, siue ad se, siue ad uxorẽ pertineat. Fructuarius uerò, uel dñs simpliciter non tenetur, sed prius conueniendus est ille, ad quem negotium pertinet, & in subsidium deuenitur ad alium. Idem in pluribus bonæ fidei possessoribus.

§. INTERDVM. Fructuarius potest agere contra dominum & eõuerso, si peculium ad eum spectans non sufficit ad sibi debitum, &c.

LEX XXII.

a SVMMA. [a] Hæc actio competit de eo, q dolo conuenti in peculio esse desijt, qui dolus præsumitur, si ademptio, intricatio, uel in alium translatio indebitè facta fuerit. No. istas præsumptiones doli, de eo qui intricat peculium, qd' prodest ad multa. Secundò no. de eo qui transfert ad alium, cum suspicatur alium acturum, quia præsumitur dolus, q facit contra debitores, qui transferunt possessionem rerum suarum ad alium, &c.

ADDITIO.

a *Summa. & hunc tex. in uer. intricare allegat. Ang. in l. fi. de stip. ser. & pro singulari allegat etiam in l. omnes. ſ. lucius. de his quæ in frau. cre. & in l. Marcellus. ſ. res quæ. ff. ad Tre. & in l. iiij. ad l. fal. & in l. ij. C. de rep. har. dicit non esse alibi, q alienatio rerum pretiosarum, facit præsumere alienationem fraudulentam, quod no. ad l. omnes. ſ. Lucius. quæ in frau. cred. & Bar. l. societat. ſ. arbitrorũ. in q. an possit renunciari reductioni. ĩ. pro soc. & Ang.*

& Ang. Marcellus. §. res quæ.ad Treb.& in l.in quart.ad l.fal.& q. hic poßit admitti peculium in præiudiciũ creditorum,& quando præsumatur in fraudem.Ino.post gl.& Bal.l.si filio.la ij.fol.mat.

§ SI DOLO. Ex dolo administratoris tenetur quis in quantum est factus locupletior.

LEX XXVIII.

ET ANCILLARVM. Nomine ancillarum & filiorum datur actio de peculio.

§.CONSTAT. Hæres deducit quod sibi debetur.

§ SI SERVVS. Extraneo contra uenditorm & contra emptorẽ actio de peculio competit pro parte & insolidum, sed ipsi uenditor de eo qđ sibi, uel seruo eius debetur, non competit cõtra emptorẽ, emptori uerò cõpetit contra uenditorẽ, facta prius de suo peculio deductione.

§ SI QVIS. Vbi est cõmunio serui & peculij, quilibet cõueniturin solidum; & etiam respectu peculij, qđ est penes alterum, & quod præstiterit, ab altero consequitur. Habuistis ſ.eo.l.si noxali, cum seq.

LEX XXXI.

QVAESITVM. Quid in peculio sit tempore rei iudicatæ inspicitur.

a § SI CVM.[a] Hæc actio contra hæredem datur, quatenus ad eum ex peculio peruenit, sed filius, cum quo cõtractũ est, si est hæres, tenetur insolidum, & sibi contra cohæredem actio est cedenda.

ADDITIO.

a *Si cum.Bar.l.frater à fratre.de cond.ind.*

§ SI ANNVA. Exceptio quæ cõpetit autori, nõ transit ad successorem, si in eius persona causa cedendæ exceptionis deficiat aliàs secus. Ad euidentiam no.q̃ actio de peculio competit intra annũ contra eum, qui desijt esse dominus.

§ IN DOLO. Replicationes sunt temporales, sicut actiones.

LEX XXXIII.

a SI EX DVOBVS.[a] Electione unius ex plurib.nõ habentibus cõmunionem serui & peculij, alij liberãtur, sed de æquitate, in residuo cæteri tenebuntur, & quantum sit in peculio sententiæ tempore inspicitur.

ADDITIO.

a *POMA.Ca.& Alex.l.cum fundus.§.seruum suum.ff.si cer.pe.*

a § VENDITOR.[a] Si pro peculio pretiũ expresè non fuit constitutũ, is conuenitur, apud quem peculiũ reperitur, aliàs is qui pro peculio pretium nominatim recipit.

ADDITIO.

a *Venditor.Bar.l. frater à fratre. de cond.ind.Bal.l.ei qui. C. q̃ cum eo.Ca. conſ.cxxxiij.*

LEX XXXVII.

IN BONAEFIDEI. In contractibns bonefidei pater & dominus non solùm de peculio, sed etiam de eorum proprio dolo tenentur.

LEX XXXVIII.

SI CREDITOR FILII TVI.

§ SI SERVO. Qñ quantitas petitur ut species, ad aliã quantitatem nõ admittitur compensatio. Hoc autem qualiter procedat, dixi in l.cum fundus.§.seruum tuũ imprudens.ſ.si cer.pet.

§ SERVVM. Si cũ uno agatur, eius peculij, qđ fuit apud eum, qui quondam fuit socius, ratio nõ habetur, item si agitur cõtra emporẽ post annũ non habetur ratio eius, qđ est penes uenditorẽ, secus si intra annum, &c.

LEX XXXIX.

DEPOSVI. Vbi non est peculium; non potest actio de peculio tentari, sed est ad alias actiones cõgruas recurrendum.

§ SI NVPTVRA. Liberatio ab obligatione de dote ditione deducitur.

§ STICHVS. Quod debet dño seruus uicarius, q̃ non habet peculium, ex peculio ordinarij non deducitur.

§ SERVO. Contractus qui celebratur uenditione serui perfecta, ad peculium, quod penes uenditorem remansit, non pertinet.

LEX XLIX.

LIBERA. Nota istam l.facit l. cùm quis.ſ.de ſol.& l.cũ Cornelius.in fi.eo.tit.&c.

LEX L.

NON SOLVM. No.istum casum no.q̃ nuda ratio nõ constituit quem debitorẽ, & intelligas nuda, ab insertione causæ, & hoc innuit tex. hic, uel nuda, à præsentia partium, de quo dic pleniſs. in l.nuda.ſ.de don.

LEX LI.

EO TEMPORE.[a] Primũ decretũ non potest interponi occasione debiti, quod certũ est nõ posse exigi de presenti, licet possibile sit debitum iri. item pro futuro debito potest accipi fideiussor.

ADDITIO.

a *Tempore. Allegaui ibi in q.no.quam uide in l.ij. de requir.reis.& eam no. etiam allegat Bal.l.non dubium.in ulti.q.C.de legi.& eam no.alle.Bal.l.ſi. C.quod cum eo.*

§ ETIAM. Lite cõtestata in actione de peculio, naturale debitũ potest solui, & pro eo potest fideiussor accipi.

1 *Ex,& propter,quomodò differant.*

§ SERVVS. Pro eo q̃ p̃ libertate danda accipit bonæ fidei possessor, actione de peculio non tenetur ipse, sed uerus dominus, qui eum poterit uendicare. No.istam

1 † differentiã, [a] inter ex, & propter, quia ex denotat causam

a proximam, propter causam remotam. C.ſi ſer.extero.l.ſ. Similis est differentia inter ex,& ob,l.non dubium.C.de leg. & eadem est differentia inter de,& ex.l.j.§.nunc uideamus. ſ.de conſugen.cum emanci.lib.&c.

ADDITIO.

a *Differentiam. Dixi ſecundum Bal.l.ſed & ſi unus.de iniur.*

LEX LII.

a QVOD DEBETV.[a] Dubius est litis euentus, & qui ideò tenetur, quia actionem habet, eam cedendo liberatur. No.reg.j.quam probat gl.l.ab Anaſtaſio.C. mandati, &c.

ADDITIO.

a *Debetur.no.q̃ cedendo quis actionẽ liberatur, quod nunquam habet locũ ſi tibi obligatus eſſem ex culpa, uel delicto meo, quia etiam cedendo actiones non liberor.Io.l.ſi conſtante, §. ſi uxor ſol.mat.licet gl.ibi cõtra teneat & pro ſententia Io.eſt l.etiam.§.ſi.iunctis præcedentibus.ſol.mat.item fallit ſi quis uelit cedere actionẽ, quam habet contra ipſummet agentẽ eadem actione, quia cùm fieri non poſſet, non liberatur.Dy. & Bar.l. ſi filio.la ſ. in prin.ſol. mat.item eſt uerum, ſi culpa ei non poteſt imputari, quare non exigit, aliàs ſecus.l.Titio fundus.& ibi no.de cond.& demon.& Bar.l.iul. §. ſi uenditor. ſ. de act.emp. & gl.l.ij.§.idem Labeo.uerb.experiaris.ſ.ne quid in loco pub.*

LEX LIII.

1 *Monasterium uendicans monachum & obtinẽs cum patrimonio, tenetur utili actione de peculio.*

EX FACTO. Cum pater uel dominus actiõe de peculio personali conuenitur, in deducendo omni priuilegio anteponitur, secus si reali, licet inter creditores peculiares ille qui habet priuilegiũ præponatur. Item sufficit

sufficit quem esse dominũ, cũ de peculio cõuenitur. Itẽ patrimonium eius, qui se gerit pro libero, pro peculio remittitur.h.d.primo ponit reg.& tres q.secũdò ad eas rñdent p

1 ordinem.No.† ex isto uer.quid ergo.ar.q̃ si aliquis se gerit pro libero,& posteà monasterium aliquod eum uendicat in seruum cum toto patrimonio, q̃ monasterium tenetur de illo patrimonio utili actione de peculio, ut hic, &c.

LEX LVIII.

SI FILIVS. Si is de cuius peculio agitur, lite pendente decedat, quantum sit in peculio, mortis tempore inspicitur: si ei legetur peculium, tempus inspicitur, quo dies legati cedat, cum omni incremẽto, sed si legetur extraneo, rerum tantum incrementum accedit. &c.

LEX LIX.

VNI EX Hæredibus. Is cui legatur seruus hæreditarius domini, pro debito domini non tenetur.

Quando actio de peculio est annalis. Tit.II.

LEX I.

PRAETOR AIT POST.

LEX II.

a QVAESITVM. Est no.ad duo. Si in li bello proponãtur duæ actiones, quę electione tolluntur, procedit iudiciũ, si non opponatur. Item error[a] in quem q̃s deducitur assertione aduersarij, potest corrigi post diffinitiuam sententiam. Et sic ponе casum secundum tertiã lec. hic positã, & intellige hoc per in integrũ restitutionẽ ex cã iusti erroris, ut ſ.qđ cũ eo.in l.ſed ſi.in fi.& dixi i l.habebat. iu prin.ſ.de inſtit.& ſ.de cõſeſ.cũ fideicommiſſum. in prin.

ADDITIO.

a *Error. Et intelligit Bal.l.j.in j.col.C.de cond.ind.licet aliqui ibi aliter intelligant iſtum tex.*

De in rem uerso. Tit. III.

LEX I.

I II QVI. Actio de in rem uerso est necessaria, ubi deficit actio de peculio. Itẽ est utilis, ut si concurrat cũ agentibus de peculio, præferatur. Item si agẽs de peculio præoccupet, actio de in rẽ uerso extinguitur, si quod uersum est soluitur, aliàs secus, &c.

LEX II.

QVI NVMIS. Datum pro libertate, non uidetur in rem uersum, nisi quatenus excedit serui pretium.

LEX III.

QVOD SI SERVVS.

§ SI MVTVATVS. Sufficit negotiũ utiliter esse coeptum. Item si pluribus ex eadẽ causa cõpetit hæc actio, melior est condictio occupantis, &c.

LEX V.

SI RES. In reb.non necessarijs uerũ pretium, in necessarijs pretium conuentum inspicitur.

§ PLACET. Diuiditur in duas partes, Primò quando seruus gessit ab initio negotium peculiare. Secundò quando ab initio gessit negotia domini. Secunda incipit in l.& ideò uer.planè.& h. d. Si seruus ab initio peculiare negotium gerat, actio de in rem uerso locum habet: si seruus in rem domini uertat, animo dominum obligandi, secus si facto domini, uel alterius, sed facto serui non animo dominum obligandi. Sed si ab initio gerit negotium domini, cum quocunq̃ modo in rẽ domini uertatur, hæc actio locum habet &c.

Bar.super ff.uet.

LEX X.

SI PRO PARTE.

§.VERSVM. Non uidetur uersum, si non durat uersum.

§ SI DOMINI. Si pater, uel dominus soluit debitũ, non uidetur in rem eius uersum, & si pater uel dominꝰ cedat, desinit uersum, secus si donet, nisi animo remunerandi.

§ IDEM QVAERIT. Euanescit actio de in rem uerso, si dominꝰ cedat seruo, & remanet actio de peculio, nec reconualescit, si posteà seruus cedat, &c.

§ IDEM TRACTAT. Si filius unà cum patre correus soluat, uidetur in rẽ patris uertere, quatenus de pecunia ad patrem peruenit.

LEX XIII.

SI IN REM. Eo casu quo unus ex socijs potest pro peculio, quod est apud alterum, actione de peculio conueniri, eo casu potest conueniri, pro eo quod in rem alterius uersum est, si cessat actio de peculio, &c.

LEX XV.

SI FILIVSFA. Filius cõstituendo non dicitur in rem patris uertere, nisi soluat.

LEX XVI.

a QVIDAM.[a] Qui agit actione de peculio, cõsequitur quod superest, deducto eo quod domino debet: sed qui agit de in rem uerso, cõsequitur q̃ superest in eo quod dominus dedit pro re.

ADDITIO.

a *Quidam.Bar.l.ſi cũ dotem.§.ſi.in fi.ſ.fol.mat.Bal.l.in rebus. C. de iu.dot.*

LEX XVII.

SI SERVVS. Ad hanc actionem sufficit negotium utiliter cœptum, sicut in hac actione mandati, negotiorum gestorum.

§ CVM Sticho. De eo qđ datur uicario, si in rẽ domini uertatur, agit hac actione, ſm eius naturã. Si uerò in peculium ordinarij sit conuersum, respectu ordinarij habet hãc naturã, respectu domini naturã actiõis de peculio.

LEX XVIII.

QVAMVIS. Actio de in rẽ uerso cõpetit ei qui principaliter contrahit, ut in rem domini uertatur.

FILIVSFA. Si filius emit rem sibi necessariã, & ex tũc ipsam rẽ pater in ipsius filij funus cõuertit, in rẽ eius uersa uidet. Idẽ in actione de peculio uenit, qđ in rem est uersum, & sic post annũ hæc actio est necessaria. h.d. Primò ponit duo dicta Neratij usq̃ ibi At quin, ibi Paulus reprehendit Neratium in primo dictõ, ostendens ex die emptionis, nõ ex die funeris uideri in rẽ uersum, usq̃ ibi, funꝰ enim. ibi Iurisc̃ſ.ſm gl. ponit unũ dictũ, p̃ qđ respõdet tactæ obiectioni, scilicet q̃ in funerãdo nõ desinit uersum, uel pone casum in quo dictũ Neratij posset esse uerũ, ſm aliam lect. usq̃ ibi, factus. ibi respõdet notatis in secũdo dicto, dices, hoc casu actionẽ de peculio posse habere locũ, licet res desierit extare absq̃ dolo. Vltimò no.q̃ omnes istæ formulæ, ſ. de exercitoria & inſtitoria, de peculio, & similes, sunt adiectiua non principalia nomina actionum, ut hic in fi. quæ tamen adiectio est necessaria, &c.

LEX XX.

PATER PRO Filia. Si filia mutuum in alimenta cõuertit, tenetur pater de in rem uerso, si onus alimentorum ad patrem spectabat. h.d. istud prin. & l.ult.

§ SERVVS. Promissio tutoris nõ tollit actionem de in rem uerso contra pupillum. h.d.

Sequitur rub.q̃ iussu. in qua nihil scribo,* sed procedo ad librum sequentem.

* *Scribo. De quo hoc in ſumma habeto, q̃ ſi, filius, iuſſu patris contraxerit, aduersus patrem actio competit: l.ſi uerò. §. ſi quis. ff. mand. Etiam aduersus filium ſui iuris effectum: l.ij. ff. quod cum eo. l. Con. B.*

DIGESTORVM, SIVE
PANDECTARVM. LIB. XVI.

a *Ad senatusconsultum Velleianum.*[a] *Tit. I.*

ADDITIO.

a POMA. Velleianū.Ro.sing.cccxxv.Alex.l.in repudianda.ff.de acq.hær.

LEX I.

VELLEIANO. Per Velleianum mulieribus intercedentibus paratur exceptio, & in ueterem debitorem restituitur,seu instituitur actio. h. d. cum sequen. in quibus iurisconsul. summauit totum tit. & ponit hic casus, in quibus hic tit. locum non habet,&c.

LEX II.

1 *Conciliorum ordo seu forma.*
2 *Ista uerba,in ciuilibus,non impediunt actionē,licet in criminalibus impediant ipso iure,sed inducunt exceptionē,an impediāt litis cōtestationem.*

ET PRIMO. Hic ponitur ordo, qualiter deuentum est ad hoc senatusconsl. & eius uerba recitātur. & h.d. Mulieri intercedēti paratur exceptio per senatusc̄os.
1 Velleia.cuius uerba hic referuntur.† Et no. hic modum & ordinem in consilio. Primò enim fuit proposita quæstio,secundò consulitur super ea,tertiò fit reformatio, & ita fiant hodie reformationes. De quo dixi in l.ij.C.de decur. & in l.
2 omnes populi.s̄.de iust.& iur.Item no.q̄ †ista uerba, ne actio petitioue detur,non impediunt actionem ipso iure, sed exceptionē inducūt.l.j.s̄.ad Maced.& in l.j.§.j. ad Treb. & ibi dixi. quod est uerum in ciuilibus,in criminalibus impediunt ipso iure.l.j.§.fin.s̄.de alea.item dicunt quidam,q̄ propter ista uerba, actio &c.quòd talis exceptio impedit litem cōtestari.Gul.l.elegāter.§.si quis post.s̄.de cōd.ind.&c.

1 §. VERBA. †No.q̄ prouisio facta fauore alicuius, perditur propter dolum eius.l.j.& ij.C.si minor se ma.dixe.& l.auxilium.s̄.de mino. Quod no.quia potest ualere ad multa,&c.

§. OMNIS. Verbū, intercedere, comprehēdit omnem obligationem omnino,quam quis pro alio suscipit.

LEX IIII.

1 *Sciri debet id quod est causa exceptionis, ad hoc ut creditor teneatur exceptione.*
2 *Contrahens cum minore, uel muliere, non iuuatur quando scit eorum conditionem.*
3 *Intercedens pro aliquo,quando ipse,uel principalis primo conueniatur.*

SED SI EGO. Mulier intercedendo, Velleiano iuuatur,si creditor intercessionē sciuerit,secus si ignorauerit. Item mulier soluens,uel donans non iuuat.h.d. quam legē no.quia limitat multū uerba senatusc̄. No.ad
1 hoc† ut creditor teneat exceptiōe, oportet q̄ ipse sciuerit id quod est causa exceptionis. Opp. minor iuuatur propter ætatem, nec est necesse q̄ ille qui cōtrahit cum minore, sciuerit eū esse minorē, quod patet, quia beneficiū restitutionis in integrū, est scriptū in rem,& datur p̄ eū, qui omnino
a ignorauit.[a] l.in causæ.§.fi.de mino.† Sol. Q̄ñq̄ lex prouidet
2 alicui in odiū alterius tūc est necesse, q̄ ille qui p̄hit,sciat id q̄ est causa odij sui,ut in Macedoniano.l.iij.in prin. cōiuncta.l.in causæ.§.interdū.s̄.de min.Q̄ñq̄ lex prouidet alicui fauore personæ super certo p̄ctu,& tūc est necesse q̄ ille,in cuius præiudiciū uertit̄ ,puisio ista,sciuerit istū p̄ctum, ut hic, & l.si mulier.j.e.nisi sciuerit creditor illā mulierē intercedere,cessat Velleianum.Et ista sunt utilia ad multa statuta. Po
b ne,unum statutū [b] est hic,q̄† si aliquis ciuis intercessi pro forensi,debeat primò principalis discuti,nō obstantibus
3 aliquibus renunciationibus factis in instrumentis. Certe[a] ciuis non habebit istam exceptionē,nisi probauerit creditorem sciuisse intercedere istum quod no.

ADDITIO.

a *Ignorauit.l.j.& ibi glos.& Bal.ad fi.C.eo.q. ex eo q. pecunia peruenit ad mulierem,præsumitur probata ipsa principalis, nisi probetur fraus, quæ ex præordinatione præsumatur.& ita intelligit gl.l.ij.in uer.datiões.s̄.eo.*
b *Statutum.Et ista sunt utilia ad multa statuta,si statutū uult fieri excussionem in bonis principalis,nō obstante etiā aliqua renunciatione facta, non habebit locum,si creditor ignorauit intercessionem,& adde no.hic per gl. magnam,uide Bal.l.quæ dotis.fol.mat.& quæ no.in l.eū quid.si cer.pet.*

LEX VI.

SI FIDEIVSSORES. Mulier si fideiubet, uel aliū fideiubere mādat,iuuatur,Velleiano, si recipiens hoc sciuerit.h.d.cū l.seq.quanquā.No.q̄ in facto proprio, non est tolerabilis ignorantia. No. q̄ mandatum inutile, non impedit actionem neg.gest.&c.

LEX VIII.

QVAMVIS. Liberatio pignoris non est intercessio.hoc dicit.

§. SI MVLIER. Si mulier alicui promittit indēnitatē, non est intercessio.Quod dic plenè.l.tutor.j.eo.

a §. SI MVLIER.[a] Mulier iuuatur Velleiano, aduersus primum creditorē,& aduersus eū,cui est delegata,licet Marcellus aliter distinxerit.h.d.no.glos.mag.quæ non tendit,nisi ad positionem casus.& opi.Iul.est uera,&c.

ADDITIO.

a *Mulier.Bal.l.si mater.C.e.hic alleg.in gl.& per ea quæ ibi,& hic habentur.dicit Bal.q. si mulier promittit alicui debitori sibi soluere,id quod ipse debet alteri,nunquā habet locū senatusconsl.Bal.l.ij.C.de execut.rei iud.*

a §. INTERDVM.[a] Mulier intercedens, siue soluat, siue deleget debitorem,repetit, si alium deleget, exceptione iuuabitur.

ADDITIO.

a *Interdum.Bal.l.si unus.§.pactus.s̄.de pac.*

§. QVOTIES.[a] Hic loquitur de alio remedio Iurisconsulti,& dicit mulierē excluſa, actio restituitur in ueterē debitorem,licet liberatus sit contemplatione obligationis suscipiendæ per mulierem,&c.

ADDITIO.

a *Quoties.no.q. si te debitorem libero per acceptilationem cum hoc, q. tu scias q. Berta te intercedat,licet Berta intercedat,tamen acceptilatio nō ualet,& debitor obligatus remanet.Bal.l.j.C.e.*

§. SI CONVENERIT. Paria sunt, nullum dare ex p̄missorem,uel mulierem.

a §. MARCELLVS.[a] Acceptilatio facta mulieri tutę uel Velleiano, non liberat debitorem,sicut nec solutio, nisi sic soluerit, quòd repetere nequeat,&c.

ADDITIO.

a *Marcellus.Bal.l.iiij.C.e.Quid autem si mulier soluisset,uide j.eo.l.pen.*

§. QVANQVAM. Mulieri subductæ actio restituitur in omnes, qui per eius obligationem fuerunt liberati, non autem omnibus.

§. SI MVLIERI. Si creditor succedit mulieri,nihilominus actio restituitur in ueterem debitorem, sed si mulier debitori,non est restitutio necessaria.

a §. SI CVM Essem. Muliere ab initio cum alio contrahente,actio restituitur in ueterem debitorem.

§. ILLVD.[a] Muliere subducta, actio restituitur in eum, q̄ ab initio non potuit obligari ipso iure,uel in effectu.

ADDITIO.

a *Illud.no.ergo q. mulier ipso iure non obligatur.Et ita debet intelligi gl. & ibi per doct.l.j.C.de repu.quæ fiunt, in iu.uide in auth.si qua.C.eo.& in l. antiquæ.§.ne autem.C.eo.*

LEX X.

HAE ACTIONES. Restitutoriæ actiones,& institoriæ dantur contra hæredem,& in hæredem.

LEX

LEX XI.

a SI MVLIER.[a] Mulier non habet Velleianū, si creditor ignorauerit eam intercedere.

ADDITIO.

a *Si mulier.no.tamen ad intellectum,q. licet mulier in contractu se principaliter obliget,si maritus fideiubet, præsumitur color quæsitus,& mulier nō obligatur,Bal.auth.si qua.C.eo.nisi probetur pecuniam expensam in utilitatem mulieris. & ibi etiā ude quid si maritus & uxor se principaliter obligant,in eodē instrumento,an ualeat?Et ibi etiam quærit an maritus possit se obligare pro uxore. & tenet q.sic.Ale.Bal.cons.ccxix.ij.li. & cons. viij.iij.li. & quando mulier cōfitetur pecuniā uersam in suam utilitatē, an sibi præiudicet,& quando possit se,& sua obligare,Cast.cons.ccxix.*

LEX XIII.

ALIQVANDO. Si obligatio in effectu spectat ad mulierē, licet sit intercessio. Velleiano non iuuatur.

§. DE PIGNORIBVS. Nouatio quæ in effectu non ualet,non permittit ius pignoris.

§. SI SVB CONDITIONE. Frustra expectat̄ conditio,cuius euentus nihil operatur.

LEX XIIII.

SI MVLIER. Muliere sub ducta restituitur actio in ueterem debitorem,& eius fideiussorem.

LEX XV.

SI MVLIERI. Si mulier promittit alium ratū habiturum,quod ipsa gesit,non iuuatur Velleiano.

LEX XVI.

SI MVLIER. Mulier non iuuatur Velleiano, si debitor sibi soluit quod promisit.

a §. SI AB EA.[a] Mulier & fideiussor eius Velleiano iuuantur,& in primum debitorē actio restituitur.

ADDITIO.

a *Ea.Bal.l.j.C.eo. q. si fideiussor pro me rogatus intercedat,tamen exceptio huius senatusc̄on.competit sibi.*

LEX XVII.

VIR VXORI. Non sufficit creditori credere mulierem in rem suam intercedere.q̄ñ pro alio promittit, nisi diligentius perquisiuerit.

1 *Dos non potest solui mulieri constante matrimonio.*

§. SI MVLIER. Si mulier consentienti obligationi rei sibi obligatæ pecunia soluitur, Velleiano non iuuatur,aliàs secus. Q. no.per istum §.dicebat Iac.de Aret.
1 q̄† si dos soluitur mulieri cōstante matrimonio, maritus liberatur.Cy.l.j.C.si dos constan.mat.sol.fuc.cont.tamē est ueritas,quia ei nō potest solui, nisi ex causa.l.mutuus.§.manente.j.de iure.dot.& j.sol.ma.l.quamuis.& est expressum. j.de iure dot.l.fin.no.per.gl.j.sol.mat.l.ij.circa fi. gl. ij. Non ob.iste §.quia debet intelligi,q̄ hic soluebatur mulieri iam soluto matrimonio, uel si constante,intellige in casibus p̄missis.Opp.l.etiā.& l.iubemus.C.eo.Sol.& hæc uera, quia aliud est in liberando pignus,quod potest mulier,ut in cōtrarijs.Aliud est consentire, q̄ alij obligetur,& istud nō potest,quia est intercessio,ut hic,&c.

§. MVLIER. Si mulier cum alio mutuū,ut duo rei accipiunt,in causam necessariam, Velleiano non iuuatur, sed in causam uoluntariā eatenus iuuatur. quatenus
1 ad alium pecunia peruenerit. Inducitur ad q.per glo.† an duo rei uideantur inuicē fideiubere.Et gl. ponit hic totam q.disputatam,& doct. l.j.C. de duob. reis. Dixi in l. reos.in prin.de duo.reis.

LEX XIX.

TVTOR PVPILLI. Si mulier alicui propria obligatione indemnitatē promisit, intercedere non uidetur,secus si pro obligatione alterius.

Bar.super ff.uet.

§. CVM HABERES. Debitor delegatus,muliere intercedente antequā soluat, tutus est Velleiano, & si agat exceptione Velleiani repellitur. Gl. reuocat in dubium,quod sit uerius dictum,uel Aphricani, uel Iul.& breuiter distingue,ut in gl. &c.

LEX XXI.

SI PRO ALIQVO. Mulier si intercedit in rem suā animo nouandi,non iuuatur Velleiano,&c.

LEX XXII.

a SI MVLIERI.[a] Mulier quæ ex intercessione non dānificatur,Velleiano non iuuatur.

ADDITIO.

a *Mulieri. Sed quid si mulieri promissum est de indemnitate,uel ei data sunt pignora?Dic q. non tenetur,sed iuuatur.j.e.l.quidā Bal.l.j.C.e.tit.*

LEX XXIII.

a SI MVLIER.[a] Mulier quæ scienter uerū non respondet,Velleiano non iuuatur, secus si ignoranter,&c.

ADDITIO.

a *Mulier.Bal.l.j.C.eo.quem alle.ca.& ibi per eum.*

LEX XXIIII.

DEBITRIX. Ista lex dicit idem quod l.si mulieri.s̄.e. & aduerte,quia ratio tex. declarata per gl.non uidetur bona, quia si uerè intercessisset, nō esset liberata à debito,& sic damnificari non potuerit,&c.

§. SI SENATVSCONSVLTI. Per senatusconsl.actio statim restituit̄ in pristinum debitorem in eo statu,in quo erat.

LEX XXV.

SI DOMINA. Iussus,non est intercessio,sed est fideiussio.

LEX XXVII.

BONA. Velleianum non præiudicat ei,qui nō putat mulierem intercedere.

§. CVM SERVI. Mulier contrahens cum seruo. Velleiano non iuuatur.

§. VXOR. Mulier quę intercedit rem suā, Velliano non iuuatur.

LEX XXVIII.

SEIA. Verba enunciatiua à testatore prolata,creditoribus non præiudicant.

§. FVNDVM. Mulier quæ rem suam obligat, ut pecuniam pro alio soluat, iuuatur Velleiano aduersus creditorem scientem.

LEX XXIX.

a QVIDAM.[a] Mulier intercedēs iuuatur Velleiano,& actio restituit̄ in principalē debitorem & pignora.

ADDITIO.

a *Quidam.No.istum tex.no.ad limitationem l.si mulieri.s̄.e.& ibi dixi.& est tex.no.secundum Bal.l.j.C.eo.*

LEX XXX.

a SI DECIPIENDI.[a] Mulier decipiens non iuuatur Velleiano.

ADDITIO.

a *Decipiēdi. Quō probetur q. mulier uoluerit decipere. Bar.l.fœminis.C.e.*

LEX XXXI.

a SI MVLIER.[a] Adeundo non uidetur quis intercedere,nisi fraus creditoris intercesserit

ADDITIO.

a *Mulier.Bal.l.j.C.eo.*

LEX XXXII.

SI MVLIER. Velleianum prodest aduersus eum, cũ quo contraxit mulier & successori eius, ad rem & ad fructus, &c.

ITEM SI MVLIER. Si mulier uendidit fundum pro alio, iuuatur Velleiano. Opp. C.eo. l. senatus. in fi. Sol. ibi nec marit⁹ emit, nec aliũ interponit, sed mulier ipsa emptores inuenit, subaudi, & donauit, & pecunia nõ interceſsit. hic autẽ fuit color quæsitus, uel â creditore, uel â marito credito sciẽte, ita dicebat la. Opp. d. l. quamuis. §. planè. s̃. eo. fol. ibi uoluit delegare, hic intercedere. sed quare secus? R⁹. dicit Ia. q̃ non est ratio quæ est ꝑ. prox. §. & ideò dic q̃ hic fuit color quæsitus, & ita quidã habent hic gl. &c.

SI MVLIER. Si alius mandato mulieris intercedit, exceptioni Velleiani est locus, si creditor hoc sciuerit, aliàs secus. Vnde uide quandã gl. quæ inci. quid si, &c. Sed quæro cùm tunc ignorãtia esset in facto proprio. l. sed si ego. s̃. eo. Dic q̃ ex aliqua iusta causa credebat eam intercedere in rem suam, ut ih gl. & quidã habent in glo. & uide q̃ debeat iuuari. l. si Titius. ĵ. de fideiuſſ. & s̃. eo. l. si decipiendi. Sed dic, q̃ ibi fuit color quæsitus, hic non, &c.

z *Velleiani renunciatio facta per mulierem, an ualeat.*

a SI MVLIER. Si mulier in iudicio exceptiõi Velleiani[a] renunciat, Velleiano nõ iuuatur. † No. q̃ exceptio
x Velleiani potest renunciari, ut obseruat cõsuetudo, tamen in contrarium est ueritas, beneficium enim Velleiani est inductũ propter fragilitatem sexus muliebris. l. ij. s̃. e. Nam eo ipso q̃ renunciat, decipitur, l. interdum. s̃. de minor. & l. iubemus. C. eo. ad quod l. doli. §. diuersum. ĵ. de no. doc. l. fi. C. eo. Non ob. hæc lex, quia speciale est in renunciatione facta in iudicio, hic enim renũciauit in iudicio, & ex post facto.

ADDITIO.

2 Sumptus litis qui promisit reficere qui fierent in re,an intelligatur,siue detur circa rem,siue circa possessionem.

a RATIO. a Aliàs,L.datio.non uidetur tradita possessio,quæ auocari non potest.& similiter tendit ad declarationem primi cap.si res uendita non tradatur.
1 No.† q, si fundus euincitur iure possessionis,nõ potest agi
b de euictiõe, b siue agaẽ actiõe ex empto,siue ex stipulatiõe de euictione,sed debet agi ex empto, quasi re non tradita. Opp.gl.de l.Iulianus.§.possessionẽ.ℨ.eo. Dic ut in gl.ibi,& propter prædicta semper apponitur in instrumẽtis,q, promittitur duplũ nomine euictionis,siue euincatur iure possessiõis,siue iure proprietatis.Sed quæro,pone quod ego
2 † promisi tibi reficere sumptus c litis, qui fierent in illa re,
c an intelligatur de lite circa possessionẽ,an de lite circa proprietatem? Gl.l.uenditores. ℨ.de uerb.ob.dicit q, in dubio intelligitur circa proprietatem,non de lite circa possessiõnem, d dic ut ibi dixi,&c.

ADDITIO.

a Ratio.Quid autẽ si emptor expulsus agat interdicto unde ui,uel rei uendicatione,& succumbit,an agat de euictione,Bal.post gl.l.fi.ℨ.eo.

b Euictione.Bal.l.j.de per.& cõ.rei uend.adde quod si suspicatus est se posse repelli,an aget de euictio.Ang.cons.clxxvij.

c Sumptus.Bal.l.j.C.de peri.& cõ.rei uẽd.Raph.hic simpliciter trãsit cũ Bar.

d Possessionem.Cont.Bar.d.l.uenditores.Bar.& Moder.l.stipulatio ista.§.si quis fortè.de uer.ob.& gl.de hoc in l.uenditores.licet Bar.ibi eam reprobet, & sic uideatur tenere cõt.Sed illam gl.& doctri.Bar.hic sequitur Bal. & Sal.l.j.in fi.C.de peri.& com.rei uend.sed multùm ob.contra hanc doctri.Bar.tex.d.§.si quis fortè.ubi si promitto tibi habere licere talem rem à me tibi uenditam.& moueo tibi controuersiam,etiam in sola possessione rei,committitur stipulatio ad interesse,uel ad pœnam,sed respondetur ibi per mod.adde dictis Bar.Bal.cons.iij.ij.lib.

Bar.super ff.uet.

1 Stipulatur fundum tradi,intelligitur,scilicet,uacuum & à nemine detentum uel possessum.
2 Restituere qui debet castrum,non dicitur restituere uacuum,si in eo facit fortilitium,licet in solo proprio.
3 Vacuam possessionem tradi,in stipulatione non ueniunt fructus.

§. SI EMPTOR. In stipulatione, uacuam possessionem tradi,non ueniunt fructus à tẽpore moræ, sed ue-
1 niunt in actione ex empto.No.q, qui † stipulatur fundum tradi,intelligit,s.uacuũ, & à nemine detentũ, uel pos-
2 sessum,& sic facit ad q.In † capitulis pacis,pmisit una pars alij restituere quoddam castrum,in illo castro detentator facit quoddam fortilitium in suo territorio proprio,deinde dicit alteri,uenias & habeas tibi castrum, sed ego uolo mihi retinere fortilitium,certè non potest hoc dicere,quia
a debet restituere uacuam possessionẽ. a Sed non dicitur re-
b stituere b uacuam possessionẽ,si tenet sibi fortilitiũ, ut hic,
3 & eẋ.de restit.spo.c.pisanis.Secundò no. † q, in stipulatione,uacuam possessionem tradi,fructus nõ ueniunt. Opp.
c l.si stipulatus. c in prin.ℨ.de usur.Sol.Ibi duo dixit,s.rẽ dari, & uacuam possessionem tradi,hic unum tantùm.Opp.l.si fundum.ℨ.de uer.ob.Sol.gl.optimè,ibi uenit interesse,non fructus.Intellige in stipulatione,fundum tradi,uenit interesse à tempore moræ,nõ fructus tanquã interesse, l.contra-
d ria,& est differentia,quia quando fructus ueniunt d ut fructus,petiẽ quicquid est perceptũ. Fortè est quidã rusticus, qui optimè laborauit,& multos fructus collegit,ego autẽ percepissem pauciores,unde si peto fructus,ut fructus, ueniũt omnes,si ut interesse,ueniũt quatenus interest mea. De quo uide in l.uideamus.§.si actionẽ.ℨ.de usur. Opp.gl.l.in cõuentionalib.in fi.ℨ.de uer.ob.Sol.ut in gl. Item opp.l.uideamus.§.si in actionem.ℨ.de usur.Sol.hic,ante lit.cõte.&c.

ADDITIO.

a Possessionem.Imo. Ang.& Mod.l.in conuentionalibus. §.si quis uacuam. de uerb.ob.

b Restituere.Bar.l.si.C.de pac.inter emp.Ro.cons.ccccliij.

c L.si stipulatus.Adde Bal.in l.fructus.C.eod.

d Veniunt.Bald.l.si traditio.x. q.C.eo.& Bar.l.si filius.de uer.ob. & in d.§. si actionem.

§. SI ITER. In incorporalib. patientia est pro traditione.h.d.& uenit ad declarationem primi capitis,&c.

1 Aestimatio quanti plurimi à quo tempore ueniat.
2 Locus utilior actori à tempore moræ inspicitur.

§. SI PER VENDITOREM. Venditor teneẽ quãti plurimi res fuerit à tempore moræ.Item quo loco plu-
rimi fuerit,idem ecõuerso,si emptor fuerit in mora.h.
d.& uenit ad declarationẽ primi capitis,si res uendita non
1 traditur.Opp.q, † æstimatio quãti plurimi fuit,uenit à tem
pore moræ,non à tẽpore quanti plurimi fuit,ℨ.si cer. pet.l.
a uinum. a Sol.intelligas hic,q, uenit,s.tradẽdum. Vel dicas, uenit,i.uenditũ est,uel pone, q, tunc incœpit esse in mora. Debebat enim statim tradere,& nõ tradidit,& sic à tpe moræ habetur ratio.Qualiter autẽ super hoc debet formari libellus,no.in l.uinum. ℨ.si cer.pe. & ibi dixi. Opp.l.fructus. ℨ.de rei uend.Sol.ibi loquitur in actione reali,hic de personali.Not.ex isto uer.& quo loco,q, in libello nõ debeo inferre locum:sed sufficit q, petam te condemnari ad soluen-
2 dum,&c.Inspicitur † autem locus utilior actori b à tempo-
b re moræ.Similem uidisti in d.l.uinum.ℨ.si cer.pe.& l.fi.ℨ.de trit.No.tu iuuenis argui de tempore ad locum,&c.

ADDITIO.

a Vinum.Bar.l.ij.in prin.ff.si cer.pet.in l.j.& ibi Bal.in quarta opp. de senten.quæ pro eo quod interest.et alleg.iste §.q, dictio.denotat semper actionem.Ita probatur in hoc tex.iuncta gl.in uer.nam quod à Brundusio.l. & item.ff.de censitis.l.si ex duobus.in prin.de uer.ob.et in c.statutũ.de præb. in sexto.& no.Spec.& Io.And.tit.de curat.§.uiso.uer. item notat. & Cy. & Bal.l.j.ff.si quis cautionib.& Bal.l.caligato.C.de nup.& doct.c.frequens.de rest.spol.in sexto.& in terminis ponit Imo.l.si ex duob.in prin. de uerb.ob.

b POMA.Actori.Qualiter autem dicatur in mora,ponit gl.j.& Alex. cõs. cix.in fi.uol.v.

§. QVOD SI. Hic ponitur casus ecõuerso. No.de mora creditoris,de quo plenè dixi,l.in hac.in fi.ff.de tritic.

LEX IIII.

a SI SERVVM.[a] Antequàm res euincatur,non potest agi de euictione, sed ex empto, propter qualitatem â sciente celatam.Et sic uenit ad declarationem secundi capitis positi ff.eod.l.j.§.j.Simile in l.tenetur. §.fi.& l.seruus quem.§.fi.ff.eo.tit.

ADDITIO.

a P.PAV.P.*Seruum.Cæp.caut.lxxxvj.*

§. SI MODVS. Quod deficit in mensura, æstimatur respectu quantitatis mensuræ,non respectu bonitatis loci,quia quod non est,non habet bonitatem, nec malitiam,& hoc uenit ad declarationẽ tertij capitis positi in l.ij.in prin.ff.eo.tit.&c.

LEX V.

1 *Condemnatus ad locandum ex compromisso pœnali,si locat,& deindè locationi contraueniat,an ab alia obligatione prima sit liberatus.*

a SI HAERES.[a] Si uenditio fiat ex necessitate præcedentis actionis, actio ex eo cõtractu competit cum effectu,nisi per errorẽ facta fuerit.Quæro,aliquis † uigore cuiusdam[b] cõpromissi,in quo erat magna pœna,damnatus & grauatus fuit locare quendam fundũ,quem locauit,& in cõtractu locationis nulla fuit pœna apposita, uel modica,posteà uenit contra locationẽ,quærit utrũ possit agi ad pœnã in cõpromisso appositã,an uerò ab alia obligatione sit liberatus eo ipso quod locauit.Et quod possit agi,& nõ sit liberatus,uidetur casus hic,cp licet uendat,nõ est liberatus.ff.de arb.l.inter castellianum.sed in cont.est.l. in numerationibus.in fin.ff.de sol. Ad istam l.& similes,respõde ut dixi in l.si fideiussor.§.fi.de leg.j.& istam q.habui de facto in ciuitate nostra,&c.

ADDITIO.

a P.PAV.P.*Hæres.Fran.Are.cons.vj.Bal.l.fi.in iij. opp.de contrahen.emp. uer.quæro,aliquis uigore,&c.per istum tex.decidit Bal.q.in l.fi.C.de pac. inter emp.quid si tibi promisi uendere sub pœna, & uendidi, sed non tradidi,an incidam in pœnam? & uide ibi,& determinat q, non.Adde quid si promisi uendere,si habuero licentiam à tali,intra tantũ temporis, & medio tempore alij uendam,an incidam in pœnam?Bal.cons.cccx.cum duob. seq.ij.lib.*

b POMA.*Cuiusdam.Cast.cons.cxv.Ang.cons.xxxiiij.& cons.xij.Aret. cõs. vj.& cons.l.& cons.cc.*

LEX VI.

TENETVR. Ista l. uenit ad declarationem tertij capit.&c.

§. SI VENDIDI. Actio descendens ex cõtractu,competit ad ea quæ uenium in pacto incontinenti apposito.In hoc §.potes accipere quartum caput actionis ex eo contractu,quod deueniat pactum incontinenti appositum.simile ff.§.prox.

§. SI LOCVM. Tenetur uenditor, si rem faciat deteriorem,antequàm tradat.Et sic possit esse quintum caput,ad quod ista actio datur,scilicet,si res facto uenditoris efficiatur deterior.

§. SI VAS. Quod dictum est de modo agri, idem debet intelligi de mensura & pondere uasis,&c.

§. SED SI VAS. In locatione uel uenditione uasis, in dubio intelligitur,ut incorruptum præstetur. Opp. ff.commo.l.in rebus.§.item qui sciens.Sol.aliud in cõmodato,cp fit gratia recipiẽtis tantùm, aliud in empto,uel
a locato,quod fit gratia utriusq;. Quæro,ad qd teneat[a] iste qui dedit uas uitiosum,si fuit ignorans ? ℞. quanti minoris empturus fuisset emptor,l.Iul.in prin.ff.eo. Ita dicit glo. parua,quæ uidetur additio, contra istam additionem uidetur,ff.locat.l.sed addes.§.j. ubi tenetur etiam ignorãs ad interesse totale,&tex.hic in fi.dicit hoc idem in locato,cp in re uendita,& sm hoc esset speciale in uase uendito,uel locato,ut teneatur uenditor de euictione ipsius, etiam si fuerit ignorans, quod nõ est in aliis qualitatib. l.j.§.j. ff.eo.& l.si seruum.in prin.de quo dixi in l.in reb.§.item qui sciens.Dicam ff.eo.l.Iul.in prin.Et sm prædicta, iste §.uenit ad declarationẽ ij.capitis in actione ex empto positi.ff.eo.l.ij.&c.

ADDITIO.

a *Teneatur.Bar.l.j.de senten.quæ pro eo quod interest.*

§. SI TIBI. Si res euincitur facto emptoris,de euictione nõ agitur,secus si facto uẽditoris. Et est sextũ caput huius actionis,f.si res euincatur.Posset etiã dici,cp contineatur sub primo,f.si res non tradatur.

§. SI FILIVSF. Ex hoc contractu tenetur filiusf. sicut paterfa.Et hoc est in omnibus cõtractib. præterquàm in uoto & in matrimonio,&c.

§. SI DOLO. In hoc contractu uidetur tacitè permitti dolum malum abesse.Vel aliter,Dolus in hoc cõtractu cõmissus,per actionẽ ex eo cõtractu purgatur.Possumus dicere, cp ista est sexta clausula generalis, scilicet,cp dolus malus absit,nam secunda,f.si qualitas rei celetur,bene comprehenditur sub ista,sed de illa specialiter est cautum.ff.j.§.j.ff.eo.tit.

a §. SI CVM.[a] Pactum, ne quis de euictione teneatur, non prodest ei,qui scivit causam, ex qua re euinceret, & tacuit.Istum §.intelligas,si uẽditio est facta ignoranti,secus si scienti.l.j.in fi.ff.eo. Et istum §.intelligas, quod re euicta non deber agi de euictione, quia tunc obstat exceptio pacti,quo cautum est,ne eo nomine teneatur,sed debet agi actione ex empto,ex clausula doli,quia sciebat seruum alienum,& tacuit.l.seruus quem.in fi.ff.eo.&c.

ADDITIO.

a *Cum.Bal.l.j.ij.q.C.de peric.& comm.rei uend. & l.si traditio. v.q. ubi limitat dictum Bar.hic,C.eo.*

LEX VII.

1 *Mendacium circa substantiam personæ non inducit actionem empti, nisi actoris incipiat interesse.*
2 *Attributum uni,alteri acquiritur cum omnibus conditionibus cohærentibus personæ nominatæ.*
4 *Emphyteusim si accipio pro Titio & hæredibus suis,usq; ad tertiam generationem,si Titius non habuit ratum,remanet apud me,& finitur per generationem Titij,non me accipientis.*
5 *Legatum factum in testamento nullo,post mortem hæredis institui sine liberis,licet hæres non habeat hæreditatem,nõ debebitur:nisi existente conditione in persona nominati.*

a FVNDVM.[a] † Mendacium circa substantiam perso-
1 næ nõ inducit hanc actionem, nisi emptoris incipiat
2 interesse.Vel aliter,si quod † attribuitur uni, alteri acquiritur,intelligitur cũ omnib.cõditionibus personæ nominatæ cohærentibus.h.d.Et ista l.potest cõtineri sub clausula doli uniuersalis,de qua l.prox.dicit enim alterius esse usumfructum quam esset, & sic cõmisit dolum, & sic tene-
b tur ad interesse.Notabilia collige[b] ex summario.Et istam l.induco ad arg.in multas qõ.Vos habetis in l.si absentis.
3 C.si cer.pet. † cp si ego cõtraho noie alterius,
& ille ratũ non habet,acquiritur mihi ẽnti. ** *Contrahenti.*
l.si pupilli.§.si Titij seruũ.de neg.gest.cp debet intelligi,cp acquiritur mihi,sub omnibus cõditionib[b] & qualitatibus,quæ cohærent,si per-
4 sonæ noiatæ quæsitũ esset.Verbi gratia, † ac-
c cepi fundum in emphyteusim[c] pro Titio,& suis descendentibus usq; ad tertiã generationem,& pro eo solui pecuniam.Titius nõ habuit ratum, unde remanet apud me, per dictam.l.si absentis. Certè ista emphyteusis finietur,finita ista tertia generatione nomina
ti Titij, non finita mea,peristam l.& cp statim dicam. Item
5 pone,† testator[d] in testamento nullo ex causa præteritio-
d nis reliquit mihi legatum,uel fideicõmissum post mortem hæredis instituti sine liberis,hæres institutus nõ habet hæreditatẽ,quia testamentũ est nullum quò ad hæredis institutionem,sed legata & fideicõmissa remanẽt ualida, auth. ex causa

Hoc non dicit d.l.absenti.neque sequens §. si Titij. Et contra Bar.facit l. si mihi & T.l. liber homo.ij. §.fi.de uer.ob. l.Conc.B.

ex causa.C.de lib.præt.Debebit ergo illud legatũ post mortem eius,qui habet hæreditatẽ,an post mortẽ noiati Titij in testamento,si decesserit sine liberis? Certe illud legatũ,uel fideicõmissum debebit,si conditio exiterit in persona nominati.ff.de leg.ij.l.peculium.§.fi.cp no.&c.

ADDITIO.

a *Fundum.Bar.l.si quis usumfructũ.de usufru.leg.quod allegat hic Cast. qui optimè declarat hanc l.*
b *Collige.Bar.l.si mihi & Titio.de uer.ob. Bald.l.multum. C.si quis alte.uel sibi.Spec.tit.de loca.§.nunc aliqua.uer.lxx.Alex.cõs.xxiij. uol.v.& xvij. in iiij.du.eo.uo.v.& xxij.co.j.& v.uo.*
c P.PAV.P.*Emphyteusim.Alex.cons.lxxiij.in j.uo.& cõs.xxij.co.j. eo.uo.*
d *Testator.Bal.l.multum.C.si quis alteri,uel sibi.*

LEX VIII.

SI TIBI LIBERVM. Si dolus re ipsa cõmittitur,nõ ex proposito,per hanc actionẽ purgatur.No,quia alleg atur ista l.multùm no.ibi,etiam,q.d.nõ solùm actione ex empto,&c.De materia cõdictionis incerti,habes plenè in l.sed & si me putem.§.cùm inter.ff.de condic.inde.Op
a po.quæ in præfationibus dicunt,[a] in sequentibus repetita esse intelligũtur.l.item quia.ff.de pac.Si igitur conuentum erat, cp traderet prædiũ seruum,in ipsa traditione uideretur repetitum,& sic non traditur liberum. Sol.Iste contra-
b ctus fuit[b] factus ex interuallo, seu ista conditio fuit facta ex interuallo,&c.ut ibi dixi.

ADDITIO.

a *Dicuntur.L.Item quia.§.idem Iul.ff.de pac.post Bar.ibi.tex.& Bar.l.cum plures.§.locator horrei.ff.loca.& Bar.l.pacta nouissima.C.de pac.qui intelligit illum tex.in §.locator.quando ex interuallo passus fuit locator inducimargaritas,quod tũc tenetur de perditione,nõ obstante q, ante locationẽ cõuenerat se nolle,qd inducer tur,& si inducer tur,se nolle teneri.*
b POMA.*Fuit.Fel.c.cum M.uer.circa quartam.de constit.*

LEX IX.

SI IS QVI. Emptor ut tollat rem uenditam, actione ex empto conuenitur.

LEX X.

1 *Actiones diuersæ eiusdem speciei,ad diuersa competentes,possunt simul in eodem libello cumulari.*
2 *Petitum non debitum inspici debet.*
3 *Quando quis diuidit actionem,potest cogi quod totũ reducat in unum.*

1 NON EST NOVVM. Duæ actiones † eiusdem
speciei,competẽtes eidem ad diuersa,possunt & debent simul in eodem libello cumulari. Opp.de act. & ob.l.si is qui.Sol.glo.in uer.mouere põt,mirabiliter.Hic sunt plures actiones eiusdem speciei,uel generis,ibi diuersarum specierum,ut puta ex testamẽto & stipulatu, & ideò debent in diuersis libellis proponi,quod no.Opp.dicitur hic,unam esse actionẽ,cont.imò sunt duæ, quia tollit una per aliam,l.generaliter.ff.de fideiuss.& l.si res.de duob.reis. Gl.dicit,fateor quod sunt duæ,&c.sed hic debent cumulari simul causa minuendarũ litium.Contra hoc opp.de tex. qui dicit,unã quidem actionẽ. ℞. duæ sunt in ueritate,sed una appellatur propter unam petitionẽ, seu propter unũ iudicium, ut ff. pro soc.l. cum duob.§.si plures. & ibi no.& fam.ercisc.l.hæredes.§.j.& ibi etiam no.Ex prædictis apparet,quod non procedit q.gl.posita in fin.gl. quam actionẽ debeat intentare.Et dicit gl.cp potest eligere quam uult.l.si mihi & tibi.in prin.ff.de leg.j.Hoc non est uerũ,quia utracp proponitur,ut dixi.Nec ob.l.si mihi & tibi.quia ibi per electionem unius,altera tollitur,siue consumitur, quod non
a est hic.Item quæro,quid si post[a] aditam hæreditatem uult mouere hæres unam actionem tantùm, nõ eas cumulare, an potest ℞.fic,nisi excipiatur,quia una & eadem actio po
2 test diuidi.Inspicitur † enim quid petat, non quid debeat, l.cùm quædam puella.§.fi.de iur.om.iud.procedit ergo iudicium,nisi excipiatur.l.si mancipium.§.j.de euict.& quod
b ibi no. Vltimò no.ex hac l.[b] mirabiliter, cp quando † quis
3 diuidit petitionem unius,potest sibi opponi & peti, quod totum reducat in uno iudicio,quod no.&c.

ADDITIO.

a *Post.L.edita.& ibi Bar.de eden.*
b L.*Bar.l.commodato.§.duabus.ff.cõmo.& sic habes hic cum ff.no.q, quando quis agit pluribus actionibus diuersis simul,tamen reo instante cogitur facere unum libellum,& unam instantiam de omnibus prædictis actionibus,illa instantia dicitur esse diuidua.Vnde si super una actione pronuncietur,omissis alijs,ualebit sententia,Bal.& Bar.l.scire debemus. de uer.ob. Secus tamen est,ubi tam instantia,quàm actio esset una,ut promisisti mihi centum,& illa à te petij,tunc sententia lata super parte,est ipso iure nulla. l.in hoc iudicio.ff.fam.ercisc.l.apud Celsum.§.item quæritur.de exceptio. can.c.cum inter uos.ex.de re iud.& uide per apostillam antiquorum hic, in tex.Bal.l.quæ tempore.in fi.C.de rest.milit.anno.quis cogatur instante reo cumulare duas actiones.*

LEX XI.

1 *Præstare,idem est quod tradere.*
2 *Obligatio qua tenetur uenditor ad rem,est participans,f.quod contineat partem dandi & partem faciendi.*
3 *Venditor tenetur de euictione eo ipso quod uendidit, & tradidit & precium est solutum.*
4 *Obligatio,qua tenetur emptor ad precium,quæ sit.*
5 *Emptor quare tenetur ad precium tradendum,non autem uẽditor ad rem tradendam.*
6 *Promissio dandi librum pro centum, non est uenditio, sed contractus innominatus.*
7 *Clausula,uendidit,dedit,& tradidit,apposita in cõtractu, quid importat.*

a EX EMPTO.[a] Iurisconsultus præmisit quædam circa naturam actionis ex empto & uendito, nuncordi
nariè incipit tractare de natura actionis ex empto,in omnibus capitibus suis,usq; ad l.Iulianus.§.ex uẽdito.ibi tractat de natura actionis ex uẽdito,usq; ad fi.l.posteà tractat q.extraordinarias circa materiã, & breuiter.h.d. Actio ex empto competit emptori ad præmissa,& ad ea quæ uenit ex natura cõtractus,hoc est res tractatur,& de euictio-
1 ne obligetur.† No.primum significatũ istius uerbi, præstare,quod est idem,quod tradere, l.si fundum. ff.de uerb.ob.
b Secũdò no.illud quod dicebam[b] in l.j.in prin. ff.eo. quod
2 obligatio qua tenetur uenditor ad rem tradendam,† parc tim sapit de natura[c] obligationis dandi,quia tenetur da-
d re,si est dominus.Idẽ si est uenditũ genus,ut ff.dicam.[d] Item sapit partim de natura obligationis faciendi, quia si non
3 est dominus,sufficit nuda traditio.† No.cp uenditor tenetur de euictione,eo ipso quod uẽdidit & tradidit, si tamen
e precium est sibi solutum.Vltimò[e] no.† cp obligatio,qua te-
4 netur emptor ad precium,est obligatio dandi, teneẽ enim nummos facere uenditoris.Quærit gl.quæ est ratio differentiæ.† cp emptor præcisè cogitur ad preciũ dandũ, non uenditor ad dandum rem? ℞.glo.no.cp emptor tenetur ad precium in genere,& sic tenetur facere accipientis, uẽditor uerò tenetur ad speciem.Optima ratio est, ex qua dico, cp
f si uenditor teneturin genere,[f] ut puta si uẽdidi tibi decem corbes frumenti in genere,uel decem libras auri in massa pro tanta pecunia,quod etiã tenetur uẽditor ad dandũ, magis ex qualitate obligationis,quia in genere, cõ ex na-
g tura cõtractus.gl.l.si domus.§.de euictio.[g] de leg.j. l.qui cõ cubinam.§.si hæres.ff.de leg.iij.Pro hoc l. steriles. §.cùm per uenditorem.ff.eo.ibi dandum & datum.quod uerbũ denotat translationem dominij.l.pe.ff.de cond.ob cau. Item ex
6 eo quod † per hãc l.dicitur,apparet cp[h] si ego promitterem
h tibi dare librum pro centũ,non esset uenditio,quia de natura uẽditionis nõ est cp uenditor obligetur ad dandum, sed esset contractus innominatus,do ut des.l.fi.ff.de cond.
i ob causam.[i] Et ideò illa uerba,uendidit, & tradidit, & dedit,quæ apponũtur in cõctibus, illud uerbũ dedit, impro-
7 prie ponit,† f. dedit,si ipse fuit dominus,aliàs dedit, & tradidit,idem important,quãdo opponuntur super contractu uenditionis.l.fi stipulatus.ff.de usur.&c.quod no.

ADDITIO.

a *Empto.Sunt sex quæ enumerantur in his legibus,quæ debet consequi emptor ex contractu emptionis, quæ declarat Bald.l. dolum. C. de peric. & com.rei uend.*

b Dicebam.Bar.l.qui concubinam.§.si hæres.de leg.iij.Et Adde quod etiam si expresse dictũ sit,promitto tradere in oblatione generis, importet domi nium,secus in oblatione speciei.gl.iuncto tex.in l.quod delegato.uer.dare, de leg.j.Et quid si quis promisit,an in dubio intelligatur dare,uel tradere? Dicit Bal.d.l.si à substituto.§.fi.hic allegato, q. in dubio intelligatur dare. Alle.tex.no.in l.si ita.§.j. de cõt.emp. Fallit nisi esset de natura contractus, ut ueniret traditio,secundũ to.l.stipulatus.ff.de usur.& hic adde Bar.l.si domus.§.de euictione.ff.de leg.j. & quæ ibi dixi.

c P.PAV.P.Natura.Soc.l.certi condictio.in prin.ff.si cer.pet. ubi habes etiam limitationem ad hoc.

d Dicam.Si autem est uendita species,non tenetur ad dandum,sed ad tradendum ipsam,solam possessionem.Et de hoc uide in l.si rem tradi. & in l.in conuentionalibus.de uer.ob.in §.j. & in l.si à substituto. §.j. & in l.si domus.§.de euictione.de leg.j.

e POMA.Vltimò.Et sic iura uidentur magis fauere uenditori,quàm emptori.Alex.cons.xcvij.in j.col.in iij.uol.

f P.PAV.P. Genere. Iaf.l.cùm mota.in j.col. de transf.in l.naturalis.§.j.in j. not.ff.de præsc.uerb.

g Euict.Et ibi dixi post Bar.

h Quod.De natura uenditionis,Bar.l.j.C.de re.permu.

i Causam.Ibi dum dicit,dedi tibi pecuniam,ui mihi Stichum dares, illa uerba,Stichum dares,si exponerentur,i.traderes,esset emptio,sed quia stant proprie,est contractus innominatus,eò quia est promissus dari Stichus in specie,secus si in genere.l.si qs testamẽto.§.fi.de leg.j.Bal.cõs.clxvij. iij.lib.

§. REDHIBITIONEM. Actio ex empto datur quãdoq; ut res uendita redhibeatur.

a §. SI QVIS VIRGINEM.[a] Si emptor errauit ĩ qualitate rei,uenditore sciente,quam si sciuisset, non emisset,hac actione agitur ad resoluendũ ꝯctum. No.q̃ actio ex contractu datur ad resoluendũ ꝯctum,quando emptor errauit in qualitate,quam si sciuisset,nõ emisset,&c.

ADDITIO.

a Virginem.in l.si diuortio.& in l.si id quod.de uer.ob.

1 Actio ex eo contractu,quando datur ad resoluendum contractum.

2 Condictio ob causam an habeat locum in contractibus nominatis.

§. IS QVI VINA. Hæc actio datur ad resoluendum ꝯctum,quãdo hoc est actum, & pro restitutione precij seu arrharũ,quo casu cõcurrit cum cõditione ob causam.No.† actionẽ ex contractu dari ad resoluendũ ꝯctum. Regulariter cõtra,l.uenditi.C.eo.Fallit quãdo hoc est actũ expresse,ut hic,uel tacitè,ſ.prox.§.quia ibi nõ erat emptus,aliàs si sciuisset corruptã. Ita soluit tex.l.sed Celsus. §.j. de cõt.emp.Item opp.quod hæc uenditio erat rescissa solo pacto.l.ab emptione.ſ.de pac.Sol.hic agitur ad resoluendum,quatenus de facto processit, facit quod dixi tibi,de ferijs.l.j.Item opp.quia nemo cõdicit rem suam,prætereaquã fure.l.fi.usuf.quemad.ca.Sol.dic quod hic trãstulit dominium,uel condicit possessio,nõ proprietas.Opp.† qd cõdictio ob cãm nõ habet locũ in ꝯctib.noiatis.l.fi.ſ.de cõd.ob caus.Sol.hic datur pro arrha,sed arrha nõ est ꝯctus noiatus. Nec ob.quod uenit in actiõe ex empto,quia illud est uerũ, sicut cætera pacta incõtinenti apposita,nõ tamẽ quod staret de per se contractus arrhæ,&c.

ADDITIO.

1 Causam.Arrha est cõtractus innominatus,& quomodo & qua actione petatur,l.contractus.§.fi.& ibi Bal.C.de fid.inst.& in l.fin. C.quando lic.ab emp.disce.& cum Bar.hic cõcordat Ang.& Imo.l.si id quod.de uer.ob.

§. ETIAM SI. Venditor tenetur præstare seruum non esse fugitiuũ,furtis uel noxijs obligatũ.Opp.quod nõ tenetur promittere ipsum non esse furem. l.Iulianus.§. j.ĩ.eo.sol.Fateor contrarium,sed debet promittere seruum non esse obligatũ ex furto præterito,non autẽ ne faciat furtum in futurum,&c.

1 Contractus uenditionis natura uenit,ut uenditor promittat emptori habere licere.

2 Traditio rei principaliter in libello peti potest.

3 Sententia super interesse ferri potest,licet res petatur.

4 Interesse particulare,de interesse totali deducitur.

5 Executio an incontinenti fiat quando sit condemnatio contra non cauentem ad interesse.

§. ET EX EMPTO. Si non obseruetur quod debet, actio ex empto cõmittitur ad interesse totale, & de eo deducitur interesse particulare,quod præstitũ est,si soluatur in pecunia,secus si ipsa res traditur. Quod no. pro-
1 pter formã libelli,de quo dixi in l.j.ſ.eo.No.ex natura† cõ-
tractus uenire,ut uenditor promittat emptori habere licere,quorũ uerborum significationẽ plenè habes in l.stipu-
2 latio ista,habere licere.ĩ.de uer.ob.Secũdò no. † quod po-
3 test principaliter peti in libello, qd̃ tradat res. Tertiò † no. quod licet petatur traditio rei, potest fieri cõdemnatio ad
a interesse.Dixi plenè in l.j.in princ.ſ.eod.Vltimò no.[a] quod
4 de interesse totali deducitur interesse particulare. † Quæro utrũ debeat cauere cũ fideiussore,uel sine fideiussore? Dic
5 ut in gl.Itẽ quæro,† cõtra non cauentẽ ſt condemnatio ad
b interesse,utrũ fiat executio statim?Istud est difficile.[b] gl.hic uidetur dicere quod non.Cont.dicit ĩ.l.ij.de cuic.& ideò dicendũ est quod aut quis cessat propter dolum, & fit condemnatio ad duplũ,& exactio incõtinenti. d.l.ij.ĩ.de euict. & de tab.exhi.l.locũ.§.condemnatio.Aut fit absq; dolo,& tunc si ego uolo æstimationẽ eius quod interest, hoc est illius dubij euẽtus,quatenus damnificari possum, & statim fit cõdemnatio & exactio, ut hic,& fiet æstimatio hoc modo,uendidisti mihi rem dando fideiussorẽ idoneum,ista res ualet decẽ plusquã nõ dando, in illo fiet cõdemnatio, l.j.ſ.si hæres.ĩ.ad Treb.Aut ego uolo cõdemnationẽ fieri in toto,in quo damnificari possem uerè in futurũ,tunc debet differri exactio,l. in lege Aquil.si deletum.ſ. ad l.Aquil. ita debet intelligi ista gl.Vltimò quæro,quæ est ratio differentiæ inter uer.ult.& pe.istius §.ꝛ.ut colligitur ex summario, quia in uer.idem. fuit præstitum interesse.in fi.fuit præstita ista res.Vel intellige aliter ſm gl.in uer.idem, quod fuit præstita cautio,ideò nulla fit exactio,&c.

ADDITIO.

a POMA.No.Et sic iura uidentur magis fauere uenditori,quam emptori, Alex.cons.xcvij.in j.col.in iiij.uo.

b Difficile.Bar.l.si finita.§.eleganter.de dam.infec.

LEX XII.

1 Emptor quando agit contra uenditorem de euictione,etiam sententia non sequuta.

2 Defensionem non superesse quando est manifestum,an debeat denunciari uenditori,quod ueniat ad defendendum,q. sic.

3 Notorium & sententia an parificentur.

4 Notorium non eget probatione.

EMPTOREM. Qui nõ defendit rem emptã,hac actione aget,si notorium erat,ementẽ habere iustitiã.
1 Opp.l.si seruũ.in prin.ſ.e.Sol.ut in gl.† Secũdò opp.
a & uidet q̃ nõ posit[a] agi,nisi secuta sit sententia.l.at qui natura.§.cum me.ſ.de neg.gest.Sol.ista est ueritas,quod semper requirit libellus & sententia,non tamẽ habet necesse emb ptor negare ueritatẽ,[b] debet enim bonam fidem agnoscere,grauat tamen se,quia in actione de euictione, qñ agetipse cõtra uenditorẽ,habebit necesse probare. Opp.l.utiq̃. de rei uend.Sol.eo.modo.Quæro utrùm isto casu,quãdo
c est[c] manifestũ,debeat denũciari uenditori, † quod ueniat
2 ad defendendũ? gl.hic in fi.determinat quod sic,[d] & bene,
d quã uide & no.Vltimò scias [e] quod q̃dã allegãt istud prin-
e cipiũ,[f] quod † notoriũ & sniã paribus passibus ambulant.
f Sed certè hoc nõ probat hic.Nam,ut dixi,requirit etiã sen-
3 tentia in notorijs,exẽ.de appel.c.cũ sit Romana.§.j.Item no.
4 † & ad hoc etiã allegatur,qd̃ ea quæ sunt notoria,nõ egent probatione.ſ.qui satisd.cog.l.si uerò pro cõdemnato.§.j.

ADDITIO.

a Posit.Videtur uelle hoc Bar.si notorium est actorem habere iustitiam,utrũ debeat emptor omnino expectare sententiam,antequã restituat, ad hoc ut posit agere de euictione cõtra uenditorẽ.Bar.hic quod sic. sed gl.quam ibi Bar.sequitur,in d.l.at qui natura.§.cùm me absente.distinguit,Aut emptor scit,aut ignorat actorem habere iustitiam.Vide gl.& ibi Bal.l.si cùm quæstio.C.de euict.& in l.si ideò.in prin.ff.de euic.

b POMA.Veritatẽ.Adde quod etiam requiritur executio sententiæ,& Alex. cons.iiij.in j.col.in iij.uo.& cõs.lxvij.uo.iij.ubi dicit quod nõ requiritur,qd̃ emptor denũciet uenditori litẽ motã,ubi est notoriũ ipsum non habere ius.

c POMA.Est.Alex.cons.lxv.

d Sic.Cont.Imo.l.nõ solũ.§.morte.de ope.no.nunc. & uidetur hic uelle Bar. quod si notoriũ est,actorẽ habere iustitiã,debet emptor expectare sententiã,antequã restituat,ad hoc ut posit agere de euictiõe.Sed gl.est cont.d.l. utiq̃.quã ibi sequitur Bar.Nã distinguit,aut emptor scit,aut ignorat actorem habere iustitiã.Vide gl.et ibi Bal.l.si cũ quæstio.C.de euic.& in l.si eo. in prin.ff.de euic.adde an emptor debeat expectare suam,Bald.cõs.clvj.j. lib.Et an uẽditori scienti sit denũciandũ.Spec.ti.de emp.& uẽdi.§.fi.in ult. uer.dicit uẽditori in iudicio præsenti,sciẽti quæstionẽ motã,esse denũciandum,to.An.ibi,in add.ubi dicit esse casum à nemine ponderatũ,in l.parentes.in fi.C.de euic.Alex.cõs.lxxvij.iij.lib.

e P.PAV.P.Scias.Veritas & cõmunis opinio in hoc uidetur esse, quod aut loquimur quò ad inducendã dispositionẽ,& tunc nõ æquiparatur. Ang.l. si libertas.§.j.ſ.de stat.ho.Bal.l.ictus fustium. de iust.& iu.& in l. j. ff.de iu.fis.gl.l.sed & si possessori.§.itẽ si iurauero.ſ.de iureiur.Bal.c.j.in prin. qualiter dominus proprietate priuetur,Aret.l.is q.ult.col.prin.ff.de testa. & in repet.in uerb.notorium.

f Principiũ.Bar.l.si is qui.in prin.& ibi scripsi post Bar. de uer.ob. & Bar. l.si constante.in ij.q.iiij.q.prin.fol.mat.Et ideò dicit Bal.maximè per istum tex.c.j.in prin.qualiter dominus proprietate priuetur. quod ubi requiritur ministeriũ iudicis in probãdo notoriũ,non pro suia habetur,& ita tenet:refert tum quosdã aliter dicere,& ibi uide per eũ,& de eo quod dicitur,quod sententia inducit notoriũ,adde c.fi.de cohab.cler.& mulie.allegat Ang.in disp.Asten.miles.in prin.Ant.& To.de Imo.c.j.ut lite nõ conte. super gl.uer.non usq;quaq; seruatur.dicit quod suia facit notoriũ, etiam si sit talis quæ retractari posit,antequã retractetur,& quod notoriũ nõ habet uim sententiæ,tenet Bald.l.j.C.ne filius pro patre.imò dicit ibi,quod ualet sententia cõtra notoriũ.& Bald.l.fi.C.de sent. pas.& in l.is cui.ĩ.de testi. & in l.j.C.de decu.Et an requiratur sententia super notorio? to.Cald. in repe.c.in nostra.de cohab.cler.& mulie.gl.& doc.maximè Imo. c.cuidetia. de accusat.Pau.de Leaza.c.si uenditor.de emp.& uend.& ibi ponit quomodo intelligatur,quod suia & notoriũ æquiparentur . & an requiratur sententia in notorijs,no.Inn.c.ad nostram. de iureiur.uer.obseruandus.ubi dicitur,quod in notorijs requiritur citatio,licet ordo iudicialis non sit seruandus in eis.& no.ij.q.j.quæ Lotharius.Bal.l.presbyteri.de epis.& cler. & quod dixi post Bar.in l.ij.ſ.si publico.de adult.in j.col. Inn.c.fi. de cohab.cleric.& mulie.ubi plenè an requiratur iudiciarius ordo, & an requiratur citatio,Bal.l.ea quidem.C.de accus.Adde quod sententia facit notorium.Abb.cõs.xiiij.in q.xiiij.Bal.cõs.cxxviij.j.lib.& licet notorium releuet ab onere probãdi,tamẽ debet allegari,Anc.cõs.cccIxxxviij.qui alleg.gl.in cle.appellanti.de appel.de qua gl.Fel.c.cùm ordinem. de rescrip. & de materia notorij,uide per ipsum Alex.c.cum speciali.et c.dilecto. exẽ.de appel. Ita alleg.Bar.sibi contrarius,in l.si constante.ĩ.fol.mat.

§. IDEM NERATIVS. Emptor debet effici potior, in causa possessionis.

§. CASSIVS. Qui consecutus est duplum, ex alijs capitulis huius actionis,non aget.

a §. DENIQVE.[a] Qui ex aliquo casu de euictione non tenetur,poterit cõueniri,si sciens est,uel in dolo repertus fuerit.

ADDITIO.

a Denique.Bald.l.post perfectam.C.aliàs est l.si post.ĩ.de peric. & commo. rei uend.

§. SENTENTIA. Hic Iurisconsul. dicit idem quod suprà,§.prox.

§. SI QVIS REM. Actio ex empto pro euictione,cõmittitur pro accessorio,sicut pro suo principali, secus in actione ex stipulatu.

1 Venditor si promisit habere licere pro se & hæredibus suis, quando tenea tur etiam de euictione extraneorum.

2 Pactum quòd quis teneatur de euictione, non porrigit effectum suum circa tria.

§. QVI AVTEM. Qui promisit pro euictione pro se & hærede suo tantùm,alijs euincentibus, non tenetur nisi ad precium,nisi de hoc etiam nominatim fit cautum,ne ad preciũ teneatur.h,d.usq; ad fin.& fortis est,sicut
1 alius,&c.in tex.ibi,habere licere.i.uendendo habere licere
a promisit.† No.[a] ex prin.§.q̃ si uenditor habere licere pro-

misit pro se hæredeq; suo,nõ tenetur de euictiõe extraneorum.Quod intellige,si fuit apposita dictio taxatiua tantũ, duntaxat,& solũmodò.l.nisi. ſ.de pac.& dixi in l.qui in futurũ.§.j.eo.tit.Secũdò no.potest promitti habere licere per
2 omnes.† Tertiò no.pactũ,q̃ quis[b] non teneatur de euictio
b ne,non porrigit suum effectũ circa tria. Primò, si uenditor fuit in dolo,ut hic in fi.& ſ.ea.l.§.deniq;. & ſ.eo.l. teneatur. §.fi.Secundò non operatur suum effectum,si uenditor, uel hæres eius agat,d.§.deniq;.Tertiò non operatur suum effe
c ctum,quãdo precium posit repeti,[c] nisi expresse sit dictũ, q̃ ad precij restitutionem non tenetur.Valet enim ista conuentio,ſm ueram opinionem hic approbatã in gl. Opp. ad ij.not.l.stipulatio ista.in prin.ĩ.de uer.ob. Sol. ut in gl. opp.l.stipulatio ista.§.si quis fortè.in eo quod dicit,distraxerit.Sol.ut gl.hic.

ADDITIO.

a No.Bal.l.post perfectã. C. de peri.& cõm.rei uen.& inst.de act.§.quædã. & in §.actionum.& tex.cum gl.l.qui libertatis.ĩ.de euict.Et istis omnibus adde gl.& Bal.l.non dubitatur.C.de euic.Aret.cons.cxj.

b Quis.Quid operatur pactum,q. quis nõ teneatur de euictione, & dum dicitur hic,q. tenetur tamen ad uerum pretiũ,dic qd̃ fallit in diuisione,in quã si actum sit,nemimem teneri de euictione,cum utriusq; utilitas uertatur,& quilibet in se uideatur suscipere periculũ, nõ tenebitur aliquis ad restitutionem pretij re euictã.gl.sing.secundũ Bar.l.si familiæ.C.fam.erci. Ex quo uidetur inferri idem esse in cõtractu emptionis, si duo insimul unus uenderet alteri unam rem,& alter alteri,& dicerẽt se nolle teneri de euictione eadẽ ratione. An aũt si creditor uendidit rem hypothecatam sibi cum pacto,qd̃ non teneatur de euictione, neq; ad restitutionẽ pretij,& postea contingat, qd̃ quando emptor soluet creditori pretiũ immineat euictio, posit emptor retinere pretiũ, donec sibi caueatur? Et certũ est,quod quando creditor est præsens,& uendidit rem sibi obligatã,& promissa est solutio pretij, quod si postea res euincitur,creditor ille tenetur de euictione.l.quidã.& ibi Bar. de euic.ergo si tenetur de euictione ipse creditor, si antequã per emptorem soluatur pretiũ,immineat euictio , de iure põt sibi emptor retinere pretiũ, nisi sibi legitimè & idoneè caueatur.l.si post perfectã.C.de euict.l.habitationum.§.j.de peri.& cõmo.rei uen.& non possunt dicere dicti creditores non teneri de euictione, l.j.C.credi.eui.pig.non debere.quia ad hoc ut non teneatur de euictione creditor uendens,requiritur quod interueniant quatuor,quæ enumerat gl.fi.d.l.j.C. credi.eui.pig.non debere.quæ hic interuenisse non apparent.Sed ad hoc reſpondeo , quod fallit quando expresse est cautũ,quod creditores uendentes non teneantur de euictione,neq; ad restitutionem pretij soluendi ab emptoribus ipsis creditoribus. Vnde licet aliàs quis teneatur de euictione,& ad restitutionẽ pretij,tamen si non solum cõuentum est,q. non teneatur de euictione,sed etiam q. non teneatur ad restitutionem pretij, tunc non tenetur etiam ad restitutionem pretij, quamuis si simpliciter esset actum,q. non teneretur de euictione,nihilominus eo casu uideretur uerum esse eum teneri ad restitutionẽ pretij , si pretium solutũ esset.Ita habetur hic in uer.nisi fortè,inquit.& hic in gl.uer.si quis omnes. & ille intellectus cõmuniter approbatur hic , & per doc.l.non dubitatur. C.de euic.& l.j.ubi Bal. C.de peric.& com.rei uend.to.And.in addi.Spec. tit.de emp.& uend.§.fi. in prin. & sic non potest dici,q. etiam quando est actũ non solum q. non teneatur de euictione,sed etiam est actum,q. non teneatur ad restitutionẽ precij,debeat cõcurrere illa quatuor,de quibus per gl.sing.d.l.j.C.cred.eui.pig.non debere.ſ.q. ipse creditor sit antiquior,seu potior cæteris creditoribus,ut ibi not.ad hoc ut dictũ pactum habeat effectũ,quia hoc non uidetur uerũ.Nam posito,q. quãdo actũ esset simpliciter cum creditore uẽdente pignus,quod ipse non teneatur de euictione,uerum esset,q. requiratur ista quatuor,tamẽ quando est etiã actũ,q. non teneatur ad restitutionẽ precij,uidetur q. indistincte nõ teneatur creditor ad restitutionẽ precij,quia si tale pactũ hoc opatur in eo qui uendidit iure proprio, & nõ iure creditoris,ut hic,cum hic no.multò magis hoc debet operari in creditore uẽdente iure creditoris,cũ in talibus magis obligetur pro euictione uẽditor,qui uẽdidit iure proprio,q̃ creditor qui uẽdidit iure creditoris, l.cũ ea cõditiõe.ff.de euict.& in l.periculũ.ff.de pig.uel saltẽ quãdo in creditore uẽdente non cõcurrunt illa quatuor,de quibus per gl.fi.in d.l.j.tunc creditor est in eo statu,in quo est ille qui uẽdidit iure proprio,quia tenetur de euictione,ergo sicut ille qui tenetur de euictione,nõ obligatur ad restitutionẽ precij secuta euictione,si actũ fuerit q. nõ teneretur ad precium,ut ĩ. phani,ita etiã esse debet in casu isto,cũ casus sint similes, uel pares.l.illud. ad l.Aquil.c.trãslato.de cõsti.melius in l.fi.§.j. ĩ.mãd. & ad hoc. quod dictũ pactũ.ſ.q. nõ teneatur creditor ad precium,operetur,ut ĩ.secus ubi non esset appositũ,facit l.talis scriptura.uer.quod si fortè.de leg.j.& in l.pre-

cibus.C.de inpub.declarãdo,ut per Bar.& doc.l.iij.ff.de leg.j.circa fi.& etiã circa medium,iuncta l.emptorem.§.sententiã.hac ea l.Nec ob.si diceretur,q̃ quãuis pactum sit appositũ in instrumento,q̃ non teneantur creditores ad restitutionẽ precij,tamen nõ debet prodesse hoc casu, quo nondum precij̃ est solutum,cum illud pactũ quo prouidetur,quod nõ teneantur ad restitutionẽ precij,sonet ad acquirendum ei exceptionẽ,hoc casu uolunt illi creditores acquirere actionẽ ad precij̃,& facilius datur exceptio quàm actio.l.j.§.q̃ autem ait.ff.de superfi.l.inuitus.§.cui damus.de reg.iu. quia respõ.q̃ creditores nõ se fundant ex dicto pacto,quoad actionem suã intentãdam ad precium,seu quoad intentionẽ suam principaliter fundandam,quia intentionẽ,& actionẽ suam fundant ex solenni promissione eius facta ab emptorib.de soluẽdo precium.Et dum eis opponitur exceptio per emptores,q̃ imminet periculum euictionis,tunc ipsi replicant propter illud pactũ q̃ non tenetur de euictione,nec ad precium.unde ad replicandũ ita fauemus replicanti,sicut fauemus excipienti. l.fi. & ibi no.omnes. C.de eden.l.fi.§.fi.ad l.Falc.& no.in l.j.§.editiones.de edẽ.d.l.cum ea cõdictione.in prin.ĩ.de euic.Cy.& Bal.l.nõ dubitatur.C.de euic.et hic Ca.qui alle. gl.d.l.si familiæ.& quædam alia ponit. Adde quid operetur pactum,quod non teneatur de euictione.Io.An.in addi.ad Spe.ti.de emp. & uend.§.fi.in prin.ubi uide aliam q.Ro.cons.clxix.& sing.suo.clxxviij.

c P.PAV.P.Repeti.Limita quãdo est factũ pactũ in genere à quocunq; euinceretur,secus si in specie,puta à Sempronio,quia tunc nõ tenetur ad precium.l.qui libertates.ff.de euic.Ro.sing.cccIxxxviij.Crem.sing.clviij. Item nota istud procedere in permutatione gl.l.si familiæ.C.fa.ercisc.Et ille qui dixit se uelle teneri de facto suo,teneatur de facto autoris, Bal.c.j.ad fi.qui succes.tene.Crem.sing.xxxij.& intellige de autore uniuersali,secus in singulari,Crem.sing.clviij.de quo ĩ.habes etiam ad Bar.rub.de euic.

LEX XIII.

1 *Incertum æstimatur secundum quod euenire solebat.*
2 *Emptio quando consistat sine re.*

a SI IACTVM.[a] Aestimatur incertum,antequã certificet,postea æstimatur ipsa res.Opp.ĩ.ad l.Aquil.l.quẽ admodũ.§.fed ubi.Sol.Aliud in illa actiõe,q̃ in ista,ra
b tionẽ ponit ibi gl.[b] Quæro qualiter æstimaẽ istud incertũ.
1 Dicit gl.q̃ æstimabit fm q̃ cõmuniter euenire solebat,† nõ inspecto q̃ quãdoq; pluris,quãdoq; minoris.l.quid ergo.
c §.pœna grauior.ĩ.ex qui.cau.infa.irro.in gl.mag. Opp.[c] ĩ. de cõt.emp.l.hæc emptio. ubi emptio nõ potest consistere
2 † sine re.Sol.uerba uenditionis sunt inspicienda diligẽter, aut enim uendo tibi pisces,quãdo capientur, & nullis captis,nõ ualet uenditio.l.cõtraria,sicut si uendo fructus qui nascẽtur,& similia.Aut uẽdo ipsum iactũ,seu ipsam perceptionẽ,& sic spem ipsam,& tũc loquitur l.ista. Hoc determinauit plenè in l.cotem.§.qui maximos.ĩ.de public.

ADDITIO.

d *Iactum.Ro.l.stipulationes.de uer.ob.*
b *Gl.Bal.l.si ea lege.C.de usur.*
c *Opp.Bal.l.spẽ.C.de don.& in l.si ea lege.C.de usur.Bar.l.inter stipulantem.§.sacram.de uer.ob.*

LEX XIIII.

1 *Actio quanti minoris est duplex,s.ciuilis & prætoria.*
2 *Interesse commune ab interesse singulari differt.*
3 *Actio quanti minoris,prætoria in quo differat à quanto minoris ciuili.*
4 *Interesse singulare si nõ potest uenire,habetur ratio interesse extra rem.*
5 *Vendens ignoranter rem uitiosam,quando teneatur, quanto minoris emptor fuisset empturus,& quando teneatur ad totale interesse.*
6 *Seruum fidum & charum asserens,ad quid teneatur.*

a IVLIANVS.[a] Qui tradit rem uitiosam scienter, tenetur ad interesse etiã extra rem:si ignoranter,teneat quanto minoris, fallit in seruo fure.h.d.cũ §.seq. Dicitur hic, q̃ teneat quanto minoris.Cõt.datur quãto minoris res est.
1 ĩ.de ædil.edic.l.ædiles.& l.q̃ si nolit.§.si plures.Sol.glo. † q̃ est duplex quanti minoris.Vna ciuilis,de qua loquit hic, alia prætoria,de qua loquit ibi.Ita tenet gl.hic,& est prima gl.mag.Bal.fuit in cõtraria opinio.ĩ. ea. l.per cõt. sed gl.hic illi respõdet.Pet.ut refert Cy.C.de ædi. act.l.ij.tenet idem q̃ Bulg.primò quia uidetur casus ibi. Dicit enim Imperator non animaduertere,qua actiõe agatur post annũ. Si enim esset quanti minoris ciuilis,bene sciuisset Imper.q̃ daretur post annũ.Prætereà dicit ipse,quãto minoris res est,& quãto minoris empturus fuisset,nõ differunt.Nã non est uerisimile,q̃ quis emisset,nisi quatenus res est in cõmuni æstimatione.l.ij.& ibi no.C.de rescin. uen. & ideò concludit,q̃ una tantum est actio,quãtò minoris prætoria,quod fortifices sic,Actiones prætoriæ rei persecutoriæ, si non dantur contra ius ciuile,sunt perpetuæ.Secus si cõtra ius ciuile darentur.l.in honorarijs.uer.sed cum rescissa.ĩ.de act.& ob.Si eñ esset actio quãtò minoris ciuilis,& quãtò minoris prætoria,illa prætoria esset perpetua, quia fm ius ciuile daretur,sed ideò est annalis,quia datur cõtra ius ciuile. Teneo gl.nostram,nam quantò minoris prætoria non datur, nisi pro seruis & animalibus,de quibus loquitur l.j.§.j.de ædil. edic.& l.ediles.in prin.hic autẽ datur actio quãtò minoris, etiã pro tigno uitioso,ergo pro certo nõ loquitur de quantò minoris prætoria. Prætereà longa differentia est inter quanto minoris res est,quæ est prætoria,& quantò minoris empturus fuisset,quæ est ciuilis.illa respicit precium singulare respectu personæ emptoris,alia uerò precij̃ cõmune,quæ multũ distant.l.j.in prin.Pone exemplũ in seruo,erat unus seruus homicida,ego nõ essem empturus pro ali
b quo si sciuissem,alius,puta tyrannus,haberet eum charior em. Aliud ergo unũ quàm aliud. Vel pone exemplum in equo uitioso, unus doctor si sciuisset,non emisset pro aliquo,unus marescalcus emisset,tamẽ paulò minori precio.
b Pone exemplũ in uno libro,[b] ubi sunt scripta nõ correcta, unus scholaris nollet emere,unus doctor non curaret.Vn-
2 de differt† multũ precij̃ cõmune à precio singulari, respectu qualitatis personæ emptoris.Nõ ob.l.ij.C. de ædil.act. q̃a ut apparet ex materia,in qua posita est illa lex,ibi quærebatur,utrũ posset agi quãto minoris prætoria, & Imperator respõdet,nõ animaduerto, &c.& nõ fuit quæsitũ in genere,utrũ agere posset.Nõ ob.quod dixi,quia fm hoc,quãti minoris prætoria deberet esse perpetua,nam cõtra ius ciuile dat ex eo q̃ respicit interesse cõe,cũ ius ciuile respiciat
3 interesse singulare. † Videndũ est ergo, in quo differat ista quãtò minoris prætoria,à quãtò minoris ciuili.Gl.mag.in fi.ponit aliquas differẽtias.Tu dic q̃ prætoria datur solum pro illis rebus,de quibus prouiderũt prætores ædiles,hęc pro omnib⁹.Itẽ illa annalis,ista perpetua.Itẽ ista quãti minoris empturus esset,illa quanti minoris res est.Sed ad fm
c dictũ opp.q̃a fm [c] hoc uenit interesse extra rem, & sic opp. ĩ.eo.l.si sterilis.§.cũ per uenditorẽ,& ĩ.eo.l.j.So. ibi petitur interesse,quia nõ tradidit,hic quia tradidit,sed malè, utin gl.quod no.Itẽ opp.quia quãdo non tradidit, habeẽ ratio interesse extra rem,l.liber homo.§.fi.ĩ.de uer. ob. Sol. anteq̃ intrem gl.debes scire q̃ illa lex obstat in duob. Primo quia loquitur in obligationib.dandi,& tamen cõmittitur obligatio ad interesse,quod est cõtra cõmunem regulam, ut dixi in l.ex empto.ĩ.eod.& l.ubi autẽ.in fi.de uerb.ob.ꝛ. gl.q̃ ibi erat dandũ alij,non stipulatori,ut hic,& rationem
d dixi ibi.Secundo modo ob.[d] quia ibi habeẽ ratio interesse extra rem, licet in nõ dando peccauerit,quod est cõtra præ dicta.Sol.ibi erat data pecunia,in qua non cadit interesse circa rem.l.nummis.de in lit.iur.ideò uenit interesse extra rem.l.nummis.Et hoc est quod uult dicere glo.q̃ ex tali in-
4 teresse ibi stipulatio assumit robur, quasi uelit † dicere,Cũ interesse singulare nõ possit uenire,habetur ratio interesse extra rem.Opp.ĩ.de eo quod cer.lo.l.ij.Sol.ibi speciale dicit gl.dic ut ibi latius dixi. Tñ ad ꝓpositũ,ibi pecunia erat in obligatiõe,ergo habeẽ ratio interesse extrinseci,cũ nõ reperiatur intrinsecũ,ut ibi dixi.Venio ad gl. magnã, & opp. l.si sterilis. §.j. ĩ.eo. Sol.Duæ sunt opi.illa est uera,q̃ regula
5 est,† quod ignorãs rem uitiosam,teneat quãti minoris emp turus fuisset,quæ regula fallit in trib.casib.Primo in uase uitioso uendito,uel locato,quo casu teneat uenditor ad totale interesse,licet fuerit ignorãs,l.sed addes.§.j.ĩ.loc.& l.tenetur.§.si uas.licet quædam glo.parua,quæ est additio,ibi aliter teneat,sed gl.hic uidetur tenere istud.Item fallit in seruo fure,ubi in nullo tenetur ignorãs, ut hic.Ratio, dicit gl. quia quilibet debet scire seruum esse furẽ.Item fallit in prædio tributario,ubi ignorans non tenetur in aliquo.Ratio, quia

quia debet scire prædium esse tributariũ, eo ipso quod est prouinciale.Opp.C.de sentẽt.quæ pro eo quod interest.l.j. ubi interesse nõ potest transcendere duplũ,sed hic si debeẽ æstimatio doli,trãscendit duplum interesse cõis.Sol.hic totum istud interesse dicitur ipsum simplũ interesse. Tantũ,
6 enim cuiuslibet interesset,qui ipsam domũ haberet. † Venio ad finem,& quæro,qualiter teneaẽ iste,qui præmonuit futurũ esse fidum,& charum dixit:uideẽ q̃ in totum,arg.ĩ. de dolo.l.si quis affirmauerit.Gl.determinat cont.& bene, quod no.Asseruatio ergo facta ab ignorãte,facit eũ teneri in omnibus casibus,quibus nõ tenebaẽ,nõ tamẽ teneẽ ad totale interesse,sed quãtò minoris empturus esset.Et principiũ huius l.refertur ad illud caput,quo uenditor tenetur ã dolo malo abesse,prout de totali interesse loquitur,&c.

ADDITIO.

a *Iulianus.Ca.quærit,utrum cõtra scientem uitium, detur actio quãti minoris fuisset empta res?Qui concludit q̃,sic,ut hic,uide per eum.Et an sit dare actionem quanti minoris ciuilem,& quanti minoris prætoriam, & in quo differant?Bal.l.ij.in ij.q.C.de rescin.uend.ubi refert dicta Bar.hic.*
b *Lib.& c.Dicit tamen gl.in l.j.ĩ.de ædil.edic.q̃,habet locum redhibitoria, & ibi eam sequitur simpliciter.Ang.Alex.& cæteri doct.*
c *Secundum.Bar.l.j.uer.opp.l.iul.C.de sent.quæ pro eo q̃ interest,&c.*
d *Obst.Bar.l.j.C.de sent.quæ pro eo quod interest,&c.*

§. SI VENDITOR. Si per dolum res pluris,minoris uenditur,per hanc actionem purgatur.

§. IDEM IVL. Pactum quo quis non teneatur, non prodest in casibus,in quibus uẽditor sciebat, & tacuit.

§. SED CVM. Ex dolo tutoris ipse conuenitur,nõ pupillus,nisi inquantùm factus est locupletior. No.q̃ si cut tenetur tutor ex solo dolo,quando ipse contrahit, ita quando pupillo cõtrahenti autoratur. Opp. l.fi.de admin.tut.Sol.ut in gl.&c.

1 *Actio ex empto non competit cum effectu,nisi precio integrè soluto.*
2 *Contractu ultro citroq; obligatorio non potest effectualiter agi,nisi ab eo qui effectualiter totum contractum ex parte sua impleuit.*
3 *Ex parte sua promittentis non fieri,uidetur q̃ nunquam ex parte sua contractus posit impleri.*
4 *Vendita res quando posit retineri pro pignore loco precij.*

a §. OFFERRI.[a] † Actio ex empto nõ competit cum effe-
1 ctu,nisi pretio integrè soluto. Ex contractu ultro† citro
2 que obligatorio,non potest effectualiter agi,nisiab eo
3 cui totum contractum ex parte sua impleuerit. † & ideò quando ex parte una contractus promittitur non fieri, uidetur q̃ ex parte sua nunq̃ posset impleri contractus. l. j. in fi.mag.gl.C.de pact.& l.siue apud acta.C. de trãs.& l.corruptionem.C.de usufruc.l.pluribus.§.& si placeat.ĩ.de uer. ob. Quæro iuxta hoc, pretio soluto pro parte, non potest
b agi ex uendito ad rem, ut hic. Sed quæro an posteà [b] cùm soluit aliam partem,possit petere fructus pro rata eius pre
c tij quod soluit? Casus est in l.fi.in fin.ĩ.de fun.dota. [c] No.q̃
4 res uendita retinetur † pro pignore loco pretij. Opp. l.res. ĩ.de pignor.Gl.soluit.tu dic, res mea simpliciter etiã & absolutè non potest mihi esse obligata,sed res mea, quæ subiacet restitutioni,uel alteri debet tradi,& sic nõ est mea simpliciter,illo respectu potest esse mihi obligata.l. ex sextante.§.Latinus.de excep.rei iud.

ADDITIO.

f tem, hoc est, q̃ casmate periť, & tuncidẽ, quod debet fieri remißio pro rata, l. ex conducto [f] ff. eo. Ratio, quia non potest præstare colono, ut ei uti frui liceat, ut hic dicitur. Ratio ratiõis apparet ex his quę dixi in l. si uno. §. cùm quidam. Quandoq; colonus alle. fructuũ utilitatem, ut puta, dicit, bene sunt recollecti fructus, sed sunt multũ uiles, puta, frumentum malè granatũ, & similia, & tunc non debet ei fieri remißio. l. ex conducto. §. j. uer. si qua tñ uitia. ff. e. Ratio, qa fructus sunt recollecti. Vnde posito, q̃ esset facta uenditio fructuũ, supereſt res, in qua cõsiſtit uenditio. l. nec emptio. ff. de cont. emp. & utilitas ista non debet attendi, quia hæc deceptio non fuit tẽpore existente cõditionis, l. necessariò. §. q̃ si pendente. de peric. & cõm. rei uen. eodẽ modo in isto cõductore, qua uadit eisdem regulis. Quandoq; colonus allegat fructuũ paucitatẽ, seu exiguitatem, quia bene sunt recollecti aliqui fructus, sed deductis expensis modicũ supereſt, & non debet ei fieri remißio, l. si uno. §. cùm quidã. ff. eo. Ratio, quia aliqui fructus sunt, ut ff. px. dixi. Sed hic in
g statur, [g] Si ego † uendo decem corbes frumẽti, qđ nascitur
7 in tali fundo, fit remißio pro rata. l. si debitor. §. ueri simile. ff. de cont. emp. ergo fiat remißio pro parte. Sol. ibi loquiť qñ fructus futuri fuerũt uenditi expressa certa mensura, & ideò si minus colligitur, pro rata fit remißio, quia non pręstatur quod conuenit. Hic uerò fructus uenditi uidentur simpliciter, unde qualiscunq; fructus licet modicus percipiatur, datur id qđ conuenit. Quandoq; cõductor allegat damnũ contingens in fructibus posteà perceptis, quia fuerunt sibi accepti ui hostiũ, uel prædonũ, & tunc non debet fieri remißio, quia eo ipso quo fuerunt recollecti fructus, cõtractus fuit pfectus ex parte locatoris, unde damnũ posteà cõtingens debet esse cõductoris, sicut in re empta. l. dãnum. C. eo. si rectè intelligatur, quia ibi cõtingit damnũ in re cõductoris, nõ in fructibus. Et distinctio, quã gl. ibi facit, q̃ aut damnũ cõtingit ui diuina, aut ui humana, nõ est uera, qa idẽ siue humana, siue culpa cõductoris. l. ex cõductu. §. j. ibi, incursu hostiũ. ff. e. hic, dũ dicit simpliciter, uis maior.
h Vidimus ex parte conductoris, uideamus quid ex parte [h] locatoris, scilicet si cõductor, multũ lucratur, an pensio debeat augeri? gl. magna hic est facta super hoc, Breuiter di-
8 cas, † Aut lucratur multũ colonus ex eo qđ fructus multò plus ualent, & tunc nõ augeť pensio propter istã, sicut non minuitur propter utilitatẽ, quia eadem debet esse ratio lucri & dãni. Si uerò multũ lucrať propter fructuũ abundan
i tiam, [i] & tũc standũ est huic gl. aut ꝓpter diligentiã coloni augeť, aut nõ, sed casu fortuito, ut si locaui tibi molendinũ & alia molẽdina multũ sunt destructa impetu aquoso, ita q̃ lucraris multò plus, tũc debet fieri augmentũ pẽsionis,
9 Casus est hic. † Vltimò no. hic similitudines istas, qa inter dñm & colonũ partiarium dicitur cõtrahi societas, & ideò
k agendum est actione pro socio, [k] non ex locato, & conducto. Et sic facit in arg. ad q. q̃ talis contractus
* Coloni. Cont. l. Bartol. facit. §. mort. Inst. loc. Vbi loqtur de cõductore. Sed Bart. loquitur hic de partiario, cuius non ſubeſt eadem ratio, cùm possit ꝓ socio non competat, Bal. l. certi. q. iij. C. e. sed præscript. uerbis, quæ imitatur naturam eius contractus cui adijcitur, meritò ad instar contractus locationis, ad hæredem transire dicemus. I. Con. Bar. super ff. uet.
non trãsit ad hæredem coloni,*[1] sicut nec societas. & q̃ potest finiri talis cõtractus ex omnibus casibus, ex quib. finitur societas. l. iiij. §. fi. cum l. seq. ff. pro soc. Sed si locatur ad pe-
10 cuniam, tunc est uerè cõtractus locationis & conductionis. † Qñ uerò locatur ad certam mensurã frumenti, uini, uel olei, non põt esse locatio & cõductio, qa nõ interuenit pecunia numerata, sed est cõtractus innominatus, [m] do ut facias, iudicabitur tamen, ut de contractu locati, & cõducti, l. j. §. si quis seruum. ff. de posi. Pro hoc est tex. & gl. l. si olei. C. eo. qđ no.
11 Quando aũt uenduntur † fructus futuri, tũc quid iuris sit, dic ut dixi in l. cotẽ. §. fi. ff. de publica. Et dubiũ est, quia uideť uenditis ius ususfructũ? & tũc nõ pertinet periculũ ad eũ. Itẽ

ADDITIO.

a Maior. Bar. l. cum plures. in prin. ff. eo. tit. Tenementi q̃ si multum fuerit superlucratus colonus ex casu inopinato, debet augeri pensio. gl. l. legem. C. eo. uer. oportet secus si ꝓdentia, aut astutia, quia propter maximũ lucrũ taliter proueniens, fiscus nõ potest petere salarium primò deductũ augeri. l. Moschis. §. fi. ff. de iur. fis. ubi tex. Alius etiam effectus sequitur propter excessum lucri. de quo in l. cotẽ. §. qui maximos. de pub. Can. c. propter. ex̃. e. Alex. cons. cxiiij. in j. uol. Bar. cons. clxxxvj. Ana. cons. lxxiiij. & ibi addit. & posui ad Bar. l. licet. C. loc. & Are. cons. cccxj.

b Colonum. Inn. c. tua nobis. de decim. q̃ quando aliquis dat terram alicui colendam ad tertiũ, uel quartũ, nunquid colonus debeat deducere semen, uel alias expensas, nisi ꝑ speciale pactũ fiat? per istũ tex, uidetur decidi, ad q̃ facit qđ no. Bar. l. fructus. so. ma. & j. eo. §. in fi. uide Alc. l. si pascendi. C. de pac.

c Fundus. Inst. de act. §. item Seruiana. & uide j. eo. in fi.

d Dicunt. No. quando dicatur sterilitas, uel exiguitas, uel damnũ intollerabile, per qđ fiat remißio mercedis, gl. Bar. & doc. l. licet. C. e. & in l. si uno. §. ubicunq;. §. eo. Bar. l. cotẽ. §. qui maximos. in q. iiij. de pu. Et adde q̃ ista licet non habeant locũ in emphyteuta, habẽt tamen locũ in conductore ad magnum tempus, Bal. l. j. C. de iur. emph. & Abb. c. propter sterilitatẽ. ext. eo. in proposito tenet contra opi. Bar. hic, per illũ tex. in d. c. propter. & dicit q̃ opi. Bar. l. licet. C. eo. post Cy. ibi melior est. Io. An. d. c. propter. dicit, q̃ in telligitur quando recolligitur tantũ ij. pars so. & Bal. d. l. licet. ponit duas opi. & ibi uide in iij. q. quid iuris in pedagio, q̃ non potuit percipi propter pestem. Adde no. per Bar. l. cotẽ. §. qui maximos. in iiij. q. de pu. & uide etiã gl. c. propter. adde quæ dicatur sterilitas, & quæ damna teneatur reficere locator conductori, ob uim maiorẽ, uel incursus hostiũ, Bal. cons. cclxx. & quando propter pestem ementibus pedagia & gabellas fit fienda remißio. Anch. cons. ccccviij. Et an per incursum hostium, Ro. cons. cccxxxij.

e POMA. Dicam. Are. cõs. lv. Ale. cons. vj. in ij. uol. & cons. xxviij. in iiij. uo.

f Conducto. Bal. l. licet. uer. sed quæro conduxi. C. eo. Bar. l. si uno. §. ubicunq; ff. eo. Sed quid si fundus naturaliter non est fructifer? dic, q̃ per hoc non fit remißio, Bal. l. licet. C. eo. & ibi uide eum. Quid in colono partiario, & qđ si uitium terræ, uel rei uendi. c. propter. ext. eo.

g Instatur. Bar. l. cotem. §. qui maximos. in iiij. q. de publica. & Bal. l. licet. v. q. C. eodem.

h Parte. Si multum fuerit superlucratus colonus an debeat augeri pensio? ff. in prin. & ibi dixi. & Bar. l. diuortio. §. impendia. fol. mat. l. si quos. & Lea quæ. C. de alluui. & quid in emphyteuta. gl. & Bal. l. j. C. de iure emph. & hic adde gl. in c. quanto. de censi.

i P. PAV. P. Abundantiam. Bar. c. propter. ext. de loca.

k Socio. Sed q̃ fit agendum præscriptis uerbis, nõ pro socio, probat §. si quis seruum hic allegatus, & tenet Bald. l. certi. iij. q. C. eodem. & Bar. l. si apes. §. j. ff. de fur.

l Coloni. Bal. cont. l. j. C. de fru. & lit. expen. l. uiam. C. loc. & Bal. l. certi. C. e. in iiij. q. Sed cùm Bar. hic simpliciter transit Luc. l. si filio. §. fin. ff. sol. mat. Abb. c. propter. ext. eo. & ibi gl. Et per hoc limitatur q̃ dicit Bar. l. si filio. §. fi. sol. mat. Nunquid successor uniuersalis teneatur stare colo. Et idem tenet hic Ca. & Ro. ibi, licet cont. sentiat in l. cert. iiij. q. C. loca. & in l. j. C. de fruct. & lit. expens. Et adde Bar. hic, & uide Inst. de act. §. item Seruiana. gl. & do. maximè Bal. l. si pascen. C. de pac. Et an colonus partiarius, teneatur suis expensis & gabellis portare partem domino? Bal. l. accepta. C. de usur. xv. q. Et dum dicitur hic agi pro socio, dic q̃ imò uidetur debere agi præscrip. uer. in §. si quis seruum, hic allegato. & tenet Bal. l. certi. iij. q. C. e. Adde Bar. l. si apes. §. j. ff. de fur. & sic inquantum dicit hic Bar. q̃ colonus partiarius æquiparatur socio, adde q̃ differt tamen in duobus, secundum Bal. l. j. C. de fru. & lit. expen. & in l. certi. ij. q. C. eo. & ibi etiam an bona sint tacitè hypothecata? adde q̃ non propriè dicitur colonus, gl. l. diuortio. §. item si messes. uer. sequantur. j. fol. mat. Et dum Bar. hic dicit, q̃ non transit talis cõtractus ad hæredem coloni, adde Bal. cont. in l. j. C. de fruc. & lit. expen. Pro quo, l. uiam. C. loca. & Bal. l. certi. in iij. q. C. eo. Sed cum Bar. hic simpliciter transit Lud. l. si filio. §. fi. fol. mat. Pau. hic, & Abb. c. propter. ext. eo. & ibi uide gl. Adde, quid si pactum locatoris sit, q̃ conductor nihil debeat soluere alicui personæ, an tenebitur soluere gabellã fisco? Bal. cons. cxvj. iij. li. Et dum dicit in apostilla, q̃ inter partiarium & dominum uidetur contracta societas, adde secundum Ro. illud uerum in fructibus collectis, non autem pendentibus, cons. cccix.

m Innominatus. Adde ff. eo. §. in prin. & gl. l. exceptio. C.

LEX XXIX.

1 Simul fieri dicitur, quod fit eadem die, quod ualet ad excusandum testes.

2 *Temporis prioritas inter creditores chirographarios, quãdo inspiciatur.*

IN OPERIS. Opp. & uidetur q̃ sibi ipsi cõtradicat in eo q̃ dicit simul, & posteà dicit priori. Gl. soluit duob. a modis & quælibet est bona. No. tamen fm Azo.[a] secun-
1 dam solutionẽ, q̃ simul dicitur fieri, quod † fit eadem die.
2 † Quod est utile ad defendendũ testes,[b] ne incidant in fal-
b sum,[c] si dixissent simul aliquid factũ, & apparet de priori-
c tate, & posterioritate, eadem tamen die. Secundò opp. [d] q̃
d inter † creditores chirographarios non inspicitur priori-
3 tas temporis, nec etiam in priuilegijs competentibus in
e actionibus personalibus. l. priuilegia.[e] de priuil. cred. Sol.
dicit gl. Istud est uerum in obligatione quantitatis, hic ue-
rò qñ est in obligatione factum cohærens personæ, tunc e-
nim ille præfertur, cui est promissum prius, & hoc est singu-
f lare[f] hic. Item opp. in obligatione operarum post moram
succedit obligatio ad interesse. l. in stipulationib. §. opera-
rum. & l. stipulationes nõ diuiduntur. ĩ. de uer. ob. & sic ista
uidetur obligatio quantitatis. Sol. intellige istam l. qñ agi-
tur ad dictas operas. Sed si ageretur ad interesse, fateor cõ-
trarium. Ita dicit gl. in fi. in hypothecaria non est dubium,
quòd ille præfertur, qui est prior tempore. c. qui prior. ext.
de reg. iur. li. vj. & ĩ. qui po. in pig. hab. per totum maximè.
in l. prior. &c.

ADDITIO.

a POMA. *Azo. Corr. sing. in in uerb. simili fieri. Fel. c. translato. de const. & ibi Pan. in addit. quæ incipit, pro concordia.*

b P. PAV. P. *Testes. Aret. l. si quis autem. §. si suus. ff. de uulg. Alex. cons. cente simo ultrasimo secundo, j. uol. v.*

c *Falsum. Ant. c. translato. de constit. Bar. l. si plures. ĩ. de iniur. gl. in cle. j. ĩ. de appell. gl. c. causam quæ. in fi. gl. qui filij sint legit. c. cum Vintonien sis. de elect. in gl. quæ loquitur de prioritate & posterioritate. Do. de sancto Geminiano. c. j. de const. in vj. gl. & ibi Anto. in cle. j. de appell. & gl. c. bonæ. de elect. Imo. & do. Abb. c. translato. qui tenent cum Anto.*

d POMA. *Opp. Ro. cons. xlvij. Alex. cons. xxij. uo. v. col. fi.*

e P. PAV. P. *Priuilegia. Vide ibi Bar.*

f *Singulare. Bal. l. ij. C. eo. sed Bal. l. interesse. ff. de acq. poss. sentit cont. & ibi dicit idem, scilicet, q̃ prior locator in tempore, præferatur contra conductorem. Et dicit etiam Bal. l. emptorem. C. loca. q̃ secundus colonus, tenetur stare priori, quia prior in tempore præfertur. Et ad id quod hic singulare dicit esse Bar. uide Io. And. reg. contractus. in mercu. & c.*

LEX XXX.

a HABITORES.[a] Modica incõmoditas cõductoris, non inducit remissionem mercedis.

ADDITIO.

a P. PAV. P. *Habitatores. Quid de impedimento pestis, Barb. c. si propter sterilitatem. de colla. & utrum pestis æquiparetur hostilitati. Fel. c. ex transmissa. ext. de præscrip. Item an & quando fiat missio propter incõmoditatem utendi, uel propter pestem, uel guerram uel sterilitatẽ, Bart. l. C. loca. ubi multa habes. Et quid si facto locatoris impediatur, Bar. l. si uno. §. item cùm quidam. ĩ. e. Item q̃ quando incõmoditas est magna, petatur remissio, secus si modica, Ro. cons. cccxxxij. & ibi etiã si quis impediatur facto tertij, aliquo tẽpore, teneatur pro aliquo tempore in cõductione persistere, & an teneatur ad pensionem pro tempore quo fuit impeditus, & q̃ fiat remissio propter pestem, pro tempore quo durauit, tenet Peru. c. ex parte. j. ad fi. de app. Alex. in apostil. l. inquilino. ff. de dam. infec. An autem debeat denunciare domino, q̃ uult recedere, Ias. l. si quis nec causam. §. res piguori. ad fi. ff. si cer. pet. Et q̃ fiat remissio propter pestem, Soc. cons. xliij. in j. parte. Alex. l. si unus. §. item cũ quædam. ĩ. eo. dixi post Bar. l. si uno. §. item cùm quidam. ĩ. eo. Sed quid si dominus ponit meretrices in domo, quam mihi locauit, uel si mihi inquilino occurrit necessitas habendi maiorem domum, quia uolo ducere uxorem, an possum migrare? Bal. l. ædem. ad fi. & in l. ij. C. eo. tit. Anch. cons. ix.*

a §. ITERVM.[a] Iustus timor facit, ut fiat mercedis remissio, licet nõ sit secutum periculum. Secus in timore iniusto, uel si inde non recesserit. h. d. iste §. quem no. &c.

ADDITIO.

a *Iterum. Gl. hic dicit, nisi iusta causa esset in tempore contractus. Bal. l. si ea lege. C. de usur. & gl. & do. l. eden. C. eo.*

LEX XXXI.

1 *Aduocato an imputetur in suũ salariũ, interesse eius rei, quæ ab eo uicta ẽ.*

QVOD SI DOMVS. Ver. Sed & si locator. Istum uer. in eo quod dicit, præstandum, quantùm præstat in secũda cõductione, intelligo, si locator fuit in cul-
1 pa, aliàs uerò ad solam restit. mercedis, l. qui in insulam. & l. si fundus. & l. hæc distinctio. ĩ. eo. † Vltimò no. finem huius l. in ar. ad q. Si euicta est res aduocato, ita q̃ potest petere interesse, & impensam, utrum imputabitur sibi salarium suũ
2 propriũ. Item † si aliquis habuit aduocatũ gratis, in quæstione sua, facit iste §. q̃ põt petere salarium aduocati, qđ no. Dixi plenè in l. stipulatus. ĩ. de fideiuss. &c.

LEX XXXII.

IN LEGE. Verbum, ne, siue néue, importat ne quis faciat, & quod curet ne per aliũ fiat. h. d. Opp. istud pactũ obscurum debet interpretari contra pro-
ferentẽ, * hic autem interpretatur pro eo, ergo, &c. Sol. glo. duobus. mod. ut habes in ca. Tu dic, q̃ l. ueterib. ſ. de pac. loquitur in pactione obscura, & ambigua, hæc in pactione certa, & clara. Ista enim interpretatio, quæ fit hic, est propria uerbi significatio, cui stare debemus in dubio. l. non aliter. ĩ. de leg. iij. Sed quando uerbũ, seu oratio habet plures significationes, tunc loquitur lex cont. &c.

* *Proferentem. l. stipulatio ista. §. in stip. de uerbor. ob. Et secũdum promittentem: l. si ita stipulatus fuero decem. eod.*

I. Con. B.

LEX XXXIII.

a QVI INSVLAM.[a] Refectio necessaria, quæ impedit habitationem conductoris, inducit remissionem mercedis pro rata, non necessariò obligat locatorẽ ad interesse.

ADDITIO.

a *Insulam. Gl. & ibi Bar. l. si duo. §. cùm inquilinus. ff. uti poss. uer. c. testari. in fi. & quæ dixi in l. ædem. C. eo. post Bar.*

§. AEDILIS. Conductori fit remissio mercedis pro rata temporis, quo re frui non potest, etiam si alteri gratis concessit. Et sic supplet precedentem casum, qui loquitur, qñ conductor cõcessit alteri non gratis, &c.

1 *Roncino conducto, non licet imponere ualisiam.*

a §. QVI MVLAS.[a] Qui animal conductũ onerat pon-
1 dere grauiori, hac actione tenetur. † No. casum contra eum qui imponit ualisiam roncino conducto ad uecturam, cùm solum locetur ad portandum pondus hominis, &c.

ADDITIO.

a POMA. *Mulas. Cor. in iij. fin. uer. omnis.*

1 *Quando uideatur actum, q̃ ante opus perfectum debeatur tota merces.*

a §. QVI AEDEM.[a] Pensio quæ præstatur ad mensurã,
b tantum pro rata operis facta peti potest. Opp. pensiò non debetur[b] locatori, donec contractũ in totum impleat ex parte sua, ut ſ. eo. l. sed addes. §. si quis. & no. C. eo. l.
1 ædem. ĸ. quãdoq̃ † pretium constitutũ est in pedes singulariter, & tunc uidentur tot locationes, quot sunt pedes, ideò potest mensurari illud quod est factum, etiam si nõ est opus perfectum, ut hic, secus si in totum opus esset locatũ una mercede. Quod intelligitur uerum, nisi consuetudine
c uel qualitate personę aliud præsumatur.[c] Quid enim si tu cõduceres operas alicuius pauperis hominis, ut faceret tibi domũ magnam, & sumptuosam, quam certũ est se non posse facere, nisi minutatim des sibi pecuniam. Certè uidetur agi tacitè, ut etiam ante opus perfectũ sibi pecuniã minutatim præbeas, arg. ſ. man. l. si uerò non remunerandi. §. si cum. l. seq. & ĩ. de reg. iur. l. semper in stipulatu. & quod ibi no. Idem si esset consuetudo, ut l. quod si nollit. §. quia assidua. ĩ. de ædil. edic. Facit ad hoc l. exceptio. C. eo. gl. & doct. l. ij. C. eo. &c.

ADDITIO.

a P. PAV. P. *Qui ædem. Ang. cons. clvj.*

b *Debetur. Gl. & doc. l. ij. C. eo. Bar. l. j. §. diuus. uer. ulterius quæro. ff. de nar. & extraor. cog.*

c POMA. *Præsumatur. Alex. l. diem. ff. de offi. assẽs.*

§. COLO-

a §. COLONVS.[a] Exceptio uiolentiæ intelligitur de ea quæ infertur ab extraneo, non de ea quæ à se uel à suis infertur.

ADDITIO.

d *Colonus. Dixi post Bar. l. iij. §. quæsitum. ſ. si quis cau. uide tamen l. si tibi domum. in prin. ĩ. eo. & quod ibi no. & quod ibi dixi post Bar. Vide Ro. sing. xxix. & An. cons. lxxiij. & ibi. addi. Ro. sing. incip. si quis promisit. dicens quòd si quis conuenit, ut teneatur de incendio, tenebitur nihilominus si fiat per suam familiam.*

LEX XXXIIII.

1 *Oneris aduersi actio est proprium nomen actionis.*

2 *Hæc act. hodie locum non habet.*

IN NAVE. Actio oneris aduersi nõ habet locum in re, quæ remanet locatoris, & cum actione alia nõ cõcurrit. Item debitor quãtitatis respectu certæ speciei liberatur, si illa species casu periit. Primò ponit thema, & quæstionẽ. Secundò ponit quędã argumenta facientia ad determinationem quæstionis. Tertiò determinat quæstionem. Secunda ibi, respondit. Tertia, ibi, fm quæst. In tex. ibi, non uidet onus esse aduersum, ut ſ. detur actio oneris aduersi, quæ locum habet, ubi contingit casus in re, quæ remanet locatoris, & hoc sequitur dum dicit. Quippe q̃ nautæ fuissent, q. d. ista hẽt locũ, qñ remanet res locatoris. Ibi, oneris aduersi, q. d. hic oneris aduersi cũ alia nõ cõcurrit, sed ita datũ esse. Opp. q̃ ista lex sibi cõtradicat, Nam cũ in prin. dicat, q̃ red
dat de cõmuni, posteà dicat, q̃ frumentũ est Saupheli. Gl.
soluit pluribus modis, Tene ultimam sol. dum dicit de cõ-
a muni, hoc est, de cõmuniter dato.[a] item opp. ad fi. l. uidetur q̃ Sauphelus teneatur de casu fortuito, l. incendiũ. C. si cer. pet. Sol. hic tenebatur in genere respectu certæ speciei, hoc est, illus frumenti quod erat in nauí, meritò illa specie perempta liberatur, ut hic. & l. Titiæ textores. §. fi. ĩ. de leg. j. & l. quídam. §. pen. eo. tit. de noxa. l. pe. & l. j. de iure emphy. Vel dic q̃ tenebatur in genere ſubalterno, debebat enim dare de hoc quod in nauí erat. Vnde illo toto genere perempto liberatur, in l. cont. tenebatur in genere generalissimo qđ
b non potest perire, l. in ratione. §. incertæ. ad leg. Fal.[b] † Quę
1 rit utrum † nomen actionis oneris aduersi, sit propriũ no-
c men actionis? Gl. hic disputat, finaliter determinat q̃ sic, & bene, & Io. in arbore facit huic actioni specialem circulum.
2 Sed † quæro utrũ hæc actio hodie locũ habeat? Gl. super uer. superuacuũ. determinat q̃ non, & bene, sed semper habet locum actio ex locato, ergo effectus huius actionis oneris hodie est ſublatus, quia habet locum actio ex locato. Et ideò licet Ioan. in arbore ponat istam actionem, non tamẽ punctuauit eam, nec ſuam naturam seu materiam posuit, quasi sentiret quòd hodie locum non haberet. Vltimò no. illam distinctionem, q̃ rerum locatarum duo ſunt genera, scilicet, q̃ reddatur idem, uel tantundem, ut in prin. huius l. & c. tene menti, &c.

ADDITIO.

a POMA. *Dato. Alex. l. q̃. te. & ibi mod. ff. si cer. pet. Are. l. Titiæ textores. §. fi. de leg. j. Alex. si ex legati causa. ff. de uer. ob.*

b POMA. *Fal. Ias. §. actionum. Inst. de act.*

c P. PAV. P. *Vtrum. Ias. §. actionum. inst. de act.*

LEX XXXV.

1 *Conductor ad decem annos, dicitur habere ius in re, & non potest expelli per singularem successorem.*
Idem quando locator obligauit omnia sua bona.

2 *Cõductor, ut nõ expellatur de locatione, etiam si bona uendãtur, consiliũ.*

3 *Colonus ut cogatur stare in locatione, cautela.*

a QVI FVNDVM.[a] Successor singularis nõ tenetur
1 ſtare colono, nec colonus ei. Istud q̃ hic dicit in plures annos, intelligę in pauciores decem. Nam † si in decem annos, tunc conductori quæreretur utile dominiũ, l. j. §. si ager uectig. & l. j. de ſuperfi. & sic haberet ius in re, un-
b de non potest repelli[b] ab ipso emptore, uel legatario. Et ídem uidetur qñ de locatione est factũ instrumentũ, & dñs
c obligauit conductori omnia bona sua, pro dicta obseruare, tunc enim colonus põt dicere, Ego sto in fundo isto iure Bar. ſuper ff. uet. pignoris, & hypothecæ pro interesse meo. ** Hypotheca autẽ est ius reale, l. pignoris. ĩ. de pig. & sic transit ad quemcunq̃ ſuccessorem, tñ oportet q̃ conductor anteq̃ compellatur, incipiat possidere, seu detinere iure pigno-
ris. Nam ex eo q̃ tenet iure conductionis, po-
test repelli, ut hic, & l. emptorem. C. eo. & l. ní-
2 hil proponit. ĩ. de leg. j. & ideò † est consiliũ, & iam feci fieri, q̃ in instrumẽto apponat, q̃ ex nunc colonus, uel inquilinus detineat dictã rem iure pignoris, uel hypothecæ pro obligatione prædicta. Materiã istam doc. ponũt in d. l. emptorem. & dixi in d. l. si filio. §. fi. ĩ. so-
d mat. Venio ad ij.[d] partem, dicitur hic, q̃ colonus non coga tur ſtare in conductione legatario, uel emptori re uendita, uel legata. Istud uidetur uerũ ſimpliciter, nõ distinguendo utrũ conduxerat ad modicũ tempus, uel magnũ, quía sem per ex parte coloni, uel inquilini actio est personalis, quæ in ſingularẽ ſucceſſorẽ non tranſit, & hoc procederet, uen-
ditione, uel legato ſimpliciter facto. Sed si in instrumento
3 † apponeret, prout consuetũ est, uendidit rem, & omne ius omnemq̃ actionẽ realem & personalẽ, quę cõpetit in dicta re, uel pro dicta re, uel eius occasione, faciens eum procuratorẽ in rem suã, &c. tunc eũ emptor posset agere actione ſibi ceſſa, & ceſſaret rõ hic posita, quæ dicit, q̃ hæredis, &c. ní hil interest eũ uenditoris postq̃ ceſsit, oẽs actiones ſaluas esse, aliàs teneretur, ut ſ. de hære. uel act. uend. l. ſi nomen.

ADDITIO.

a POMA. *Fundum. Limitat. Alex. cons. cxviij. uol. v.*

b *Repelli. Bar. d. l. emptorem. & in d. l. ſi filio. in fi. & quod ibi dixi post Bal. & Bal. l. j. §. quod autem ait prætor. de ſuperficie.*

c POMA. *Legatario. Alex. & mod. l. filio. §. fi. hic alleg. ff. ſol. mat. Alex. & alij, l. qui absenti. §. j. ff. de acq. poſ. Alex. conſ. cxviij. ij. dubio. uol. v.*

d *Ad ij. No. q̃ colonus non tenetur ſtare in conductione, re in alium translata, quod limita, ut hic per Bar. Item limita niſi pactũ factum fuerit inter emptorem & uenditorem, q̃ penſiones deberẽtur emptori. l. inſulam. in prin. & ibi no. Bar. ĩ. eo. & ibi dixi.*

LEX XXXVI.

a SI FVNDVS.[a] Si conductor frui non potest absque culpa locatoris, fit remissio mercedis pro rata, si locatoris culpa interueniat, ad totale interesse tenetur.

ADDITIO.

a *Fundus. Bal. l. j. uer. vj. opp. C. de ſen. quæ pro eo q̃ intereſt. dixi post Imo. l. ſi filio. §. fin. ĩ. ſol. mat. Lud. l. ſi quis arbitratu. de uer. ob. Ro. conſ. clxxvij. Bal. conſ. ccxvj. iij. lib. Bal. l. diuortio. in prin. ubi Ias. ff. ſol. mat. Imo. conſ. lxxxiiij. Ro. ſing. ccccxxxvj. Soc. conſ. lxxxviij.*

1 *Faciens & fieri faciens, an pariter teneantur.*

§. NAM ET SI. Opp. post uenditionem, periculũ est emptoris, ſ. de peric. & cõmo. rei uend. l. necessariò. in prin. Sol. dicit gl. fallit hic qñ prædium publicatur. Tu dic, ut l. cont. opp. l. Lucius. ĩ. de euic. Sol. ibi casus contin-
1 git post traditionẽ, hic ante. Venio ad uer. nam etſi. & † no. bene ista uerba, q̃ pariter tenetur faciẽs, & fieri faciens, qñ ipse prohibere potest. l. fluminum. §. quanq̃. ĩ. de dam. infec. & sic debet intelligi l. in illa ſtipulatione, per te non fieri. ĩ. de uer. ob. facit ſ. eo. l. qui in ſulam. §. fin.

LEX XXXVIII.

ET HAEC DISTINCTIO. No. diſtinctionẽ huius l. Et aduerte ad legẽ ſuperiorem, circa uer. quem-
admodũ, inquit, ego dubito. Loquit enim ibi de eo qui locauit in ſulam fabricandam, & in ſula corruit, nam si bene respicis, iſte qui appellatur locator, propriè est cõductor, ipse enim dat pecuniã, & cõducit operas alterius ædificantis. Vnde si ſolum corruit, euenit casus ex parte ipsius conductoris, qui hic appellatur locator, & sic debet teneri ad totam mercedem. ſ. eo. l. ſed addes. §. cùm quidam. Dixi in l. ſi uno. §. item cum quidam. ſ. eo. Sol. Intelligas hic, q̃ ſi le qui debebat ædificare in ſulam, postq̃ ſolum corruit, locauit operas ſuas alij, aliàs deberet haberet totam mercedem, ut ſ. eo. l. ſed addes. §. cùm quidam. §. fi.

1 Locatio facta ad colendum fundum in certa parte pro indiuiso, tenet.
2 Dominus fundi, p certa parte pro indiuiso pōt locare totū locādo utiliter.
3 Colonus non potest fundū ita exfructuare ultimo anno, q fructus anni sequentis extenuentur.

a §. CVM FVNDVM.[a] Inter socios eiusdē rei si fit locatio alteri⁹ anni, habet locū actio ex locato & cōducto,
b & etiā actio quæ ex cōmunione descendit.[b] No. ex isto
1 §.† q cōsistit locatio ad colendū fundū in certa parte, p indiuiso. Sed cont. quia opus nō pōt promitti fieri, nisi certa parte, p indiuiso. l. stipulationes nō diuidunt. ff. de ver.ob. ergo nō pōt locari, p certa parte, p diuiso. Sol. istud esset uerū, nisi conductor haberet potestatē ædificandi in alia parte, uel quia dñs, ut hic, uel quia ab alio dño conduxerat eadē
2 ratione. Puto tū, † q ille, qui est dñs pro certa parte, pro in-
c diuiso pōt locare totū fundū,[c] si utiliter faciat, quia tale est nego tiū, qd, p parte expediri nō pōt. l. hæredes. §. si unus. ff.
3 fa. erc. dixi in l. si cōes ædes. ff. de neg. gest. † Itē no.[d] diligēter
d casum huius §. cōductores, q in fi. anni[e] ita fundū exfru-
e ctuāt, q fru. añi sequētis corrūpant, qd' no. & tene mēti. &c.

ADDITIO.

a Fundū. No. ex isto §. ibi qa dominus, ut hic, q, qui est dominus partis pro indiuiso, pōt locare totū fundū, si utiliter facit. Bal. l. j. C. qui test. fac. poss.
b POMA. Descendit. Aret. cons. cxxvi. l. serui electione. §. Labeo. & ibi Ale. & Bar. de leg. j. Floria. l. Sabinus. ff. cōm. diui. Aret. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uer. ob.
c P. PAV. P. Fundum. Are. l. duo fratres. ff. de acq. hær. Alex. l. serui electione. §. j. ff. de leg. j.
d No. l. pen. de usu. leg.
e P. PAV. P. Anni. laſ. l. si quis nec causam. §. fi. j. col. ff. si cer. pet.

LEX XXXIX.

1 Quando quis suscipit in se periculum operis, intelligitur quousq; opus approbetur.
Conductor roncini restituens eum domino, & dominus eum ut sanum recepit, si sciebat uitium, quod conductor est liberatus.
2 Si Merces fiendi præstatur ad mensuram, periculum est conductoris, donec mensuretur.
3 Locatorem operarum casus superueniens quando excusat.
4 Quādo dominus est in mora mensurandi opus, periculū spectat ad ipsum.
5 Qui suscipit in se periculum, per hoc non tenetur de casu fortuito.

a OPVS. Qui suscipit in se periculū operis, tenet quoad opus approbet, & qui debet opus ad mensurā,
1 tenetur quoad mensuret, qd' intelligit[a] de periculo saltē culpa leuissima cōtingente. h. d. †. No. diligenter, q qñ quis suscipit in se periculū operis, intelligit quousq; approbetur. Et istud facit, q si cōductor roncini restituat equum dño, & dñs recepit eum tanq; sanū, q ex tūc conductor nō teneat. Intellige si dñs sciuerit uitiū, secus si in restitutione illa fuerit deceptus. l. iij. §. in hac. ff. de trit. & l. & eleganter. §. non solū. ff. de dolo. doc. l. exhibitionis. C. ad exhiben. Eodem modo intelligit hic, qd' est uerū, si approbatione dñs
2 fuerit deceptus. Secūdò no. † q si merces est præstanda ad mensurā, periculū est cōductoris, donec mēsuret, sicut in uēditione periculū est uēditoris, donec mensuret, l. qd' sæpè §. si res. ff. de cont. emp. Sed p̄ hoc uidet, q si bene respicis legē hanc, hic appellat locator impropriè ille, q debet pecuniā, s. dñs. Cōductor uerò appellat ille, q dēt operas, propriè,

* Abutimur. Vt fecit Imper. l. si domina. C. de usuf. l. ij. C. eo. loca. l. Con.

ergo dicere, locator operarū suarū: sed sæpè his uocabulis abutimur. * l. ueteres. §. j. ff. ti. j.
3 Hoc præmisso † qñ aliquis locat operas suas, casus superueniens excusat eū, & facit quòd debeat habere integram mercedem. l. qui operas. ff. eo. & periculum rei ad eum uullo modo spectat. Sol. hic non debebat operas simpliciter, sed ad certū opus habebatur respectus, q debebat resultare ex operis. Si ergo opus corruit nullas operas præstitisse uidetur, sicut si nauis periit. l. si uno. §. item cùm quidam. ff. eo. Igitur nihil debet habere de mercede. Tertiò no.
4 † q si dñs est in mora mēsurandi, uel approbandi opus, q tenetur, & ideò sit cautus operarius, ut hoc protestet. Quar
5 tò no. † casum expressum, q suscipere in se periculū,[c] non
c facit quē teneri de casu fortuito, ut gl. hic dicit, de quo plenè in l. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. Dic, ut ibi.

ADDITIO.

a POMA. Intelligitur. Ro. cons. ccxcvij.
b Locator. Bar. l. ij. C. eo.
c P. PAV. P. Periculū. Istud nō procedit, quādo per aliquod uerbū non posset opponi, nisi importaret casum fortuitū. l. Item cū quæritur. ff. loc. Ro. sing. ccccxliij. Bar. l. iiij. §. quæsitū. ff. si q̄s caut. Cō. cons. clxxxv. incip. j. co. ad fi.

LEX XL.

SI PRIVSQVAM. No. ex hac lege à p̄rio sensu, q casus supueniēs non liberat à pœna præcedētis culpę, & sic sufficit ab ihitio interesse, l. q aūt. §. j. ff. si quis cau.

LEX XLI.

QVI OPERAS. Locator oparū debet habere mercedē totius tpis, si per eū nō stat. Idē in aduocato. h. d. De materia uidisti is plenè in l. si uno. §. itē cū qdā. ff. e.

LEX XLII.

a NON SOLET.[a] Gl. legit istā l. duo. mo. Primò, q si dñs p̄duxerit rē suā, q sibi nō p̄iudicat, de quo plenè in l. si aliquā rē. de acq. pos. Scd'o mō legit, qñ q̄s rē suā locat alicui, tūc nō trāsfert dñiū. Fallit in l. i naue. ff. e.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Solet. Ex locatione tamē in longū tēpus, uel in perpetuū, trāsfertur possessio naturalis, Alex. cōs. j. in iiij. uol. Bar. l. j. ff. si ager uect.

LEX XLIII.

1 Custodiā q, p̄misit, tenetur ad arctissimā diligētiā, & nō de casu fortuito.

a QVI MERCEDEM.[a] Qui promisit custodiā, teneť de periculo, & damno dato ab alio, q potuit per cu-
b stodiam reparari[b]. h. dicit cum l. seq. †. No. q qui pro
1 misit custodiam, tenetur ad arctissimā diligentiā, & non de casu fortuito, sed de leuissima culpa tantum.

ADDITIO.

a Mercedem. Cast. l. dominus horreorum. j. eo. Ro. sing. xxxj.
b POMA. Reparari. Ro. cons. cclxxxix.

LEX XLV.

SI LOCATVM. Hæc actio concurrit cū actione furti, & l. Aquilia, tamen altera quis debet esse contentus, hoc dicit cum l. seq.

LEX XLVII.

1 Pedagium exigendi ius locari potest.

a LOCARE.[a] Opp. l. arboribus. ff. de usuf. & §. minus. Inst. de usu. & hab. So. ut in gl. q illud in seruitutib. p̄sonalib. hic in realibus. Et est ratio, quia seruitutes reales sunt iura prædiorū, ut l. qui aliena. §. fi. ff. de neg. gest. Et ideò non habenti prædiū non possunt deberi, ut cōmunia prædiorū. l. j. Vtilitatē enim prædiorū recipiunt. l. & Attilicinus. ff. de ser. rust. pred. meritò ille qui habet seruitute realē, non pōt eam concedere alteri, quia cohęret prædio suo, si aliter uteretur, non respiceret utilitatē prædij sui. Secus in
b seruitutib. personalib. quia mihi utilitas est, si possum loca
1 re usumfructū, sicuti ego utor & ex hoc dicendū est,[b] q † iu
ra quæ cohærent solo, non tū ad utilitatē soli, uel territorij,
c possunt locari, ut puta, ius percipiendi[c] pedagiū. l. fi. C. de uectig. & cōmiſ. Dixi plenè in l. cotem. §. fi. de publica. & ibi examinaui, quando uenditor, uel locator locat pedagiū quid transeat, dic ut ibi plenè dixi.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Locare. Ro. cons. clj. & Alex. cons. xxxiiij. col. j. uol. iiij. Cas. ponit q, usurarius non possit alteri locare.
b P. PAV. P. Est. Alex. cons. xxxij. co. j. uo. iiij.
c Percipiendi. Bal. l. si ea lege. in fi. C. de usur.

LEX XLVIII.

a SI TIBI.[a] Damnum datum à seruis locatoris, non uenit in hac actione.

ADDITIO.

a Tibi. Adde tamen q, in incorporalibus uenit etiam impatientia familiæ. l. in cuius. si serui uen. Bal. auth. & qui. de bo. auto. iud. poss. & l. qui in sulam. §. fin. ff. eo.

§. SI HOMINEM. Damnum datum ab homine locato, non uenit in hac actione, si locatori nihil potest imputari.

LEX

LEX XLIX.

a SI QVIS CONDVXERIT.[a] Non ualet cōductio uno nūmo. Opp. j. de iur. dot. l. si usus fructus. Dicit gl. Sol. ibi speciale, quia fit ex necessitate, cùm res non est digna mercede maiori, & ideò nō habet instar donationis. Et ex hoc sequitur, q si quis conduceret unam rem non dignam maiori mercede, tunc ualeret conductio. dixi in l. si quis antè. §. fi. j. de acq. pos.

ADDITIO.

a Conduxerit. Bal. rub. C. de iure emphy. de locatione facta uno nummo, &c. cons. ult. Car. Zabba. Fulg. Sal. In uol. Pet. de Anch.

LEX L.

CVM APPAREBIT. Ex hoc cōtractu possunt constituí duo rei, nec habebūt beneficiū diuisionis sm ista tēpora, sed beneficiū cessionis sic. Hodie uerò habēt beneficiū diuisionis, per auth. de duo. reis. in corpe, &c.

LEX LI.

SI CVI LOCAVERO. Potest quis locare q cōduxerat, & in hac actione contra non restituentem iuratur in litem.

LEX LII.

SI IGNORANS. Qui ignorat qualitatē personæ, non punitur si cum eo contraxit tanq; cū quolibet, facit ad q. q qui percussit clericū incedentem more laici in habitu seculari, non tenetur. dixi in l. item apud Labeo. §. si quis uirgines. j. de iniur. Dic ut ibi dixi, &c. hic non sunt alia dicenda.

LEX LIII.

EA LEGE. Pactum appositū pro locatione, non extenditur, ut ei noceat.

a §. LOCAVI.[a] Qui locauit operas suas, ut certū opus faceret, teneť de operis uitio, siue una pensio, siue in singulos dies præstita fuerit. Qui aūt operas suas singu-
b lis diebus locat, nec ad certū tempus se adstringit, de uitio operis[b] non tenetur. Item no. q nō refert an soluatur una pensio, an in singulos dies. Quod intellige quantū ad distinctionem huius §. ne conductor de uitio teneatur. Secus quo ad alios casus, dixi in l. qui in sulam. in fi. §. eo. &c.

ADDITIO.

a Locaui. Bal. l. ij. C. eo. tit. &c.
b Operis. Sed istud intelligendum est, si sine dolo fecit, aliàs non, secundum regul. ciuñ non debeant contrahentes se dolo decipere. l. sed & si pupillus. §. sed aliàs. ff. de insti. & l. item si pretio. §. quemadmodum. ff. eo. cum si. &c.

LEX LIIII.

SI DECEM. Si in quantitate mercedis erretur, statur uoluntati eius qui mercedē recipere debet. Opp. l. j. §. si stipulanti. j. de uer. ob. Sol. ut in gl.

LEX LV.

QVI FIDEIVSSOR. Qui fideiubet pro conducto re conductoris, non tenetur principali domino.

LEX LVI.

1 Fideiubens in omnem causam, intelligitur sortis, & usurarum.
2 Bonæfidei in contractibus ueniunt usuræ officio iudicis.
Iudicis officium non præsupponit obligationem.
3 Fideiubens pro accusato, uel inquisito, tenetur etiam ad pœnam quæ infertur propter negationem maleficij, uel solutionis non factæ in terminum.
4 Indemnitatis promissor obligatur ad sortem, & ad usuras.
5 Fideiussor simpliciter acceptus, an uideatur intercedere in omnē causam.

QVAERO. Fideiussor qui in omnem causam intercedit, uel fideiubet iudicatū solui, uel indemnitatē promisit, tenetur ad sortē & usuras, etiā officio iudicis uenientes. Vel breuius. Qui fideiubet in omnē causam, tene-
1 tur de usuris, & omni quantitate. † No. q qui fideiubet[a] in
a omnem causam, intelligit tam sortis q̄ usurarum. † Secun-
2 dò no. q in contractib. bonæfidei ueniunt usuræ officio iudicis, non iure obligationis, & sic officiū iudicis obligationem nō præsupponit, l. qui per collusionē. §. j. ff. tit. j. Item dicitur hic, q qui promisit iudicatū solui, intelligitur promi-
3 sisse tam super sorte, q̄ super usura, quod † est no. pro his[b]
b qui tota die fideiubent pro accusatis, uel pro inquisitis, ut Bar. super ff. uet.

non solū teneant ad pœnā maleficij, sed etiā ad pœnā quę infertur occasione negationis ipsius maleficij, uel etiam solutionis non factæ intra terminū, sed p̄ §. de in lit. iur. l. j. &
c ibi dixi. Quartò no. [c] q ille † qui promisit indemnitatē, ob
4 ligatur ad sortem, & ad usurā. C. si ma. indemni. pro. l. j. & ij. Et aduertendū est, q iste qui indemnitatē promisit, differt ab alijs fideiussorib. Nam hic etiam sm iura antiqua non poterat cōueniri, nisi discusso principali. Hoc enim ipsum uerbū sonat, promitto indemnitatē, hoc est, illud qd' ab illo consequi nō posses. l. stipulatus. §. j. ff. de v.ob. & C. de sen. quæ sine certa quantitate. l. j. C. de conue. fisci deb. l. j. li. x. VI
5 timò gl. hic tractat † materiā, utrùm fideiussor simpliciter acceptus, uideatur intercedere in omnē causam? Et ista est materia. l. centum Capuæ. ff. de eo q cer. loc, dic ut ibi. Et gl. hic distinguit omnes casus clarè, & aptè, quia aut fideiussor intercedit in sortem tantum, &c. quam gl. uide, &c.

ADDITIO.

a POMA. Fideiubet. l. Græcè. & §. post litem. uer. an ergo. in uer. totius. ff. de fideiuß.
b His. l. j. de in litem iur. & ibi ea quæ dixi, adde quod ibi posui.
c No. Bal. l. j. C. de his quæ in frau. cre. ubi idem tenet, etiam si fuerit renunciatum beneficio de fideiuß. quia istud uenit ex natura obligationis. & idem Bal. l. si pro ea. C. materia. xij. q. & ibi hoc ponūt mod. l. cū eorū. C. de sent. & auth. præsente. de fideiuß. Bar. per istum tex. l. imp. §. fi. j. de admi. re. ad ciui. pert. gl. l. j. C. de cōue. fisci. deb. gl. j. hic alle. & tex. ibi gl. fi. l. j. C. de decu. lib. x. Bar. per illū tex. l. pater. in prin. j. de dote præleg. q, talis promittens indemnitatē, compellitur suscipere uduciū. Alex. cons. xxxij. co. j. uol. iiij. & cōs. cxxvj. iij. uo. & cōs. cxiiij. uo. iij. ubi dicit q, ille, cui est promissa idoneitas, non potest agere contra promittentem, si aliunde potest conseruare. & Ana. cons. clxxviij.

1 Promittens non petere reductionem ad arbitrium boni uiri, poterit tamen peti, si iniquè fuerit arbitratus.
Promittens filium nō exhæredaturū, intelligitur, nisi causam exhæredationis dederit.
Promissio de non offendendo, intelligitur nisi causam dederit.
In cōtractibus, in quibus ultro citroq; promittitur, quis non tenetur ad pœnam cum effectu, si omnia non sunt seruata per partem.
2 Colonus non debet expelli intra biennium, & quando intra triennium.

a §. INTER.[a] Promissio de nō expellendo, intelligitur si
b colonus in solutione pensionis per biennium non cessa-
1 uerit. Facit ad multa, [b] l. promisi sub pœna non petere
† arbitramentū reduci ad boni uiri arbitriū, q si fuerit iniquè arbitratus, q reducere possim, quia debet intelligi, si equè fuerit arbitratus, ut hic, & l. si libertus. de oper. lib. Dy. c. scienti. ext. de reg. iur. lib. vj. Dixi plenè in l. societatē. §. arbitrorū. ff. p soc. Item si promisi filiū non exhæredare, intelligitur, nisi cām exhæredationis dederit. l. quidā cum filiū.
c j. de uer. ob. Item si promisi te non offendere, [c] intelligit, nisi cām offensionis cōmiseris. l. qui seruū. j. de uer. ob. Et generaliter notandus est iste §. ad oēs cōtractus, in quibus ultro citroq; aliquid promittit, ut quis non teneat ad pœnā cū effectu, si per aduersam partē omnia seruata nō sunt. l. Iul.
2 §. offerri. ff. de ac. em. † Item no. q colonus non debet expel
d li intra biennium. j. e. l. cum dñi. Opp. [d] C. de iur. emph. l. ij. gl. nō declarat plenè istā materiā, & ideò dicas, Aut loqueris in emphyteuta, aut in simplici colono. Primo casu, aut est emphyteuta priuati, & requirit q cesset per triennium. l. ij. C. de iur. emph. aut est emphyteuta ecclesię, & tunc sufficit biēnium. C. de ss. san. ec. auth. qui rem. Aut loqueris in simpli-
f ci colono, tūc aut est facta, p̄misio de nō expellēdo, & tūc
e non pōt expelli, nisi cessatū sit per biennium, [e] ut hic. Aut hęc
f p̄misio [f] nō est facta, & tūc aut colonus, uel inquilinus est
g præsens, & etiā cessat soluere, & tūc statim pōt expelli, [g] C. e. l. ædem. & j. eo. l. pe. in prin. Aut est absens, ita q nō reperit, & tunc debet expectare per biennium. l. cùm domini. j. eo.

ADDITIO.

a P. PAV. P. Inter. Alex. cons. cccclxxxiij. Item q, colonus, uel inquilinus possint per dominū propria autoritate expelli, Berta. uer. emphyteuta solū debet, ibi addidi, & ibi etiā quid si possessio reperiatur penes tertiū, de quo etiam in l. si quis cōductionis. tit. eo. istū §. allegat Bar. l. cū mota. C. de transac. ubi uide, in prin. No. q, ex isto §. potest sumi regula, q, ubi aliquis uult pete

tere aliquid ex aliquo cõtractu, debet ante omnia probare se adimpleuisse omnia deducta in cõtractu, ex sua parte. Bar.cons.xij.co.j.uo.ij. Item no.q. non adimpleti non est adimplendum. Quod procedit etiam si interuenisset iuramentũ, tex. & ibi Bal.c.peruenit.de iureiur.

b *Multa.l. Iul. ſ. de cond.ind. Bal.l.j. in ul.co. C.de usuf. Bal.c.j.in ti.qualiter do.feudi proprie. prine. q. qui non facit qd'debet, nõ recipit qd'oportet. Ista enim est natura pœnarũ, siue legaliũ, siue conuentionaliũ, quia liquida debet esse causa, ut pœna petatur, per illũ tex. & l.non erit.ff.de iureiur. In pœnis enim liquidis, sana debet esse probatio.l.in testamento.la grande, de cond. & demon.l.cùm par delictum.§.illi debet.ff.de reg.iur. & ideò semel habui consulere, q. cum agens ad pœnam, fecerit aliquod pœnale, ut in pœnam reincideret, quia non adimpleuit contractũ ex parte sua, sequitur q. non potuit agens petere pœnã. Et ideò bene dicit Pau. Apostolus, Probet autem se ipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Bene facit d. §.offerri. Ille enim qui pœnam petit, debet esse extra omnem culpam.l.cum pater.§. libertis. de leg.ij.lnn.c.mandatũ.de resc. Bal. & Sal.l.cùm proponas. C.de pac. Frustra enim quis implorat auxilium, quod ipse nõ seruauit. c.ex eo.de reg.iur.in vj. & in c.frustra.e.tit. Bal.auth.dos data. C.de dona. ante nup. Quõ ergo inquit, te habeam in principẽ, cum tu non habes me in senatorẽ. c.esto subiectus.xcv.distin. & dixit Bal.l.non erit.de iureiur. arg. illius tex. q. si reus non uult respondere positionibus actoris, nec actor positionibus rei, q. tota mora imputatur actori. Vide ibi gl.in tantũ, q. agens debet probare, se impleuisse ex sua parte, si uult pœnã, arg.l.si pater. C.de ac. emp. & ibi Bal.l.q. pendentẽ. ſ. de act.em. & ideò dixit Raph. Fulg.l.filiæ. C.de colla. q. si ago ex empto, & non dico solutũ pretiũ, uel non offero, q. nõ procedit libellus.ibi Bal.Bar.l.eũ qui ita. §. qui ita. de uer.ob. & l.lecta. si cer.pet. & l.excepit.de prob.C. & in l.si unus.§.pact.de pactis. & Bal.d.l.si pater. & d.l.Iul.§.offerri. Frangẽti.n.fidem, & c.d.l.cũ proponas.l.qui cum maior.§.si libertus.uer.ignoscendũ est. Si uoluit se ulcisci. ff. de bo.lib. in l.qui fidẽ.ſ. de trans.Bal.l.cũ proponas.C.de nauti.fœno.ubi dicit, si promisi non inquietare aliquem, procedit, nisi causa inquietationis procedat ab eo.Bar.l.j. §. cum arietes.si quadrup.pau.feciſſe dica. & in d.§.si libertus. & Abb.c.bonæ.el secundo, de elect.c.peruenit.de iureiur.*

c POMA. *Offendere. Pan.cons.lxj.j.col.uol.ij. & cons.lxij. in fi.eo.uol. Ro. cons. ccxj. Alex.cons.lij.uo.ij. j.col.ubi dicit q. ista uerba, promitto te non molestare, intelligãtur, nisi illa molestia oriatur ex natura cõtractus. Barb. cons.lix.uo.j.Fel.c. causam quæ.de resc. Alex.cons.cxiij.uo.ij.*

d *Opp. Aliter loquitur Bal.auth.qui rem. C.de sac.eccl. quem hic refert Ca.in fi.huius l.ibi, est autem colonus, &c. quando colonus, uel inquilinus nõ soluens possint expelli, & quo tempore dicitur cessare soluere? Bal.l.ædem. C. loca. & ibi etiam quando intelligatur istud biennium, Bar. & Imo.l.in uestigalia.§.j.ſ. de pub.*

e P.PAV.P. *Biennium. Alex.cons.cvj.uol.iij.limitat, nisi conductor iurauerit, Mar. Ant.Baur.in tract. de iur.iur.uer.x. Item & de intellectu huius §. uide Bar.hic Ias.auth. qui rem. C.de sac.eccl. Et quo procedat decisio huius §. ubi adest iuramentum, Alex.cons.ccclxxvij.de quo ſ.*

f POMA. *Promissio. Alex. cons.cxxxj.in j.col.uol.iiij. & cons.cxvij.ul.col. eo.uol.Pan.cons.lxxij.ad fin.in j.uol.Bal.c.querelam. & ibi Fel.de iureiur. Alex.cons.lxxxv. uo.j. & cons.lxxvj.uo.v. & cons.cv. uo. iij. Ias.l.ij.C.de iur.emphy.*

g P.PAV. P. *Expelli. Tamen non priuatur in usum totius temporis, sed solùm pro eo anno, quo non soluit, non pro alijs si uelit soluere. Bal. c.querelam. ad fi.de iureiur.*

§. PAVLVS. Æstimatio facit transire periculum rei in accipientem. Vidistis in l.cùm fundus.ſ. e. uidebitis in l.j.ſ. tit.j. & tene mẽti hanc l.pro bestijs, quæ dantur mezadro, seu Ozallo æstimatæ, &c.

LEX LVII.

1 *Locator domus quando teneatur ad custodiam.*
2 *Merces qui in horreo ponit, si ibi ponit custodes, an uideatur renũciare custodiæ debitæ per dominum.*
3 *Qui habent notitiã domus, sunt suspecti, quando domus frangitur, & tales possunt torqueri.*
4 *Vicini possunt capi per officiales, quando maleficia occulta cõmittuntur.*

a DOMINVS HORREO.[a] Dñi horreorũ nõ tenetur de effractura, nisi custodiã, p̃miserint, custodes tũ
b exhibere tenent. Opp.ſ.e.l.cũ i plures.[b] §.fi.Sol.Qñ ꝙ
1 †quis locat totã domũ, & tũc sine dubio de custodia nõ tenet, ut l.cõt. unde dñi qui habẽt apothecas suas in plateis, & locãt eas, ad nihil tenent. Qñ ꝙ quis nõ locat domũ, sed ipse retinet eã, in ea tñ domo sunt certa loca, horrea fortè, uel cameræ, in quibus alij uenientes reponũt merces suas, & dñs pro hoc aliqd recipit, ipso dño, uel aliquo pro eo retinente clauẽ totalis domus, tũc loquit̃ ista lex, de quo casu gl. distinguit hic optimè, quia si nihil est dictũ, uel dixit se nolle teneri de custodia, tũc ad nihil tenet̃, nisi ut custodes exhibeat, ita loquit̃ hic, tenet̃ tñ sm gl. qñ nihil dicit̃ de dolo & culpa leui, ex natura p̃ctus locationis & cõductionis, sed putarẽ eos magis teneri etiã de leuissima simili, prout dicimus de nauta, caupone, & stabula. ut ſ. nau. caup. stab.
c l.iij.§. ex hoc edicto. & hoc est uerũ, si isti reciperent[c] res ad
similitudinẽ nautæ caup. stab. tũc enim uident̃ custodiã rei p̃mittere, quę p̃missio facit eũ teneri de leuissima, l.q. mercedẽ ſ. e. sed si illo mõ res recipet, tũc uerũ diceret gl. q. tenetur de leui tantũ. Si uerò casum fortuitũ p̃missset spãliter, tenet̃ l.si quis fundũ. ſ. eo. & dixi in l.sed & si qs.§. quæsitũ. si
2 qs cau. & ibi plenè dixi. Quæro qd† si ille, q. merces in horreo ponit, apposuit ibi custodes, utrũ uideat̃ renũciare custodiæ debitæ per dñm horrei, dic ut l.si ut certo.§. si de me. ſ. cõm. & sm prędicta debet intelligi, C.e.l.j. & l.ex diui Pij. Vult
3 no. †ex ista l.[d] q. illi qui habẽt notitiã domus, sunt suspecti,
d qñ domus frãgit̃, ut hic, p̃pter ædificiotũ notitiã, & ideò tales personę de facili p̃n torqueri ad inuestigationẽ ueritatis, ut hic. Et ideò† officiales qñ cõmittunt̃ maleficia occulta, cõsuenerũt capere uicinos, à qb. uerisimiliter põt declarari ueritas. l.si ita. in fi. de fun. inst. & hoc tãgit ibi Iac. de Are.

ADDITIO.

a P.PAV.P. *Horreorum. No. quomodo domus frangitur. Istud tamen intelligit Sal.l.ex diui. in fi.C.loca. solùm procedere in uilibus personis. Bal.l.j. in prin.C.loca. & ibi uide apostillam Alex. ad Bal.*
b *Plures. Bal.l.j.C.eo. Et quãdo quis teneatur pro custodia. Bal.l.ex diui.C.e.*
c *Reciperent. Bal.l.certi. C.eod.*
d *Ista. Vicini sunt suspecti, adeò q. possunt torqueri de facili, Bal.l.j.C.e. Bar. l.j.ad fi.ſ. fur. ad nau. Bal. cons.ccccxlvj. Ro. cons.viij. Ca. cons. cccxxvj. in tertio dubio.*

a §. IN CONDVCTO.[a] Quod inquilinus expẽdit in meliorando domum, potest repetere à domino.

ADDITIO.

a *Cõducto. Quid in emphyteuta, Bal.l.j.C. de iur.emphy. l. colonus. in prin. & quod ibi gl. & Bar.ſ. eo. & Bal.d.l. limitat hic dicta.*

§. QVI. Qui rem cõductam deseruerit ante tempus, domino ad interesse tenetur.

LEX LVIII.

1 *Conductor, quando non apparet, domus conducta debet aperiri, & eius massaritiæ discuti, & describi coram uicinis. & nu.2.*
2 *Item notarius publicus ad hoc dari debet à rectore petenti.*
3 *Conductor non expectatur biennio, quando de sero ingressus fuit domum, & de mane non reperitur, & tunc domus aperitur.*

a CVM Domini. Si cõductores nõ apparẽt,[a] nec soluit̃ per biennũ, possunt domus & horrea aperiri, & quę
1 ibi sunt, coram publicis personis describi.† No. qñ
2 cõductor nõ apparet, debet domus aperiri, & eius massari tię discuti corã uicinis, põt etiã corã publicis personis.† Itẽ
b no. quãdo petit̃ notarius publicus à rectore ciuitatis, de-
3 bet ei dari ad hoc. Itẽ no. † quod debet expectari biennũ, qd' est uerũ, quando constat q. conductor absentauit se. Si enim uisus fuit ingredi domũ de sero, & de mane non reperitur, tũc intra modicũ tempus debet aperiri, quia fortè est infirmus, uel est mortuus, & iacet in domo ut contingit de quodam scholari huius ciuitatis, arg.l.j.§.j.ſ. de ser. fug. & l. requirendi. C. de ser. fug. &c.

ADDITIO.

a *Apparet. Bal.auth.quæ res. C.de sac.ec.in fi.Bal.l.æden.C.eo.uer.secundo. opp.excep.casu huius l.non licet domino rimari in domo inquilini, Bal.l. certi.in prin.C.eo.*
b P.PAV.P. *Not. Alex.cons.cxxxj.col.j.uol.iiij.*

LEX LIX.

a QVI Domũ. Damnũ cõtingẽs ex humore prędicto parieti p̃ terrã appositã, per actionẽ ex locato purgatur.

LEX

LEX LX.

d Quæsiuit. Bal. post Cy. l. si quæ beneficia. C. de diuer. rescrip. Adde tamē, q, in libro rationū, semper requiritur dies & consul. Bal. rub. C. de fid. inst. in uer. uiso de scriptura. ubi ponit, an requirantur testes. Et q, in alia priuata scriptura, nō requiratur dies, tenet Bal. d. rub. An. auth. quod sine. C. de test. etiam si scriptura priuata requirat sigillum, uel subscriptionem, uide Inn. c. fi. de fid. inst. & An. c. ij. de fide. inst. Bal. l. cum antiquitas. C. de test. & ibi expreßius Pau. & Bal. in prin. Digest. in x. q. & sic scriptura priuata non requirit subscriptionem, tamen opem q, subscribens affirmauerit scripturā illā esse suā, l. cū antiquitas. ad fi. per quā se fundant doc. ubi testamētū scriptū manu testamētoris, licet nō requirat subscriptionē, tamē requiritur q, testator affirmauerit, qd' scriptura illa erat scripta manu sua. Bar. hic. Et aduerte dū dicitur, q, in priuata scriptura nō requiruntur anni domini, nec dies & consul. quia Iac. But. quem refert Bal. in proœ. C. §. quibus. tenet contra, quia non debet habere maiorem uim priuata scriptura, quàm publica, sed in publica requiruntur, auth. ut præpo. no. impe. Spe. ti. de procu. §. ratione autem. uer. sed quid in priuato. aliàs quid in mandato? Et respondet ad istum tex. quòd hic sunt duo casus, et unus deciditur. Bal. d. proœ. & in rub. C. de fid. inst. distinguit, q, aut ipsa obligatio potest infringi ex tēpore, aut non. Abb. consi. xcviij. ij. lib. Barb. in repet. rub. de fid. inst.

b P. PAV. P. Consul. Cur. in repe. l. admonendi. s. de iureiu. Alex. cōs. cccxxv. post med. Item q, quomodo ille qui utitur scriptura, habet se fundare in tēpore, & requiritur dies, Ale. con. lxij. post med. Item istud q, dicitur, q, in scriptura priuata nō requiritur dies, uerū est cōtra scribentē, uel eius hæredes, secus cōtrā alium. Math. no. xxiij. Bar. in repe. rub. de fid. inst. Tē quid in literis principis, legibus, statutis et similib. Iaso. l. si qua. C. de diuer. rescr. Circa uerò aliud q̄ ponitur in isto §. de subscriptiōe, uide de eius effectu, in l. cū antiquitas. C. de test. & q, subscriptio nō requiratur, nisi in casibus iure expreßis, Pan. c. j. ex. de his quæ fiūt à præla. sine cōsen. cap. & utrū inferri Bar. super ff. uet.

ptio sit eiusdē effectus, cuius ē subscriptio, An. cō. ccciij. alias. cccvj. in prin. & in fi. Ale. cō. ccxc. Ias. l. si quis ex argentarijs. §. cogetur. vj. no. ff. de eden. eundem latè in l. emptor. §. lucius. ff. de pac. in l. cum antiquitas. C. de test. Nunquid autem præiudicet subscriptio facta lecto tenore scripturæ, & qd si scriptura multa cōtineat aliqua pro aliqua cōtra quæ trahatur? simplex subscriptio? Cast. cons. ccclij. Quid autem de eo qui subscribit schedulæ uacuæ, Fel. c. cum uenerabilis. ad fi. ext. de exce. Et de materia subscriptionis, Fel. c. cum inter. ext. de re iu. & in c. quoniam cōtra falsam. ext. de prob. Nunquid autem sigillum idem importet, q, subscriptio? Fel. c. tertio loco. in prin. ext. de prob. alia multa in materia priuatæ scripturæ, uide ad Bar. l. admonendi. s. de iu. iu. Item q, subscriptio non sit necessaria, quomodo quis scripsit totam scripturam manu propria, Ias. l. cū antiquitas. C. de test. ubi ca. & ibi etiam dicit materia, q, subscriptio tantū operetur, quantū totalis scripturæ schedulæ, uel instrumenti, & quomodo, & de subscriptione & & de eo qui subscripsit schedulæ uacuæ. Bar. c. si quis. de reb. eccl.

c POMA. No. q. Aduerte tamen q, Bar. l. admonendi. s. de iureiu. dum loquitur q, priuata scrip. requirit subscriptionem, eius opin. reprobant ibi doc. istā tanquā ueriorem sequentes, de quibus uide Math. no. xlv. Alex. & Ias. l. cum antiquitas. C. de testa. Lancel. l. quæ dotis. in fin. fol. ma.

d POMA. Fortè. Cont. Bar. l. admonendi. dum loquitur de priuata scrip. ff. de iureiur. licet ibi per doc. reprobetur.

e P. PAV. P. Scripta. Ro. consi. ccciij.

f POMA. Opp. Ale. cōs. cxxxij. ca. post Bal. ibi, in j. const. Pan. consi. xcviij. et Alex. consi. lxx. uo. ij. Pan. c. ij. de fid. inst. Ias. & alij, maximè Ang. auth. q, sine. C. de test. Ale. cōs. cxxxj. uol. ij. ubi ponit, quid in scriptura continente rationes datorū & acceptorum, Ale. consi. xlij. uo. iij. ad fi. & consi. lxxv j. uol. iij. loquitur in scriptura priuata patris, qui disponit inter filios, & ibi etiam ponit quæ alia requirantur in scrip. priua. ubi etiam requiretur tempus, & cōsi. cv. uol. iij. ubi ponit, an aliquando requiratur in scriptura priuata, dies.

g Scriptura. Bal. j. const. C. uer. deinde no.

h Hac. l. no. pro campsore. Quid autē si literam cābij perdit creditor, Bal. l. instrumenta. C. de fideic. Ad quem uero spectet periculum, posti q̄ mercator acceptauit literam, Bal. l. pro debito. C. de bo. aut. iu. pos. & dicit Bar. hic est uerum, nisi dicat se nolle obligari pro testando, ut habere in d. cle. j. de proc. Bar. l. quo enim rem ra. hab. in l. Titius. de const. pec. & l. si absentis. C. si cer. pe. & tex. iuncta gl. in l. publia. §. fi. ff. depo. Bal. l. si defuncti. & in l. si procuratorem. s. de pro. Bal. d. l. si absentis. & in rub. de fid. inst. uer. quæro quid de literis. l. si literas. C. man. & l. fin. C. ad Maced.

i P. PAV. P. Literam. Ale. cons. ccxc. Bar. l. si filius. s. ad Mac.

1 Numi cadunt in obligationem.

a §. CREDITOR.[a] In obligatione generali uenit etiam
1 pecunia, quocunq; modo quæsita. † No. q̄ numi cadunt in obligationem, quod est utile scire. Facit j. qui pot. in pig. hab. l. idemq; §. fi.

ADDITIO.

a Creditor, & c. Pecunia uenit in obligatione generali, Bal. l. certi. vj. q. C. loc. ubi dicit q, non uenit in tacita obligatione, & quod dixi post Bar. l. generali. de usuf. leg.

LEX XXXV.

SI INSVLA. Pactum de uendendo ad insulam renouatam porrigitur.

In quibus cau. pig. uel hip. tacitè contrahatur. Tit. II.

LEX I.

a SENATVSCONSVLTO.[a] Mutuanti in

refectionem domus, tacitè est obligata, siue dño siuecōductori operis sit soluta pecunia.

ADDITIO.

a Senatus. Adde aliū casum in materia scilicet, in possessore emphyteusis, qui conuenire poterit hypothecaria pro canone. §. scire. auth. de non alie. Bal. auth. si quas minas. de sac. ecc. Item ādde aliū casum, per Bar. l. si cum dotem. §. fi. & Ima. Item pro restitutione usurarum, Bal. l. executorem. in prin. de exce. rei iud. adde an pro usuris bona usurarij sint tacitè obligata. Frid. consi. ccxx.

LEX II.

POMPONIVS. Inuecta & illata sunt tacitè obligata pro pensionibus & pro alio interesse.

LEX III.

SI HORREVM. Inuecta in horreum, uel in area iuncta domui & illata sunt obligata pro pensione.

LEX IIII.

FEO IVRE. Hic ponitur differentia inter prædia rustica, & urbana. Opp. l. certi. C. loca. Sol. dicit gl. istam intelligẽ fm illã, quia non sunt obligata, nisi domino scient^e, in urbanis non requiritur scientia. Ratio quia in prædijs urbanis incongruum esset detegi rei familiaris utilitatem, l. ij. quando & qui quar. par. debeatur. C. sed sancta rusticitas omnia palam habet. Ita dicunt doct. &c.

§ STABVLA. Stabulum quod est in comitatu, â prædijs urbanis nõ multũ differt. h. d. Quæro qualiter iudicabuntur ista stabula: Dicit gl. tanq̃ rustica, quia cũ tex. dicat, nõ multũ differt ab urbanis, ergo differt in aliquod si hoc est, dicit Nic. Mat. ergo tũc habebit^ loco rust. prædiorum omnino, q̃ est ꝑ mẽtem huius l. & ideò ipse exponit, non multum ab urbanis differt. in nihilo differt. Similis expositio est in l. idem q̃. §. fi. ff. tit. ij. fm hoc non ob. ff. de uerb. sig. l. ut bona. imò concordat. &c.

LEX V.

POMPONIVS.

a § SI QVIS. Fideiubendo [a] uidetur quis approbare obligationem bonorum suorum ante factam, secus in ea quæ fieret postea. h. d.

ADDITIO.

4 *Fideiubendo. l. exceptione. ubi glo. Bal. C. de euic.*

LEX VI.

LICET. Tacita uel ficta obligatio, manumissionẽ serui non impedit. No. q̃ aliud est rẽ esse expresse & specialiter obligatam, aliud perinde haberi ac si esset specialiter obligata.

LEX VII.

a IN PRAEDIIS. Fructus intelliguntur [a] tacite obligati pro pensione. h. d.

ADDITIO.

4 *Intelliguntur. Adde etiam q̃ potest dominus prohibere, ne colonus exportet fructus, & eos retinere. Bal. l. æden. in j. col. C. loca.*

LEX VIII.

CVM DEBITOR. Potest creditor fructus pignoris in usuras compensare. Opp. q̃ fructus extenuãt sortem, C. de pig. ac. l. ij. & ij. Sol. illud uerum, nisi debeantur usuræ. Intelligas ergo hic deberi, uel per stipulationẽ, uel officio iud. quod idem est, ac si deberentur pacto. Nam possunt retineri, l. per retẽtionem. C. de usur. facit §. de neg. gest. l. quia tantundem. Opp. q̃ prius debeat conuerti in grauiorem causam, l. ij. & iij. ff. de sol. So. ut no. in d. l. j. & l. usuras. C. de sol.

LEX IX.

a EST Differentia. [a] Mancipia specialiter obligata non possunt manumitti, sed obligata tacitè sic, anteq̃ includantur. No. qñ pẽsio nõ soluit^, dñs põt includere res inquilini. l. inquilino. & l. uticq̃. ff. de dã. infect. An aũt istas res possideat ante inclusionem, uel postea, tangitur per gl. l. solutum. §. soluta. ff. de pig. ac. & doc. l. certi. C. loc. &c.

ADDITIO.

4 *Differentia. Differentia inter obligationem tacitam, & expressam, & inter obligationem generalem, & specialem, Bar. l. rem legatã. ff. de adi. leg.*

LEX X.

TVTORIS. Per obligationẽ ex causa trãsactionis, uidetur tacitè actũ, ut res ueniat in obligationẽ primeuam, si transactioni nõ stetur. Pro declaratione quæro, utrum actio primeua fuerit sublata trãsactione? Dic q̃ põt litera ista dupliciter intelligi, Vno mõ qñ transactio fuit interposita aio nouandi. Alio modo qñ simpliciter & sic nõ animo nouãdi. Ita intelligit glo. Et prout intelligit animo nouandi, Quæro quõ possunt res esse obligatæ, cũ prima obligatio sit sublata? ꝛc. dic quia interuenit dolus, uel minor fuit in integ. restit. sed illud ultimum non placet, qa per in integ. restit. reponeretur minor in pristinũ statũ, sed tũc bona hæredis nõ erũt obligata, l. j. ĩ prin. ff. tit. j. ergo &c. Sed qñ interuenit dolus, possunt intelligi bona obligata tacitè, in odiũ cõmittentis dolũ. Sed, put intelligitur secundo mõ. s. qñ simpliciter, tũc ꝓcedit clarè, quia actio prima durat, & põt agi, si hęres tutoris promissa non seruat. C. de pac. l. cũ ꝓponas. & C. de trãs. l. siue apud acta. & sic uidetur isto casu q̃ bona sint tacitè obligata, qđ est no. Ex quo apparet, qđ gl. ul. huius l. quæ dicit, q̃ bona quæ nõ sunt obligata, sed quasi obligata, possunt retineri, nõ est uera. Primò qa nõ faceret ad tit. Secũdò qa dicit qđ pignus obligauit, nõ aũt aliqd dicit de differẽtia, ideò teneas qđ §. dixi.

Quæ res pignori, uel hypote. oblig. possunt. Tit. III.

LEX I.

IVPILLVS. In tex. ibi, sine tutore. Gl. dicit q̃ nec etiam cum tutore sine decreto, quod est uerum, si contrahit ex uoluntate, secus si ex necessitate, l. fi. §. defensionẽ. C. de admin. tut. ergo &c.

§ SI FILIVS. Filius uel seruus nõ põt ꝓ alio rẽ peculij obligare, ẽt si administratio ei libera sit cõcessa. Op. l. si conuenerit. §. fi. ff. de pig. act. sed solue ut in gl. & bñ.

§ EAM REM. Res cuius nõ est aliàs cõmerciũ, nõ põt obligari. De quo l. in quorum. ff. tit. ij.

§ QVID ERGO. Sicut res litigiosa nõ põt alienari, ita nec pignori dari. Ista exceptio litigiosi, utrũ sit in rẽ, uel in personã. uide. C. de prę. lõ. temp. l. j. dixi plenè in l. j. ff. de litig.

LEX II.

SI QVIS. Quãdo exceptio porrigitur ad fideiussorẽ, porrigitur etiam ad pignus datum ab alio.

LEX III.

1 *Creditor si secundus offert primo, utrum succedat in ius primi. Et an tam in personali actione, quàm hypothecaria.*
2 *Extraneus soluens primo creditori, an succedat in ius primi tam in hypothecaria, quàm in personali.*
3 *Debitor soluens creditori, succedit quò ad retentionem, si facit sibi cedi ius.*
4 *Soluens de alieno, an succedat in iure creditoris.*
5 *Ex creditoris secundi pecunia, quomodo probetur debitorem à primo liberatum esse.*
6 *Creditoris primi in locum ut quis succedat, quatuor requiruntur.*
7 *Hypothecaria quæ datur secundo, quod sit eadem cum ea, quæ datur primo creditori.*
8 *Per extraneum quis consequitur quod per se habere non potest.*

ARISTO. Secũdus creditor in ius prioris creditoris nõ succedit, nisi sit actũ, & cũ actũ est, succedit in pignus, & in potestatẽ uendẽdi. Et primò ponit unũ dictũ, secũdò ex illo unã q. determinat, tertiò unã aliam q. format, & eam determinat. Secũda ibi, quo casu. Tertia ibi, deniq̃. Ad primũ opp. ff. de ces. bo. l. ij. quæ inci. in personalibus. Sol. ille, ex cuius pecunia primus liberatur, succedit in priuilegium personalium actionum, ut ibi, nõ in hypothecaria, ut hic. Secũdò opp. C. qui potio. in pig. hab. l. j. & ff. ti. j. l. potior. §. fi. So. glo. q̃ ibi secundus creditor offert primo, hic uerò ipse debitor soluit primo creditori, de pecunia alterius. Et ꝓ huius declaratione, gl. tua distinguit in l. j. C. de his qui in pri. cred. loc. suc. & sic facit gl. tria mẽbra principalia, de quib. faciã tres q. ut examinemus eas. Et prius † quæro, qñ secundus creditor offert primo, utrũ succedat in ius primi? Gl. dicit hic q̃ sic absq̃ aliquo pacto, & ille primus cogit^ recipere, & si nõ recipit, sufficit oblatio & cõsignatio,
a ita dicit ibi, uide eã. Circa hoc dubitaf, [a] utrũ hoc sit uerũ tã in personali, q̃ in hypothecaria? Videt^ q̃ in hypothecaria tm̃, l. j. qui pot. in pig. hab. In cõt. uidet^, q̃ etiã in personali. l. j. C. de his q̃ in pri. cred. lo. suc. l. si pupillorũ. de re. eo. & istud puto

puto uerũ. Pro hoc l. j. §. nunc tractemus. de tut. & ra. dist. Itẽ aduertendũ est, quia hic loquit^ in secũdo creditore, & idẽ si ipsemet succedit in locũ ipsiusmet, ut si debitũ antiquũ nouãdi animo stipuletur. ff. ti. j. l. creditor. in prin. & de noua. l. nouare. & l. nouatio. Itẽ est aduertendũ, quod glo. loquitur, quãdo secundus creditor succedit in locũ primi creditoris, eodẽ mõ põt succedere in locũ primi domini. l. creditor. §. cũ ex causa. ff. tit. j. † Secũdò quæro, utrũ extraneus soluendo primo creditori, posit in locũ eius succedere? Gl. dicit q̃ sic, sed est necesse q̃ pactũ super hoc apponatur. Vide glo. circa hoc, qđ de extraneo dicit, est aduertendũ, nã extraneus qñq̃ soluit primo tanq̃ tẽpore uniuersitatis, & tũc nõ est dubiũ, q̃ succedit in personalẽ & hypothecariã. l. emptor. C. de hær. uel act. uend. & l. si insolutũ. C. de act. & ob. Qñq̃ soluit primo creditori, gerẽs negotia debitoris, & tũc põt intelligi, ut ista gl. dicit, q̃ ita demũ in locũ eius succedit in pignore, si hoc est actum. Sed circa hoc dubitatur, utrũ primus creditor cogatur ad hoc: & tex. est quod non, l. nulla. C. de sol. licet secus esset in secũdo creditore offerente, ut dixi in præcedenti, qñq̃ extraneus soluit primo creditori emẽdo ab eo pignus, tũc etiam succedit in ius illius, l. j. C. si aduer. cred. pig. uend. † Tertiò quæro quando ipse debitor soluit primo creditori, utrũm sit aliqua successio in ius primi. Glo. distinguit duos casus, Primus si qdẽ debitor soluit, nulla est successio. Istud fallit quãdoq̃, potest eñ ipse debitor in ius creditoris succedere, quò ad ius retentionis, si facit sibi cedi ius, l. usucapio. & quod ibi no. C. de pig. & dixi in l. j. §. cùm prædiũ. ff. de pig. Secundus casus
4 est, † Qñ debitor soluit de alieno. glo. hic distinguit. Aut quæris utrũm succedat in hypothecaria, & tũc tria sunt necessaria, scilicet q̃ ille ad hoc dederit pecuniã, ut primo solueret^, & q̃ uerè sit soluta, & q̃ sit actũ q̃ in prioris locũ succedat, ut hic. Aut quæris quò ad priuilegiũ in personali, & tunc sufficiũt duo, ut no. in d. l. ij. ff. de cess. bo. Primũ quod dicit^, q̃ succedit in ius hypothecariæ, intelligas, nisi res esset
5 uendita prius per priorẽ creditorẽ, l. ij. §. de pig. act. facit. l. qui balneũ. ff. tit. j. † Itẽ quæro, quõ hoc probat^, q̃ ex pecunia secũdi primus sit liberatus. ꝛc. ex cõiecturis, qa fortè incõtinenti post pecuniã acceptã à secũdo, soluit primo. l. si uẽtri. §. fin. ff. de priuil. cred. Habes etiã aliã coniecturã, in l. fin. C. de pig. Itẽ illud qđ hic ponit^ sub dubio fortè, de priuilegio in personali, gl. ꝓ cõstanti ponit. §. ea. l. super uer.
6 debet. Itẽ est aduertendũ, q̃ gl. ista † uidet^ requirere quatuor, ut hæc successio fiat, scilicet q̃ agat^, ut sibi sit obligata, & q̃ in primi locum succedat, & q̃ ad hoc mutuet, & q̃ ad priorẽ creditorẽ perueniat pecunia. De primo qualiter in-
7 telligit^, dicã in ꝓx. q. † Quæro, nũquid hypothecaria quæ dat^ secũdo, sit eadẽ cũ ea quæ dat^ primo? Gl. quæ est hic, dicit q̃ nõ, sed est alia similis naturæ. Idẽ no. in l. j. C. de his q̃ in pri. credit. loc. succe. Ego dico q̃ est eadẽ uerè. Ad cuius euidentiã debes scire, q̃ qñ ille qui succedit in locũ primi, uult habere duplicẽ hypothecariã, s. primò ex ꝓpria sua, secũdò ex persona creditoris primi, qa sua pecunia dimittitur, & tũc ꝓcedit qđ dictũ est in gl. in præcedẽti q. q̃ quatuor requiruntur, scilicet q̃ sibi sit obligata. Ex hoc enim acq̃rit hypothecariã sibi ex persona sua, fm q̃ in ius primi succedat, & ex hoc habet hypothecariã ex persona alterius. Alia uerò duo sunt clara. Et ex hoc apparet declaratio tex. huius l. in fi. quia pactũ appositũ de nõ uendendo, intelligit^ q̃ hypothecaria sua remaneat, quia successit in hypothecariã primi, cũ omni suo iure, & sic ex uigore illius uẽdere potuit. Si enim esset una hypothecaria tãtũ, illud pactũ, q̃ nõ liceat uẽdere, nõ posset referri, nec effectũ operari, nisi ex hypothecaria quã habeat ex persona primi, & ideò tũc uẽdere nõ posset. & qđ hoc sit uerũ, q̃ eadẽ sit hypothecaria, apparet ex tex. C. de his qui in pri. cred. Io. suc. in rub. & nig. Dũ tex. noster dicit, hoc per extraneũ, &c. hoc est, expone ex iure, qđ habet ab extraneo, nec mirũ, qa iura realia pñt separari à nobis & hypothecaria est in rẽ. l. j. §. de pig. ergo &c. Sed ad hoc opp. quõ ex pacto facto cũ debitore acq̃rit huic secũdo ius primi creditoris. Glo. hic soluit & bene, hoc eñ fit l. permittẽte, quæ uult & fingit primũ creditorẽ hoc uelle, qñ sibi soluit^. Et ex prędictis apparet, q̃ si ille qui pecuniã mutuat^ ultimo, uellet in ius primi succedere & ipse nouã hypothecã ex sua persona nõ haberet, q̃ sufficeret tria ultima quæ posita sunt in gl. & ea quæ dixi, q̃ ideẽ ius secũdi qđ primi, intellige in iure pignoris, nã in personali quæ est inseparabilis ab obsibus nostris. l. iij. §. ꝓ soc. & l. qs ergo casus. §. de pecul. hoc nõ possumus dicere, sed est alia,
8 s. utilis, d. l. j. §. nũc tractemus. ff. de tut. & ra. dist. † Vltimò habetis ex hac l. [b] q̃ consequit^ qs per extraneũ, qđ per se habere non põt. Gl. ponit plures cõcordãtias, & alle. multa ꝓria. Breuiter dic, qđ nõ possum per me, nõ possum ꝓ aliũ, nomine meo gerentẽ, ita loquunt^ omnia arg. facta in ꝓriũ, qđ tñ intellige cum determinatione, qđ no. in. l. labeo. ff. de usuc. Dy. c. põt qs. de reg. iu. lib. vj. ubi qđ nõ possum p̃ me, possum per alium, nõ meo nomine gerentẽ, & sic ex persona alterius consequor, hic est casus cum concord. suis. &c.

b betis ex hac l.

ADDITIO.

a *Dubitatur. l. j. C. qui po. in pig. hab. Adde quid si secundus creditor uerbo tantum obtulit, ideo succubuit, an iterum poterit offerre realiter. Bal. q̃ nõ, cons. l. incip. secundus creditor. lib. iij.*
b *Hac l. si fundus. §. pe. ff. de pig.*

LEX IIII.

TITIVS. Quãdo est in potestate debitoris, an perficiatur obligatio, illud tẽpus perfectionis obligationis inspicit^, nõ initiũ, secus si in eius potestate non esset. No. istã distinctionem, qđ declarat Iurisc̃ſ. melius, ff. tit. j. l. j. No. q̃ licet creditor promittat pecuniã, nõ habet necesse debitor eam recipere. l. qui pecuniam. ff. si cer. pet. & hoc est uerum, quãdo mutuabatur gratis, secus si sub usuris, qđ intellige ut no. in l. qui Romæ. in prin. ff. de uer. ob. &c.

a Qui potiores [a] in pig. hab. Tit. IIII.

ADDITIO.

4 *P. PAV. P. Potiores. Cepo. caute. cxxxvij.*

LEX I.

1 *Principium inspicitur, quando finis habet necessariam consequentiam ad principium, & quomodo intelligatur hoc.*



VI DOTEM. Quãdo in potestate debitoris est, pecuniã nõ recipere, tẽpus solutionis inspicit^, qñ nõ est in potestate, tẽpus obligationis cõtractæ inspicit^. declarauit in l. pen. ff. tit. j. Opquod est in potestate manti^, pecuniã ꝓmissam sibi nõ recipere, põt enim per acceptilationẽ liberare. l. uir ab eo. ff. de iure do. Sol. Vir nõ põt hoc cõmodè, quia sic mulier remaneret indotata, & ipse habet necesse sustinere onera matrimonij, & sic uidet^ non posse. l. nepos Proculo. ff. de uer. lig. Ita dicit gl. & Azo. in summa, qđ no. ꝓ eo qđ dicit^,
1 † qñ finis habet cõsequẽtiã necessariã ad principiũ, inspicimus principiũ, q̃ istud intelligat^ de necessitate precisa, uel ita q̃ cõmodè præteriri nõ possit. Ita debet intelligi qđ dixi in l. iij. §. si quis cũ minore. uer. unde oportet. uer. quæro de quæstione. ff. de mino. Opp. ff. co. l. Lucius. Sol. gl. q̃ distinctio huius l. habet locum in eo quod principaliter uenit in obligatione, non in usura, &c.

LEX II.

QVI. Generaliter prior tẽpore prefertur posteriori, siue generalẽ siue specialẽ hypothecam habeat, nisi aliter actũ sit. h. d. Opp. C. de pig. l. ij. Sol. ut in gl. Item opp. ad secundum casum, de l. idem q̃. §. si tibi. ff. eo. So. ibi simul acceperunt, hic separatim, & ista est uera, ut ibi dicetur, &c.

LEX III.

CREDITOR. Pignora in obligatione nouãte repetita, intelligunt^ repetita cũ priuilegio prioritatis. Opl. nouatione. ff. de noua. Sol. in obligatione nouante pignora nõ intelligunt^ repetita, nisi actũ sit, ut ibi, sed quãdo est actum, intelliguntur repetita cum priuilegio prioritatis, & ita loquitur hic.

1 *Pignorari quando possit res aliena.*
2 *Quis potest succedere in locum Domini prioris, sicut succedebat in locũ prioris creditoris.*

§. CVM EX Causa. Si primo obligeẽ res debita secundo, eadẽ effecta, pria prior in tẽpore præfertur, nisi secundus in locũ debẽtis rẽ succesſerit. h.d. † No. qđ res aliena nobis debita põt à nobis obligari, quod dic ut l. j.
1 in prin. ff. de pig. Secũdò no. † q̃ sicut quis succedit in locũ prioris creditoris, ita põt succedere in locũ prioris dñi, dixi in l. Aristo. ff. tit. j. Opp. j. eo. l. qui balneũ. §. fin. Gl. soluit, & bene, q̃ hic erat debita, ibi non est, & ibi dicam.

1 *Pignus ex pacto de uendendo præsumitur cõtractum. Adde Cæpol. in trac. de simu. contra. col. ij.*
2 *Ius reale constitutum ab uno socio pro parte indiuisa, facta diuisione, remanet in eodem statu, quo primò erat, secus in iure personali.*

a §. POST Diuisionem. a Facto pacto † q̃ liceat uẽdere,
1 intelligitur res obligata. Item pignus in parte indiuisa durat pro indiuiso, etiã post diuisionẽ inter socios factam. No. qđ ex pacto de uendendo, præsumitur cõtractũ
2 pignus. † No. q̃ ius reale ab uno socio parte pro indiuiso constitutũ, facta diuisione remanet in eo statu, in quo primò erat, secus in iure personali, l. Iul. §. idẽ Cel. ff. de act. emp. & ibi no. dicut ibi dixi, &c.

ADDITIO.

a *Diuisionem. Pacto pacto q̃ liceat rem uendere, intelligitur ex hoc res obligata in pignus, & per istum tex. dicit no. Bal. l. creditores. in fi. C. de pig. q̃ si tibi mutuaui centum, & non obligasti mihi bona aliter, q̃ q̃ dedisti mihi licentiam de ingrediendo propria autoritate, si in termino non solueris, certè per istam licentiam intelligitur bona hypothecata. Et dicit Bal. ibi, q̃ hic uidetur casus q̃, sic. Adde an ualeat pactum factũ in diuisione, qđ unus nõ emat de bonis alteri, & an trãseat ad hæredes. Bal. cõs. ccccxxxviij. li. ij.*

LEX IIII.

a DEBITOR. a Ius secundi creditoris confirmatur, si pignus, seu ius primi liberatur solutione, uel compensatione, uel alio modo.

ADDITIO.

a POMA. *Debitor. Alex. cons. xij. ij. uol.*

LEX V.

1 *Pignorato in equo, quis præfertur etiam anteriori pro expensis alimentis, ac custodia.*
2 *Repositis in rebus in domo conducta, ad ipsarum rerum conseruationem, dominus domus præfertur omnibus pro pensione domus.*
3 *Lex interdum habet locũ etiã si prior habebat rẽ specialiter hypothecatã.*
4 *Mutuans pecuniam ad rem cõseruandam, q. in ea habeat tria priuilegia.*
5 *Mutuans pecuniam ad rem emendam, an & quando habeat tacitam hypothecam super ea.*

INTERDVM. Regula est, q̃ qui prior est in tẽpore, potior est in iure, ut in præcedenti l. quæ regula fallit interdum, & ideò hæc lex incipit, interdum, q.d. hoc casualiter, nõ generaliter,* in summa. h.d. Rõne cau-
* *Generaliter. Quod ampliꝰ explicat Bar. l. vij. cum auth. C. eo. tit. Limita prætereà, quando posterior creditor haberet hypothecã, anterior non. l. vj. C. de bo. auto. iud. possi. I. C. B.*

a sæ a posterior põt esse potior priore, ueluti si ad rem cõseruãdã posterior creditor debitob ri crediderit. h. d. cũ l. seq. No. istos casus, b &
1 specialiter qđ dicit de alimẽtis & † expensis custodiæ, qđ est utile, p eo qui accepit equũ pignori, & in alimẽtis equi & expẽsis famuli seu ragatij custodiẽtis, & in pensione stabuli præfertur omnibus anterioribus. No. ẽt qđ
2 † ille q̃ habet res obligatas, p pẽsione domꝰ, ubi sunt repositæ, præferat omnibus, q̃ tñ uidetur intelligendũ de pẽsione domus necessaria ad conseruationẽ ipsius rei, secus de pẽsione domus, quę erat cõducta ad habitationẽ tm̃, hoc enim nõ est cã cõseruandarũ rerũ, & sic cessat rõ literæ. Op. auth. de æquali. do. §. his cõsequẽs. coll. vij. & C. e. auth. quo iure. Sol. ibi prior præfertur, ideò quia habebat hypothecã priuilegiatã & priuilegiũ personale, ut mulier, hic uerò habet solũ hypothecã, fm gl. & be-
3 ne. † Quæro utrũ istud, qđ hic dicitur, habeat locũ, si prior habebat rẽ specialiter obligatã. Io. q̃ nõ, Azo dicit cont. &
4 bene qđ dicut in gl. &c. Venio ad gl. magnã, & primò quæ
c ro, † quot priuilegia habeat c ille qui pecuniã credidit ad rem cõseruandã. Glo. dicit tria, Primò q̃ in personali aliis præfertur. Itẽ q̃ habeat tacitũ pignus. Item quia ista tacita præfertur etiã prioribus habẽtibus expressam, & ista est ue-
5 ra. † Secundò quæro, quid si aliquis pecuniã mutuauit ad rem emendã? Dicit glo. q̃ iste non habet tacitam hypothecam. l. quãuis. C. de pig. nisi in pupillo. ff. l. prox. uel nisi hoc sit actũ. l. licet. C. eo. Sed quia istud est aliquantulũ difficile, ideò dic, q̃ q̃ñ quis mutuat pecuniã simpliciter, nõ exprimendo ad rẽ emendã, tñ ex ea res emit, & tũc nõ habet priuilegiũ, neq̃ in personali, neq̃ in hypothecaria. §. de trib. l. ꝓcurator. §. planè. Q̃ñ q̃ quis mutuat pecuniam ad rẽ emẽdam, nõ expresso q̃ illa res sit ei obligata, & tũc habet priuilegiũ in personali, non in hypothecaria, ut ff. de priuil. cred. l. qđ quis. Q̃ñ q̃ quis mutuat ad rẽ emendã pacto expresso, q̃ illa sit sibi obligata, & tũc habet priuilegiũ in personali, & habet tacitã hypothecã, & prioribus præfert, l. licet.
d C. eo. nisi sit mulier, d quæ præcedit in pignore ex causa dotis, auth. de æquali. dot. §. his cõsequens. & ita tenet ibi gl. licet aliter dicat in auth. quo iure. C. e. & ita uidet intelligere gl. l. px. circa prin. Item quæro, quid de eo qui credidit ad domum, uel nauem faciendam? R. idem quod dixi in eo q̃ credidit ad nauem emendam.

ADDITIO.

a POMA. *Causæ. Alex. l. si non. §. si centum. ff. de cond. indeb.*
b *Casus. Et istis casibus poterit se retentione tueri, l. si non sortẽ. §. si centum. de cõd. inde. et ibi Bart. Adde de expẽsis factis causa custodiæ alicuꝰ castri.*
c P.PAV.P. *Habeat. Ias. l. creditor. la. j. ff. si cert. pet.*
d P.PAV.P. *Mulier. Cæpo. caute. cxxiiij. tenet cont.*

LEX VII.

1 *Priuilegium datum pupillo intelligitur, ut non auferat ius alterius.*
2 *Empta res ex pecunia pupilli, est sibi obligata.*
Item potest eam uendicare utili uendicatione.

IDEM QVE. Ista lex legitẽ duobus modis, Primo fm gl. paruã positã super uer. cõparata est. quæ est additio, & breuiter h. d. Pupillus in rẽ per eũ empta, præfertur anterioribus creditoribus, quatenus eius pecunia est soluta. Et fm istam lect. daret materia fraudandi hypothecariam, ut sic nunquã creditor uolẽs agere hypothecaria uinceret, uẽdẽdo rẽ pupillo, ita q̃ apparet ex bonis eius pretiũ numeratũ esse, tũc enim uenditor nõ põt cõueniri, qa nõ possidet, & pupillus nõ, quia emit de sua pecunia. Sed ista lect. nõ est uera, primò quia nec mulier in dote habẽs tacitã hypothecam, præfertur prioribus habentibus expressam,* fm uerã opi. in l. assiduis. C. eo.
* *Expreſsã. Hæc Bar. sententia uera est, in rebus mariti, in rebus uero uxoris in dotẽ datis, præfertur ipsa mulier tametsi expressam hyp. habẽtibus: l. in reb. C. de iur.* I. C.

1 Ita dicebat Richar. Mal. Secũdò. † quia priui legiũ datũ pupillo intelligitur, ita q̃ non auferat ius alteriꝰ. l. impuber. de admi. tut. Sed fm hoc auferetur ius alterius ignoratis, ergo &c. Ita tenebat Richar. ut diximus, & etiã Cy. & istã lec. nõ ponit Azo in summa. Legitur ergo secũdo mõ secq. gl. & sic legit Azo in summa, C. eo. fm quã breuiter hoc dicit. In re empta p debitorẽ, ex pecunia pupilli, præfertur pupillus anterioribꝰ creditoribus, quatenus eius pecunia est solutũ. Iste casus ẽ uerus, nec per hoc aliqua iniuria fit creditori primo. Nam debitor non haberet rẽ, nisi ex pecunia pupilli empta esset, meritò pupillus præfertur. Opp. l. quãuis. C. de pig. fol. † speciale est in pupillo, ut res empta ex eiꝰ
2 pecunia sit sibi obligata, ut hic, idẽ uidistis §. l. px. Secũdò op. q̃ idẽ fit in maiore, C. e. l. licet. Sol. illud est uerũ, quando est actum, sed in pupillo, etiam si non est actum. Tertiò. op. q̃ res empta ex pecunia pupilli, est pupilli, ergo non est sibi obligata. Vnde dicit ob. ff. quãdo ex fac. tut. l. j. & ij. & C. arb. tut. l. curator. Sol. glo. no. q̃ non uere est pupilli, licet posset eam uendicare utili uẽdicatione, & ideò si uult, põt eam euincere per hypothecariam. Ita loquitur hic &c.

1 *Creditor quis præferatur in rebus quæsitis post duas obligationes successiuè factas.*

SI TI-

§. SI TIBI. Si duobus res simul obligatur sub conditione, quæ simul extitit, ambo cõcurrunt in pignore. Op.
a l. qui generaliter. a ff. eo. Cuius timore hic sunt duæ opi-
1 nio.* † una q̃ utraq̃ cõuentio fuerit facta simul & semel. & ista est indubitabilis & ucra. Alia q̃ cõuentio facta Titio fuerit post primã ex interuallo. nec ob. l. qui generaliter, qa ibi tẽpore utriusq̃ obligationis res erat in bonis debitoris, hic non, sed postea superuenit, quo tẽpore uterq̃ erat creditor, & sic uterque est in pari causa, ut hic fm gl. Sed cont. di sputauit Iac. de Aret. & bene qa casus est in l. fi. ff. eo. & ibi dicã. & in l. hac edictali. §. omnibus. C. de secũ. nu. & in l. in rebus. C. de iu. do. quod recitat Cy. in l. licet. C. eo. & gl. plenè tractat, in l. si is qui. ff. de iur. fisc. & ibi plenè dixi.
* *Opin. Sol. secũdũ interpretationẽ Bar. ex Axiomate uer. Simul. Alioqui si per interuallũ, cũ conditio retro trahatur is potior esset, qui prius contraxerit.* I. C.

ADDITIO.

a *Generaliter. Adde l. si. §. si. cum ibi no. ff. eo. adde Spec. tit. de ob. & sol. §. j. uer. item pone. & Io. an. ibi, in addi. qui ponit aliam q. de obligato duobus successiuè & generaliter qui post possẽsionem cuiusdam rei quæsierit, quam secundus possidet, & quærit, an primus creditor posit ex sua obligatione auocare, ibi uide & d. Bar. Spec. et Io. and. limitat non pcedere, cũ secundus creditor est priuilegiatus, quia tunc in posteà acquisitis præfertur secundus, Bal. cons. ccclxxxix. j. lib.*

LEX VIII.

a SI PIGNVS. a Respublica, uel priuatus prior in tempore præfertur fisco in iure.

ADDITIO.

a *Si pignus. Dy. in reg. qui prior &c.*

LEX IX.

1 *Conditione existente obligatio retrotrahitur, si conditio est casualis, secus si potestatiua.*

a QVI BALNEVM. a Tempus cõuentionis inspicitur, si non est in potestate debitoris, an debitũ contrahatur, uel conditio impleatur. Sed si in eius fuerit potestate, tempus quo cedit & uenit* dies obli-
* *Venit. Hoc in-* 1 gationis, inspicitur. † No. q̃ existente condi-
tellige secundũ b tione b obligatio retrotrahitur, si cõditio ẽ ca-
l. cedere. ff. de c sualis, secus si est potestatiua, c quod dixi ple-
uerb. sig. Amplius dixi. lib. ij. Epit. cap. 13. nu. 29. nè in l. si is qui pro emptore. in v. q. prin. ff. de usuc. Videbitis in l. potior. ff. eo. & in l. j. §. eo. & §. tit. j. l. pen.
I. Cõ.

ADDITIO.

a POMA. *Balneum. Bal. c. contingit. de dolo & contu. c. ex literis. de pig. in addi. quæ incipit, adde tamẽ. & Ro. cons. cccxiij. et exclamat cons. ccccxcv. & Fran. Cremen. sing. clxiij.*
b *Conditione. An conditione existente, obligatio retrotrahatur ad tempus contractus, Bar. l. lecta. in pen. q. & hanc l. & similes limita ut per Bar. l. quoties. in fin. per illum tex. ff. de noua. & hic est tex. in uer. sed si hæres. q̃ in legatis, conditio casualis trahitur retro, sicut in contractibus. Licet Bar. uideatur sensisse cont. in multis locis, in l. si filius. in prin. ff. de uerb. ob. & in d. l. si is qui pro empt. Et ista iura faciunt, si ex forma statuti, instrumenta guarentigiæ pura & liquida, habeant executionem paratam, an illud habeat locum in instrumento à principio conditionali, cuius conditio postea purificata est. Ang. l. seruum. §. Titius hæres. de uulg. per gl. ibi tenuit, q̃ sic. sed ibi Io. cõtra. Itẽ intellige in obligationibus, & hypothecis, secus in dominio, & libertate, ne in eodem tempore inueniantur in solidum duo domini. Bal. l. j. ad fi. C. quando ser. ex suo fa. ubi etiam limitationem dedit, uide ibi, & si per statutum non potest contrahi super bonis rebellium, non udebit contractus conditionalis, licet conditio existat post rebannitionẽ, per hanc l. secundum Bal. l. j. in fi. C. de nundi. Item q̃ dicitur, q̃ obligatio trahitur retro est uerum, quo ad obligationẽ, non quo ad præstationem. Ita dicit Ray. & Imo. l. huiusmodi. de uerb. ob. Et de materia per doc. d. l. si filius. in prin. de uer. ob. & unum uerb. hic per Bal. & Imo. l. seruus communis Meuij. de castren. pec. §. fi. in j. col. de stip. ser. Et ista lex, quæ loquitur in obligatione pignoris, facta in contractu, non habebit locum in obligatione legali pro legato conditionali, pro quo tacitè sunt hypothecata bona, quia in ultimis uolũtatibus, cõditio nõ trahitur retro, secundum Raph. Cum. d. l. si filius. de quo ibi latius per eum, qui postea inclinat per istum tex. in contrarium. Et ad intellectũ istorũ iuriũ, uide ca. in l. quidã cũ filiũ. §. fi. de uer. ob. Dy. reg. Bar. super ff. uet. qui prior. de reg. iur. in vj. & tangitur in c. j. in fi. eo. tit.*
c P.PAV.P. *Potestatiua. Veron. caute. cxliij. Are. l. quidam cum filium. ff. j. de uerb. ob. post ca. ubi tangit, an solum procedat hoc quando est potestatiua ex parte debitoris, & an secus sit ex parte stipulatoris, ut tenuit Paul. ibi, quem refert hic Alex. Item uide ca. si pro te. de resc. in vj. ubi in rescripto ad beneficia, non trahitur retro. ponderat glo. ibi, in uerb. si ad id, dum respõdet ad regulam huius l. & dicit ideò illud ibi, quia erat in potestate Papæ, discedere à conditione, pendente ab illa conditione, quod secus est hic, et sic uult q̃ ubi quis posset recedere à contractu, condicione pendente, tunc non trahatur retro. Item quod in obligatione annua facta sub cõditione, nõ trahatur retro conditio ad præstationem sortis, aut conditionis implementũ, ca. l. huiusmodi. la ij. de uer. ob. per illum tex.*

§. TITIA. Pignus super re aliena p̃ctũ nõ põt cõfirmari, si tpe qđ causa cõfirmationis euenit, res in bonis debitoris nõ reperiatur. Primò obligauí Titio rẽ alienã, seq̃ndò obligauí eã Caio, tertiò emi rẽ alienã, quartò illã rẽ Sempronio uendidi, & pretiũ solui primo creditori, secundus non põt auocare à possessore, quia nunq̃ fuit sibi illa res obligata. Opp. q̃ uterq̃ cõcurrit, & quòd utriq̃ sit fundus obligatus pro parte. l. idẽq̃. in fi. §. eo. de pig. l. si fundꝰ. §. si duo. So. dicit gl. hic fundus nõ fuit secundò obligatus simpliciter, sed sub hac conditione, si. si desierit esse Titio obligatus. Ista glo. nõ bene format oppositũ, nã l. idẽq̃. in fin. §. eo. debet intelligi quãdo duobus fuit simul obligata res, fm uerã lect. quam ego posui. hic aũt fuit obligata separatim, ut tex. dicit. Si emi ibi fuisset obligata separatim, prior esset potior, ut ibi dixi, & sic. d. l. nõ obstaret. Item d. l. si fundus. §. si duo. §. de pig. dicit q̃ qñ res obligatur pluribus separatim, q̃ cuilibet est obligata insolidũ, & sic gl. nõ bene opponit, dũ dicit q̃ utriq̃, p parte esset obligata. Forma ergo op. de d. §. si duo. sic, Q̃ñ res duobus obligaẽ separatim, tũc cuilibet uidẽ obligata insolidũ, d. §. si duo. ergo quãdo res peruenit in dominiũ debitoris, cõfirmaẽ pignus utriusque æqualiter, licet prior sit potior. Huius timore dicit glo. q̃ secũdo erat obligata sub cõditione, si. cũ primo obligata eẽ desierit, aliàs bene sustẽtari nõ posset & istã tene. Vel dic ut dicit gl. q̃ hic Meuius secundus sciebat rẽ esse obligatã alteri, & alienã. Ista nõ est uera, qa nõ tenet pignus tũc, nec cõfirmaretur aliquo casu, ẽt si esset in bonis debitoris omni tpe, cuius cõtrariũ innuit hic tex. Secũdò opp. & uidetur q̃ pignus ipsius Titij primi creditoris nõ sit cõfirmatũ, d. l. j. §. de pig. Sol. dicit gl. hic erat res mulieri debita. Ista nõ est uera, quia secũdũ hoc ualuisset ab initio tã in persona primi, q̃ secũdi. l. creditori. §. j. §. e. Vnde solui gl. secundo, & bene, q̃ hic creditor ignorauit. Itẽ opp. dicitur hic, si æstimatũ fuit datũ in dotẽ, & sic innuit. secus nõ æstimatũ. Cont. qa etiã rei nõ æstimatæ dominiũ trãsit ad maritũ. l. in reb. C. de iur. dot. l. doce. C. de rei uen. So. dicit gl. in uerb. emptoris. subaudi, maxime. Sed hoc nõ est uerũ, quia si datũ esset in æstimatũ, saltẽ mulieri prædiũ esset debitũ, seu obligatũ in
a euẽtũ restitutędæ dotis, ꝓpter quod ualeret pignus primi & secũdi creditoris, & ideo signanter dicit tex. æstimatũ, qa tũc nõ debetur prædiũ, sed æstimatio. Opp. d. l. creditor. a §. j. §. e. Sol. ut ibi dixi. & ex prædictis patet. Op. dicit hic in fi. hæc tñ ita si bona fide &c. ꝛ. quia siue bona siue mala fide, creditor habet ius, cuius creditoris ius est præferendũ. l. j. §. j. §. Si pars hær. pet. So. dicit glo. hic subaudit maxime. Tu dic, non est subaudiendũ, secundũ Richar. Malũ, quia nõ fuit datũ in dotẽ mala fide, nõ uidet mulier desinere possidere, ut in reg. ꝓ possessore. ext. de re. iur. lib. vj. Ideò caderet in obligationem, ac si alienatum tunc non esset &c.

ADDITIO.

a *Creditor. Bar. l. si quis fundũ. ff. de acq. pos. & in l. sicut. C. de præsc. xxx. an.*

LEX X.

1 *Pignore in pretorio an uno immisso omnes iudicentur immissi, & habeat locum reg. qui prior.*
2 *Pignore capto ex causa iudicati, uno immisso cæteri non dicuntur immissi, & habet locum reg. qui prior.*
3 *Differentia inter pignus prætorium, & quod capitur ex causa iudicati.*

a SI ET IVRE. a In pignoribus captus ex causa iudicati, q̃ prior est tẽpore, potior est in iure. Op. l. fi. C. de bo. auth. iud. pos. & l. si finita. §. si plures. ff. de dam. infec. &

l.qui aũt.§.sciẽdũ.ff.quæ in frau.cred. & l.cũ unus.ff. de bo. aut.iud. po. & l.is cui.§. qui prior.ff.ut in pos.leg. Huius timore gl.dicũt ubiq;,aut omnes prætendũt eundẽ titulũ, & loquunt̃ ꝓria,ut quia omnes ex ꝑcu sunt,uel omnes legatarij,uel omnes ex causa dãni infe. Aut prætendũt titulum dissimilem,& habet locũ regula, & ita loquit̃ hic. Pone ergo casum,fm gl.quod primò est missus in possessionẽ aliquis creditor,secũdò legatarius aliquis, uel ex causa dãni infecti,uel alia,uide gl.& idẽ tenuit Dy. de reg.iu. c.q prior. lib.vj.& oẽs alij doc.Sed mihi semꝑ displicuit ista distin. Nã l.fi.C.de bo.auto.iud.pos.& l.cũ unus.ff.de bo. aut.iud. pos.in distictè dicũt q uno creditore immisso, uideant oẽs immissi.sed cõstat q legatarius est creditor respectu hæredis,l.j.C.de bo.auto.iud.pos. ergo &c.Est ergo aliter distin-
a guendũ.Dic ergo† in pignore prætorio,q̃ nõ illud cõsequitur ille,qui implorat iudicis officiũ,petẽdo cautionem de damno infecto,uel cautionẽ legatorũ,& tũc uno immisso,nõ uident alij oẽs immissi,sed opus est nouo processu, d.l.fi finita.§.fi plures.ff.de dam.infe.& l.is cui.§.qui prior.ff. ut in pos.leg.Et licet alij postea immittant̃,non habet locũ regula,qui prior est in tpe,potior est in iure. Nã prætor eadem æquitate qua uocat primũ,uocat etiã secundũ,nec curat de prioritate tpis.d.l.legibus. Q̃nq; ille, qui cõsequitur pignus prætoriũ, intẽtat actionẽ sibi cõpetentẽ, & tũc uno creditore immisso,oẽs uideant̃ immissi,nec est opus nouo ꝓcessu,& tũc sufficit q alij postea ueniãt intra biẽniũ, & de credito doceãt,& expẽsas cõtribuant,l.fi. C.de bo. aut.iud.
b pos.& l.cũ unus,b ff. de bo.aut.iud.pos.& tũc nõ habet locũ illa reg.qui prior est in tpe,potior est in iure, qa tũc nullus prior est tpe.l.qui aũt.§.sciendũ.ff.quę in frau.cre.Rõ,qa tũc prætor nihil noui facit,& nihil iuris plus attribuit creditoribus,sed illud quod facit,pertinet ad ordinẽ,per quẽ creditores ad suũ perueniant.l.cũ unus.ff.de bo.aut.iu.pos.Et hoc uidet̃ locũ habere fm iura ista,fm quę fiebat missio in oib.bonis.Hodie uerò q̃n fit missio pro mẽsura debiti declarati,ut in auth.ei qui iurat.C.de bo.aut.iud.pos.possent etiã ista habere locũ,si forte in bonis debitoris nõ erat nisi res illa,quæ à primo creditore est capta,in quã oẽs uident immissi.Sed si alij uellẽt immitti in alias res,tũc esset opus nouo ꝓcessu.gl.d.l.cũ unus.de bo.au.iu.pos.q̃nq; sunt plures creditores,quorũ quidã prętendũt pignus prętorium, quidã cõuẽtionale,& tũc habet locũ reg.q prior est tpe, po-
2 tior est iure.l.ij.C.e.† Et prędicta oĩa loquunt̃ in pignore prætorio,qd̃ dat̃ ex primo decreto, sed si pignus capit̃ ex causa iudicati,tũc nõ habet locũ qd̃ ff. dixi de pignore prætorio,ut uno immisso, cęteri oẽs immissi uideant̃. Nõ em̃ oẽs alij habẽt sniam pro eis,sicut habet iste, & ideò tũc habet locum reg.qui prior est tpe, potior est in iure. Casus est
c hic,& l.ij.C.eo.Est enim differentia inter pignus c prætorij, & pignus quod capit̃ ex causa iudicati, & ideò in C. habemus duos tit.unũ de prætorio pignore,& alium, si ex causa iudicati.Et ex hoc dico, hodie q̃n pign⁹ capit̃ pro executione instrumẽtorũ, quę habẽt uim sniæ,fm formã statuto rũ Italiæ,q uno immisso,cęteri nõ uideant̃ immissi, & haberet locũ reg.qui prior est in tpe, &c. & ita loquit̃ hic. Habuistis ergo in hac l.duas lec.unã fm gl.& aliã quã ego posui.Posset etiã legi tertio mõ,tenẽdo gl.q idẽ sit in pignore prætorio,quod in eo quod capit̃ in causam iudicati,ut dicamus q hic aliqui fuerũt immissi ex causa iud.postea alij cœperũt esse creditores de nouo.Certè tũc qui prior est tẽpore,potior est in iure.Primo enim tũc immisso, cæteri nõ ꝓnt uideri immissi in possessionẽ,quia tũc creditores non erãt.Quã lec.puto uerã in se,nõ tamẽ quantũ ad l.istam.Secũda est uerior,quã ff. posui,qd̃ no.& tene mẽti multũ &c.

ADDITIO.

a POMA.*Iure.Imo.cons.cx.*
b *Vnus.Bar.l.à diuo Pio.§.si super rebus.de re iud.*
c *Pignus.No.pro statuto,quando capitur hodie pignus pro executione instrumenti.Bar.l.cum unus,&c.*

LEX XI.

POTIOR. Si obligatio conditionalis purificetur, retro non trahitur,nisi fuerit conditio potestatiua,* secus si casualis. * *Potestatiua. Ampliꝰ dic, et annot.lib.ij.Epit.cap.*l.C.

§. SI COLONVS. Iste §. potest cadere sub præcedenti summario. Vel dic, Licet obligatio principalis sit pura, si tñ obligatio pignoris est sub conditione potestatiua cõtracta,tẽpus existentis conditionis inspicitur.

§. SI DE FVTVRA.Si obligãtur partus, uel fructus futuri,requiritur q res principalis sit in bonis debitoris tempore obligationis. Opp. q hoc non sufficiat, l. Pau.§.si mancipia.ff.de pig.Sol.ut in gl.& bene, & uide qd̃ no.l.j.§. cũ predium.ff. de pig. Secundò opp.l.fin.ff. de acq. re.do.Sol.ista duo contraria,ut in gl.& bene.

§. SI PARATVS.Posterior creditor habet ius offerendi priori,& sibi pignus confirmare.Quærit glo.an idẽ sit econuerso,q prior creditor possit offerre secundo: glo.determinat quod sic,& bene.

LEX XII.

CREDITOR.Prior in tempore contra secũdum creditorẽ agentem habet exceptionẽm, & contra excipientem replicationem ex prioritate temporis. No. hic tex.dũ dicit, adiudicari poterit ei hypotheca,quod intellige.i.pronunciari rem sibi hypothecatam esse & possessionem restituendam.l.si cum uenditor.ff.de euic.dixi in l.si fundus.§.in uendicatione.ff.de pig.

§. SI QVONIAM.Qui soluit litis æstimationem primo creditori,non liberatur à secundo.

a §. SI PRIMVS.a Qui prior de hypothecarijs creditoribus conuenerit, potior est alio,qui prius conuenit de debito.

ADDITIO.

a *Primus.Bal.rub.C.de priui.do.*

a §. SI TECVM.a Si res obligata alteri obligetur de uoluntate creditoris,quò ad illũ prior hypotheca inutilis est,quò ad alios inspicitur quod actũ est. Sed quæro,quid in dubio? Glo.hic dicit,q in dubio uidetur remittere totũ,l.Paul.ff.qui.mo.pig.uel hyp.fol.Sed cõt.no. ibi & in l.ij.C.de remiss.pig.Breuiter hæc uidetur ueritas, q in dubio uideatur remittere in totum.d.l.Paulus.Fallit in casu l. iubemus.C.ad Velleia.

ADDITIO.

a *Tecũ.Bar.l.fin.C.de remiss.pig.Io.And.in addi.ad Spec.rub. de sol. formatq.de illo qui rem mihi obligatam sine meo consensu obligauit secundo, & demum tertio cum meo consensu,an uideatur remissum ius quo ad secũdũ. & tenet q,sic.per l.Lucius.ff.quib.mod.pig.uel hyp.sol.*

LEX XIII.

SI PRIOR. Potest quis in suummet locum succedere,& ratio prioritatis facit,ut possit quis inuito alio pignus uendere.

§. SCIENDVM.Secundus creditor habet rem obligatam tã pro credito suo,quàm pro sorte & usuris, quas primo creditori soluit.

§. SI SIMPLICITER. Secundus creditor contra omnes est potior,excepto primo.

§. A TITIO.Tertius, qui succedit in locum primi, potior est secundo.In gl.super uerb.negligentia,ibi,non accepit,imò dicit negligentia.l.nescientia.q.d.imputetur ei q nõ perquisiuit de statu prędij.arg.l.qui cum alio.ff. de reg.iur.&c.

§. SI TERTIVS.Non solùm qui soluit,sed qui patitur pignus uendi,ut priori, seu potiori soluatur, potest in prioris locum succedere.

§. SI PRIOR.Potest prior impedire secundum uolentem uendere,licet ipse uendere non possit.

LEX XIIII.

1 *Pactum quando interpretatur pro eo qui ipsum apposuit.*

INSVLAM.

INSVLAM.Ista lex legitur duobus modis,Vno modo secundũ gl. quæ h. d. Cõuentio facta super debito inter plures diuidendo,porrigitur ad pignora,si utrique sufficiũt, aliàs cui primũ debet solui debitum, præfertur in pignore,nisi aliud sit actum. Et diuiditur in tres partes, quia primò ponit thema, secundò incipit respondere distinguẽdo quæstionẽ resultantẽ ex themate, tertiò ponit circa hoc dictum Pau. Iurisconsulti. Secunda ibi, pignorum. Tertia ibi, Pau. ubi ponitur, nisi, pro, si non, & fm istas lect.ñdet ibi, pignorum, &c. Alij Moderni dicunt,q illud est de themate. & respõsio incipit ibi, Nerua & Proculus. & fm hanc lect.breuiter h.d. conuentio q pignora pertineãt ad utrunque, intelligitur eo ordine, quo solui debitum principali debet,nisi aliud actũ sit.Et secundum istam lect.non est necesse dicere,qd̃ respõdeat,& dictio,nisi,stat propriè,& quæ
2 libet istarũ lect.est bona,& no.ut patet ex summarijs.† No. quod pactum interpretantur pro eo qui ipsum apponit. contra l. uteribus. ff. de pact.Gl.fol.hic,& ibi plenè dixi,& fol. apparet ex præcedentibus,qa cũ conuentio super principali sit clara,cõuentio sup accessorijs debet sequi illã,&c.

LEX XV.

SI NON. Qui prior est in tempore, potior est iure, q̃n ab eodem pignora sunt accepta. Si uerò à diuersis non dominus,tunc possessor est potior.Opp.si nõ dominus obligat, ergo nõ ualet obligatio,quia res aliena nõ põt pignori obligari. Sol. intelligas q non erat dominus, sed habebat Publicianã. l. si ab eo.ff.de pig.& fm hoc gl.ꝓcedit hic clarè,quia tota distinctio, quæ ponitur in d.l.siue autem.§.si aduersus.ff.de publicia.potest hic poni, quia eodem modo est in pignore.ut d.l.si ab eo.cũ sua gl.

LEX XVI.

ETIAM. Insula superficiaria potest dari pignori.

LEX XVII.

1 *Regula si uinco uincentem te,ego fortius uinco te,quando habeat locum.*

CLAVDIVS. Si primus creditor à tertio superatur, non prætiudicat secundo,quia per hoc non succedit tertius in locum primi,& sententia inter alios lata,alijs non præiudicat.primò ponitur thema & q.ex qua colligitur una ratio pro tertio creditore. Secundò ponit quorũdam responsionem, & aliam rationem pro tertio creditore.Tertiò hoc reprehenditur per iurisconsl.repetendo quæstionem. Quartò & ultimò circa prædicta concluditur.Secunda ibi,planè.Tertia ibi,mihi nequaquã. Quarta ibi,igitur. & ista est pulchra lex & consueuit reputari difficilis. In tex.ibi, expulerat.ex hoc tex.sumit̃ una ratio ꝓ tertio creditore,contra Turbonem, quia si uinco uincentẽ te,ergo,&c. In tex.ibi exceptiõe, scilicet pacti,uel præscriptionis.In tex.
b P.PAV.P. *Possidere.Ang.cons.xlviij.& cons.c.Bal.l.illud.C.de sac.eccl.in j.co.et in l.multū.C. si quis alte.uel sibi. ubi ponit de modo probādi simulationē,& in l.ab empt.C.plus udere qđ agitur.Fran.cōs.lxv.& cons. cclvj. Ro.cons.ccxlvj.Item quod materia huius §.non procedat, quādo uenditor precario nomine emptoris possedit,uide Ro.cons.l.ad fi. & cōs.ccxlvj. & cons.cciij.ubi aliàs ponit limit.Alex.cons.xxviij.in v.uo.Item limita materiam huius §. procedere in contractibus, de quorū natura est,ut statim debeatur possessio transferri,aliàs secus,puta in contractu conditionali. Pau. cons.xc.cons.cccxxxj.Pan.cons.xlix.Bar.l.& post contractū.ff.de don.iij. præsum.Pan.c.illo uos.de pig.ubi dicit, qđ quoad tertiū, locatio facta uenditori, non tollit simulationis præsumptionē resultantē ex eo qđ uenditor perseuerauit in possessione, iuxta reg.huius §. Tamen intellige procedere, nisi soluisset pensionē emptori,Bar.hic,in fi.Sed pulchrū est dubium,quod si emptor confessus fuit habuisse pensionē à uenditore, non tamen apparet de actuali numeratione,& perceptione pensionis,uideretur q̃ cōfessio sufficeret, quia per confessionē probat rem in ueritate ita fuisse.l.publia.in fi. s̄.depos.Sed cont.uidetur uerius,per ea quæ scripsi ad Bar.d.l. publia.§.fi. ubi habes q̃ simplex confessio non probat ueritatē ita esse,quoad præiudicium tertij,& q̃ ubi uerē illud interueniisset,præiudicaret tertio.Exemplū ibi uide ne repetā,& pro hoc pondera uerba Bar. hic, dum dicit, q̃ requirit uera,& corporalis traditio,sed confessio non dicitur uera traditio,Bar. l.ij.ad fi. ff. si cer. pet. & facit pro hoc euidens ratio,quia ubi interueniret actualis traditio,nō est uerisimile,q̃ uenditor solueret pensionē,uel permitteret emptori uti, & frui re sua, nisi uerē contractus interuenisset inter eos sed confiteri solum,& recipere confessionē,istud est facilē, & non sunt nisi uerba.Ideò faciliter uenditor reciperet confessionē de soluta pensione,cum istud nihil sibi præiudicaret,sed potius prodesset.Ideò præsumitur talis cōfessio etiam simulata, quēadmodum etiā contractus simulatus appositus in uenditione, & etiā locatio,quæ inter omnia probat de sui natura, & solet operari translationē possessionis,sicut solutio pensionis, & no.istam rationem,& pondera omnia uerba Are.in l.qui uniuersas.§.q̃ per colonū.ff.de acq.pos.dum ponit rationē diuersitatis,quare ex sola locatione non probetur possessio in dubio quomodo non constat conducentem possidere, & tamen secus est in solutione pensionis,ut ibi no.per eum quem uide, & ponBar.super ff.uet.*

dera etiam illud quod no.Bar.l.Titia.de uer.ob.Item in materia huius §. uide Alex.cons.xxviij.& cons.lvij.in v.uo.Item an ista sola præsumptio sufficiat ad præsumendum contractū simulatum? Bar.q̃ nō,cons.lxiij.in l.post contractū.de dona.in iij. præsumptione. Alex.d.cons.xxviij.in v.uo.Aret. cons.clx.& cons.lxv.de quo habes ad Bar.d.l.post contractum.Item de materia huius præsumptionis,Bar.c.illo uos.de pig.& aliqua per eum,c. seq. ad fi.Item q̃ ista præsumptio non sit sufficiens, quantum ad contrahentem, si constituat se possidere nomine emptoris,uel donatarij, Ale.d.cons.xxviij. uo.v.Aret.cons.lxv.alle.Bal.& Sal.l.emptionum.C. plus ualere quod agitur.& alia de quibus ibi.

c *Respondet.Bar.cons.quod incipit,Petrus Nicolæ.Ang.cons.xlvij.Ro.consilio ducentesimotertio.*

d POMA.*Redeo.Ias.& doc.l.si fideiuss.§.j.ff.de leg.j.Alex.cons.cviij.uo.iij.*

e *Vendidisse.Cont.Bar.cons.inci.Pet.Nico.aliàs inci.factum tale est,* Pet. Nico. *Pro solutione uide tamen concor.cclxxxiij.inci.bonus,& non simulatus contractus.*

f P.PAV.P.*Causa.Aret.l.si fideiussor.§.meminisse.de leg.j.*

g *Ordinata.l.fi.C.de remiss.pig.*

h P.PAV.P.*Dictum.Fel. c.si cautio.ad fi.de fi. inst.Ro.cons.ciiij.col.j.Ang. cons.cij.*

i *Possidere.Spe.tit.de do.§.j.uer.item pone.*

k P.PAV.P.*No.Ias.l.talis scriptura.in iij.no. post Alex.ibi,ff.de leg.j.*

1 *Creditor qui consensit alienationi pignoris, quando possit agere hypothecaria.*

2 *Creditor non tenetur ostendere rem uendendam debitori, nisi prius satisfiat de ea restituenda.*

§. ILLVD VIDEAMVS. Si creditor uenditioni consensit, ut sibi de pretio satisfiat,& non satisfit,impedit agere hypothecaria contra eum & eius heredem,secus contra extraneū emptorem.h.d.& fortis §.est, & est hic quædam gl.quæ incipit,nam intendit,aliàs est sine non,sed prima est uera,ut patet in alia gl.quæ incipit,dolus ergo,& est sup uer.potiores.Opp.q̃ hæres nō posset hypothecaria cō ueniri,qa nō posset etiā ipse debitor,si post uenditionē ipsam rem redemerit, s̄.prox.§.& C.de remiss.pig.l.fi. Sol.gl.q̃ hic permisit uendere ea cōditione,ut sibi de pretio satisfieret.Ita dicit gl. unde si ꝓmisit sub cōditione, & cōditio non est impleta,ergo posset agere cōtra extraneū possessorē.Cuius cont.dicitur in uer. q̃ si is. Sol.gl.q̃ in illo uer.q̃ si is.nō fuit adiecta conditio permissioni, sed creditor fuit secutus fidem debitoris asserentis se soluturū.Vide gl.quæ incipit, quia permisit, & est super uer.q̃ si is.Istæ gl.continent diuisionē, nec uidetur de mente iurisconsulti, q̃ hic in diuersis casibus loquatur.Solum enim hanc differentiam no.u
1 trūm conueniatur hæres,uel extraneus.Et ideò dicas † totum hūc §.loqui eo.modo, & distingue tres casus,q̃ quando q̃ creditor consentit alienationi simpliciter, nulla adiecta conditione, uel modo, & tunc alienatione secuta, non aget hypothecaria, etiā contra debitorē & eius hæredē, ut s̄.prox. §.& l. fi. C.de remiss.pig. Qñq̃ consentit alienationi sub cōditione,si tibi satisfiat,& tunc si sibi nō satisfiat,aget hypothecaria contra quēcunq̃, quia non est satisfactū, sicut ipse promisit.ī. ea. l.§. sed & si permiserit. Quandoq̃ cōsensit sub modo,s.ut sibi satisfiat, & etiam hic sequitur fidē debitoris,& tunc loquit̃ §.iste.Nam si fidem non implet,cōmittit dolum ex quo potest triplicari contra ipsum & eius hæredē,ut hic in primo casu,non aūt contra extraneū possessorem, ut hic in secundo casu. Et hunc intellectū uidetur ponere gl.hic super uer.potior.licet aliæ gl.paruæ aliter intelligant,ut dixi. Vltimò no. † uer.tutius.per quē determi-
a natur[a] l.quamuis.s̄.de pig.act.s.q̃ creditori non tenetur ostendere rem uendendam debitori, nisi prius sibi satisdet de ea restituenda,uel q̃ sibi ex pretio satisfiat.

ADDITIO.

a POMA.*Determinatur.Aret.cons.lxxxij.*

1 *Venditionis appellatione continetur omnis actus,per quem dominiū transfertur,etiam ex ultima uoluntate.*

2 *Exceptio contra consentientem rem suam legari paratur.*

a §. VENDITIONIS. [a] Appellatione uenditionis † cō
1 tinetur omnis actus, per quem dominiū transfertur,

* Voluntate, l.sta 2 etiam ex ultima uoluntate.* No. q † si con-
tu liberi à cæte b sentio, q res mea legeť, b contra me paratur
ris in fin. ff. de exceptio. An aũt interim ex hoc cõsensu pos-
statu lib. Iudex e si q c conueniri, dixi plenè in d.l. cũ quis de-
tamen qui uen cedens ĩ. de leg.iij. facit l.Caius. ŝ. de pig.act.
ditionẽ in per-
mittit, obligationem permisisse non censetur.l.si pupillorum. §.si prætor.
ff.de reb.eo. I.Concen.B.

ADDITIO.

a Venditionis.Bal.c.j. §. præterea.qui mo.seu.amit.Bar.l.uenditioni.C.pro
emp.& l. quoties ab omnibus. C.de fideic.& in l.si tibi.§.de pig.ŝ.de pac.
b P.PAV.P.Legitur.Ias.l.cum alienam.C.de leg.
c Possit.Bal.c.j.§.præterea.qui.mo.seu.amit.& c.j.de probi.ali.seu.per Lot.

§. SI DEBITOR. Pignus uidetur remissum sola uen-
ditione,si debitor tenetur tradere.

1 Alienationis quando unus actus permittitur,omnis alius illi similis, & eun
dem importans effectum,uel meliorem,permittitur.
2 Præceptum seu decretum iudicis obseruatur ad literam.
3 Si fuit concessa licentia per episcopum ecclesiæ alienandi bona immobilia
pro satisfaciendis debitis,uigore huius licentiæ non poteris permutare.

a §. SED ET SI PERMISERIT.a Si † permittitur u-
1 nus actus alienationis, permittitur omnis alius illi si-
milis, & eundẽ importans effectũ, uel meliorẽ,secus si
deteriorẽ.No.mirabilẽ casum,hoc tñ licet ueũ sit in cõsen-
su partis, cõtra quã uerba interpretanda sunt,in cuius po-
testate fuit apertius legẽ dicere,l.ueteribus. ŝ.de pac.tamen
2 † non idẽ puto in præcepto seu decreto iudicis, qđ debet
b obseruari ad literam,b l.ſi pupillorũ. §.ſi prętor.ĵ.de reb.eo.
3 Vltimò facit ad qistam, † Episcopus permittit cuidã eccle
siæ alienare bona immobilia pro satisfaciendis debis, mo
dò ecclesia uigore huius permissionis permutauit unum
fundũ cum alio.Certè non ualet,quia non satisfit causæ,p
pter quam est permissa alienatio. Non enim ex fundo per-
mutato satisfit creditorib.qui deberent habere pecuniam,
arg. huius §.in prin.& circa fi.Nisi poneres q illum fundũ,
quem permutauerit,non poterat uendere,sed poterat uen
dere istum quem accipit exista permutatione, quod not.
quia uidi hoc de facto,&c.

ADDITIO.

a POMA.Permiserit.Alex.l.filiusfa.§.diui.de leg.ĵ.
b P.PAV.P.Literam.Bar.l.alio.ff.de ali.& cib.le.

1 Subscribens quando uideatur consentire.
2 Pignoris ex uenditione facta per debitorẽ,quando præiudicetur creditori.

a §. NON VIDETVR.a Præsens & tacens non uidetur
1 pignus remisisse, secus in eo qui se subscribit. Not. qđ
† qui subscribit uidetur consentire,& scienter,nisi pro-
bet contrariũ, & idem in eo qui consensit sine scriptis, qđ
intellige,nisi se subscribat,ut testis.l.Caius. ŝ.de pig.act.& l.
fideiussor.§.pater. ŝ.de pig.& sic subscriptio, quã quis face-
ret ut notarius,nõ præiudicaret sibi,qđ tangitur hic in ult.
b gl.Item opp.b C.de remiſ.pig.l.ſi hypothecas.& l.j.Sol.glo.
2 q fallit in fauore libertatis & fauore fisci.Et ideò † ut in ma
teria ista liqueat tibi,dic,Qñq debitor tibi uendit credito-
re ignorante, & tunc creditori nõ præiudicat.l.debitorẽ.C.
de pig.& l.ſi debitor.de diſt.pig.& l.ſi.C.de remiſ.pig.Qñq
debitor alienat creditore præsente & tacẽte. & tunc aut ista
alienatio fiet manumittendo,& ipſi præiudicat,l.j.C.de re-
miſ. pig. Aut fiet alio modo,& tunc aut fiscus erat uẽditor,
& sibi præiudicat, l. ſi hypothecas.C.eo.Aut uendebat pri-
uatus,& tunc sibi non preiudicat,ut hic,& l.caius. ŝ.de pig.
act.nisi tacuerit animo decipiendi, l. ſi fine. C.ad Velleia &
l.mulier.C.de diſt pig.Vel nisi iudex miſit proclama per ci-
uitatẽ,q quisquis uellet contradicere,cõpareat.l.ſi eo tem
pore.C.de remiſ.pig.Si uerò fuit præsens & cõsentiens, tũc
aut res exiuit bona debitoris, & hoc constat:aut nõ exiuit,
& hoc constat, aut dubitaẽ. Primo casu qñ exiuit aut credi-
tor consensit simpliciter,aut sub cõditione, aut sub modo,
ut dixi ŝ.ea. l. §. illud.& hoc qñ res non est reuersa in bonis
debitoris. Sed si esset reuersa,tunc distingue,aut ex eadem
causa,aut ex alia,l.uolũtate.ĵ. eo. Secundo casu qñ non exi
uit bona debitoris,& tũc aut debitor tenet tradere, aut nõ,
c ut ŝ.ea.l.§.ſi debitor.Tertio casu qñ dubitaẽ,c utrũ bona de
bitoris exiuerint, dic ut ŝ. ea.l.§.superuacuum. Qñq credi-
tor non consensit alienationi,ſ.obligationi rei sibi obliga-
tæ,tunc dic ut ŝ.qui pot.in pig.ha.l.creditor.§.fi.& ĵ.e.l. pau
lus.in princip. & prædicta quantum ad nostræleges mate-
riam generalem,qualiter præsentia, consen-
sus, & subscriptio præiudicet,* dixi plenè in * Præiudicet.Dic
l.quæ dotis.ĵ.ſol.mat. in summa, q
præiudicat in
ijs cõtractibus tantũ,qui sensu perficiũtur,amplius dixi,li.ij.Epit.ca.xviij.

ADDITIO.

a Videtur.Istum tex.dicas fallere fauore ecclesiæ,& pauperũ, & aliarũ per
sonarum, & causarũ quæ merentur fauorẽ,sicut libertates,Bal.l.j.C.de re
miſ.pig.Bar.qui ponit hanc disputationẽ clarè,in l.ſi.C.de remi.pig.
b P.PAV.P.Opp.Alex.l.quæ dotis.ff.ſol.mat.
c POMA.Dubitatur.Vide Alex.ibi.

1 Hæres an ita cogatur dotare,sicut defunctus.

a §. SI DEBITORI.a Qui consentit debitori sponte,ti
deť consentire hæredi eius.Opp.l.ſi manito.§.ſi uolun-
tate.ĵ.ſol.mat.gl.non sol. Dy.ibi dicit,q ibi uariatur cõ
1 ditio ex persona hæredis,Nam † hæres b non cogitur dota
b re,sicut cogebať defunctus.In cont.uidetur, q hæres cogiť
dotare,ad quẽ transeũt bona cũ onere suo.l.insulam.ĵ. ſol.
ma.§.j.Dic ergo q hic consentit creditor ex uolũtate libera,
2 ibi uerò filia tenetur consentire patri, non aũt hæredi, † &
hoc modo uariatur ibi conditio in persona hęredis,&c.

ADDITIO.

a Debitori.Extendit Bar.in prohibitione,sicut loquitur in permissione tan-
tum,l.filiusfa.§.diui.de le.j.in uer.quæro.l.j.in fi.de fun.dota.
b Hæres.Vtrum hæres cogatur dotare sicut defunctus? Bar.d.§.ſi uoluntate.
Ls̃i quis à liberis.§.item rescriptum.de li.agn.& hic apost.Ia.de Are.super
lib.hoc.Abb.consſ.xv.& l.ij.lib.uidetur tenere,q hæres cogatur.

§. SI DEBITOR. Permissio uenditionis facta uni, nõ
porrigitur ad extraneum,& facta ad tempus,non por-
rigitur ultra.

LEX IX.

a TITIVS.a Si duo simul emunt,uidentur sibi inuicem
consentire,& pignus remittere.

ADDITIO.

a Titius.Bar.l.cum pater.§.libertis.de le.ij.

§. TITIVS. Qui succedit in locũ unius creditoris, utiť
remissione illi creditori facta.

LEX X.

VOLVNTATE. Si soluatur uenditio, & res cum
eadem causa ad uenditorem redeat, pignus in sta-
tum pristinum restauratur.

LEX XI.

a LVCIVS.a Qui consentit rem sibi obligatam in dotẽ
dari,pignus uidetur remittere.

ADDITIO.

a Lucius.Alex.consſ.xij.uol.ij.& Soc.consſ.cclxvj.coſ.

LEX XII.

PAVLVS. Qui consentit q pignus pignori detur, ui-
detur pignus remisisse, non alium loco sui constituis-
se.Materiam istam dixi in l.creditor.§.fin. ŝ. qui po. in
pig.hab.&c,

1 Possessor non debet arctari ad docendum de titulo, quando proponit ali-
quam exceptionem remouentem ius petitoris.

a §. QVI PIGNORIS.a Quilibet possessor habet ius
offerendi creditori. No.q ista oblatio impedit lit.con-
1 test. Item no. q † qñ possessor opponit aliquam exce-
ptionem, per quã remouetur ius petitoris, non debet pos-
sessor arctari ad docendum de iure suo.

ADDITIO.

a P.PAV.P.Pignoris.Bar.l.j.C.qui po.in pig.ha.Bal.consſ.lxxxiiij.uol.iij.Et
ŝ.qui po.in pig.hab.l.mulier.& ibi dixi.& l. po. C. qui po.in pig.hab.&
ibi dixi.

LEX

LEX XIII.

SI DEFERENTE. Iureiurando & sententia liberatur
pignus. Vel aliter, Iureiurando res decisa liberat pig-
nus. No. de effectu sententiæ. De quo dic plenè in l.Iu-
lian. ŝ. de cond.ind.&c.

LEX XIIII.

CVM COLONO. Expacto pignus tolliť & satis-
factione.Quod dic ut dixi in l.item liberať. §.j. ŝ.c.&c.

LEX XV.

a PRIMI.a Quando unus est debitor ex pluribus cau-
sis,cogitur creditor recipere,si offeratur totum, quod
ex una causa debetur.

ADDITIO.

a POMA.Primi.Limitat Alex.l.quidam existimauerunt.ff.ſi cer.pet.

DIGESTORVM, SIVE
PANDECTARVM LIBER XXI.

a *De Aedilitio edicto.*a *Tit. I.*

ADDITIO.

a P.PAV.P.De Aedil.edi.Adde q,uendens scienter animal morbosum, tene-
tur,etiam si fecerit pactum, q non uelit teneri,quando emptor ignorat ui-
tium.Bar.l.quæro. ŝ.de act.emp.Iac.de Bel.in tract.de q.Fel.c.significauit.
in fi.ext.de iudæ.

a b c VIS SIT.a No.istum tex.in fi.q u-
surarius b qui desinit fœnerari, c ad-
huc dicaur usurarius.

ADDITIO.

a b P.PAVL. P. Sit.Iaſ.l.j.C.de eden.& scripſi ad
Bar.ibi,de usurario qui tenetur reddere ratio-
nes, licet desierit esse usurarius. Are.c.j.de pb.
Vsurarius.Bar.l.palam. §.non solũ.de rit.nup.
Bar.& Ang.l.prætor.§.is etiam.de eden.Ang.
in sua disputa.inci.astensis miles.Bal.rub.C.de usur.
c POMA.Fœnerari.Ro.consſ.ccccliij.

a §. SICVTI.a No. ad q. q fuga est inter cætera indicium
cõtra malefactorẽ.l.lege Cornelia.in fi.ĵ. ad Sylla. Sed
b quid si aufugit fauore b familiæ, & posteà citatus com-
paruitť Dic q illa non uidetur fuga, quę con
* Inducat. Am- tra eum præsumptionem inducat.*
plius dixit Bar
tol.l.vij.§.ij.ff.de suſpec.tut.I.Con.B.

ADDITIO.

a Sicuti.Sal.in bonæ fidei.ŝ.de reb.cred.Ro.l.admonendi.de iureiur. Idem es
set in eo qui aufugerit de carcere, secundũ Bolo. in Addi. ad Guid. de sum.
in tract.torm.
b POMA.Fauore.Fel.c.nullus.uer.fallit.de præsum.

1 Actus factus qui communiter æstimatur licitus,licet in ueritate non sit,per
hoc non dicitur illicitus.
2 Captus in uno territorio ut ducatur in aliud territorium,debet relaxari.

a §. APVD LAB.a Exisio §.no.ſ. † q si quis fecit aliquẽ
1 actum, qui æstimetur cõmuniter licitus, tamen contra
rium est in ueritate,quia sapit usurariã prauitatẽ, q ex
2 hoc non dicit usurarius.Item no. † q si unus caperet in ter
ritorio ciuitatis Assisij, & duceretur in territorium Perusij,
q debet relaxari.Old.in quadam sua disputa.

ADDITIO.

a Lab.Bar.l.pignus.C.de pig.act.Bal.l.incendium.& auth.sed nouo iure.C.
ſi cer.pet. Ang.& Imo.stipulatio ista.§.alteri.de uer.ob.Sal.l.cum allegas.
C.de usu.Pro hoc facit qđ dixi post Bar.l.de quibus.ŝ.de leg.secundũ Bal.q
consuetudo excusat à pœna iuris cõmunis.& Bal.l.ſi.in prin.C.de iure do.
approbat statutum,q soluantur x.pro centenario.

1 Monacha percussa in primo claustro, extra clausuram cæterarum monia
lium,quando dicatur percussa in domo suæ habitationis.

a §. APVD CAELIVM.a No.ad q. de facto,q quidam
dñs habeat unũ casamentũ,& in una parte stabat dñs,
b in alia seruus, deinde erat una clausura,b quæ claude-
bat omnes domos, q si seruus exiuerit unam clausurã,di-
Bar.super ff.uet.

1 catur fugitiuus,q facit † ad q.quę fuit in ciuitate ista.Cum
c quædã monialis esset ꝑcussa in claustro primo extra clau-
suram cæterarum monialiũ, an dicatur percussa in domo
suæ habitationis? Breuiter iste tex.determinat,q si qdẽ est
una clausura,quę ultimo claudit oẽs domos,ſ.familiares,
& monachos,seu moniales,quæ una habitatio dicať,&c.

ADDITIO.

a POMA. Apud Cælium.Limitat Cæp.in simili,uer.ix.& circa dictũ Bar.ui
de Alex.consſ.lxij.uo.iij.& consſ.xxxix.eo.uo. Cæp. consſ.viij.& consſ.xiiij.
Ful.l.cũ allegas.C.de usu.de rustico,qui facit pactũ de nõ uendẽdo,q ille cõ
tractus nõ præsumetur usurarius,ex quo in eo præsumitur iuris ignoran-
tia,qđ intellige de illis rusticis,de quib.ꝑ Ale.l.ſi ꝑ errorẽ.ff.de iur.om.iud.
b Clausura.Bal.in l.j.C.eo.
c POMA.Ciuitate.Bar.consſ.xxvj.uo.j.Alex.consſ.xxiiij.uo.ij.

LEX XIX.

1 Si fiat licitatio alicuius rei,& quidã promittit aliquid licitando,& contra
rium facit ob illud q,fiebat in licitatione,uidetur repetitum in contractu.
2 Medicus non conuentuatus dicitur medicus.

SCIENDVM. Versſ. DICTVM. No.istũ uer.q ponit
1 differentiã inter dictũ promissum, & similia,& sic facit
q † si fiat licitatio alicuius rei, & quidam promittit ali
a quid licitando, & contrariũ faciat.a cũ dicebať in licitatio-
b ne, dico q illud dicit repetitũ in cõtractu. Item b no.in uer.
2 ea autem.† ad q.de qua fui petitus,c anno uisitationis S.F.
c Nam est quædam constitutio, q nullus posśit intrare mo-
nasteriũ sub pœna excõmunicationis,nisi sit medicus qui
curandi causa, &c. modo intrauit quidã, qui erat medicus
nõ conuentuatus,an sit excõmunicatus: Dixi q nõ, q a cũ-
uis non sit cõuentuatus, tñ medicus est,ut ibi, Vulgo,&c.

ADDITIO.

a Faciat.Bar.l.ſi unus.§.pactus. ŝ.de pac.
b POMA.Item.Alex.consſ.xv.uo.j.scripſi in proœ.huius operis.
c P.PAV.P.Petitus.Alex.consſ.xv.ad fi.

LEX XXV.

AEDILES ETIAM HOC.

§. ORDINEM. Quæro quid primo debeat prestari,an
res,an pretium? & uide l.ſi soluturus.ĵ.de sol.

LEX XXVII.

a DEBET.a Pone q unus emens ultra pretiũ soluit ali-
quid mediatorib. modo sit rehibitio,an possit repe-
tere? Dico q aut sponte,& tunc non. Aut ex necessi-
tate,& tunc sic. Tex. est hic.

ADDITIO.

a POMA.Debet.Vide Ro.sing.lxj.post Bal.hic & pro hoc dicto Bar.hic,ſi
cit tex.l.cum autem. ŝ.eo.tit.
b P.PAV.P.Mediatorib.Vide Iaſ.in l.j.ff.de cond.ob.cau.in ulti.no.

a *De euictionibus,*a *& duplæ stip. Tit. II.*

ADDITIO.

a P.PAV.P.Euictioni.Circa istam materiã ad hoc ut possit agi ad duplũ pro
missum,uide Cæp.caut.lxxxvj.Item ad faciendũ q uenditor teneatur omni
casu de euictione,Cæp.caut.cx.Item q agenti de euictione solui debeant me
lioramenta,Ro.consſ.clxiiij. Quid dũt si pars rei uenditæ euincatur,an pos
sit agi ad euictionẽ solum, ratione partis, an uerò rescindi totus cõtractus.
Ro.consſ.xxxvj.& ibi etiã ponit,q si aliquis emat rem ab aliquo, sciens nõ
esse nisi partẽ suam,& soluat totum prætiũ.Item no.q uenditor illicito em
ptori,nõ tenetur de euictione,etiam si promisit,Bal.c.j.§.ad hæc.in j.co.de
pa.iur.fir.& in c.j.ad fi. de prohi. feu. alie.per Frid.Item an & quando in
transactione ueniat euictio? Bald.c.j.de prohib.feu.alie.per Frid. no.etiam
perpetuò q si quis paciscatur,q non uult teneri de euictione,nisi pro facto
suo tantũ,tenetur tamẽ etiã pro facto successoris sui.Crẽ.ſin.xxxiij. Quod
intellige de autore utili,non de singulari,secundũ eum ſin. clxiij.Bar.l.emp-
ptorẽ.ad fi.ŝ.de act.emp.Are.l.hæres. de acq. hær.& in l.stipulatio ista.in
prin.de uer.ob. Itẽ an mota lite,ante executã euictionẽ,posit uẽditor cogi
dare fideiussorẽ? Ca.l.j.§. stipulationũ.ff.de prætо.stip.Item q promittens
de euictione,& nunquã contrauenire,non excludat, quin possit cõuenire,
si ignoranter fuit deceptus. Ant. de But.consſ.liij. ad fi.Item q non possit agi
de euict.nisi lata sententia,& re euicta,& ablata. Alex.consſ.iiij.in iij.uo.in
j.co.uide etiam eundẽ limitantẽ,in l.stipulatio ista.§.ſi quis fortè.de uer.ob.
Quid dũt si emptor cõuentus,non cõparuit facta intimatione uenditionis,
qui etiam noluit cõparere. Bar. c.ſ. de emp.& uend. Alex.l.uenditores.de

uer. ob. item an & quando teneatur uenditor ad sumptus litis, & etiam si emptor agat contra alium, qui obijciendo resistat, Bar. & alij l. qui absentem. ff. de proc. in l. uenditores. ff. de uer. ob. uide in materia euictionis quo posit agi, Dec. cons. lxxviij. Alex. cons. lxvij. uo. ij.

LEX I.

1 *Si euincitur res uendita pro parte, an cõmittatur stipulatio de euictione.*
2 *Cautela apponenda in instrumento, ut etiam euicta parte committatur stipulatio.*
3 *Si euincatur pars rei quam emi decem, cuius pretij habeatur ratio, an conuenti, an communis.*

SIVE TOTA. Ista lex est subtilis & bona, & legit duobus mod. Primò ut loquat in actione ex stipulatione duplæ, & illa tangitur in j. gl. Secundò ut loquatur in actione ex empto, & ista tangit in mag. glo. Casus in terminis est, Vendidi tibi fundũ ualentem uiginti pro decem, & stipulatus de duplo nomine euictionis, q̃ si nõ esses stipulatus, tunc ageres actione ex empto de euictione, modo euincitur pars fundi, quæruntur duo. Primò an possit haberi regressus de euictione ℟. q̃ sic. Secundò quæritur ad quid
a habeatur regressus, a forte si euincat hæc dimidia, quæ ualet plus q̃ alia. ℟. Iurisconsulto q̃ si euincitur pars dimidia pro indiuiso, & tunc habebitur ratio pretij conuenti. Opp. q̃ euicta parte, non cõmittitur stipulatio de euictione, nisi expresse fit actum, l. si dictum. §. in stipulatione. j. e. Sol. prout
1 hæc l. † intelligitur in actione ex stipulatu, istud cõt. gl. fol. plurib. mod. in gl. j. & ad cont. respondet, primò q̃ speciale est in homine, fm Io. ut in cont. Alij, ut Mar. dicunt aliud in fundo, ut hic. aliud in homine, ut in omib. alijs in diuiduis, ut in cont. quod gl. reprobat, dic ut in ea. Alij timore huius contrarij dicunt, q̃ l. ista non loquit de actione ex stipulatu, sed actione ex empto, & istud ponit in gl. mag. Ratio qa stipulatio cõmittit sub ista condictione, si res fuerit empta, non aũt si fuerit euicta. Nam nõ dicitur euicta nisi tota res euincatur. Et istã opi. tenet Pet. C. eo. l. ij. & ibi idem Cy. q. v. Ista opi. non placet, quia primò est contra l. bonitatis. j. eo. quæ expresse loquit in actione ex stipulatu. Item contra rationẽ. Nam ista uerba stipulationis, si res fuerit euicta, intelligũtur, i. quatenus res fuerit euicta, l. si in totũ, in totũ, si in partẽ, in partem. l. si debitor. §. uerisimile. s. de ꝓhẽ. emp. & l. stich. qui meus erit. j. de leg. j. Teneas ergo opi. Io. quã gl. tenet, q̃ de euictione partis cõmittat stipulatio de euictione & põt agi & ex empto. Fallit in homine, ubi stipulatio non cõmittitur, nisi sit dictũ, Assignat rationẽ Io. propter excellentiã hominis. s. tit. j. l. iustissimè. Assigno rationẽ, & aliter q̃ gl. Nam licet euincat pars hominis, tñ quò ad quædã uideor eum habere insolidũ, quò ad partẽ retentam, quia acquirit insolidum mihi ex re mea, uel iussu meo, uel nominatim stipulando, sicut si totus esset meus, & ideò quodãmodò in totũ mihi habere liceat, ideò stipulatio nõ cõmit
2 titur. † tñ ut oẽs istas contrietates euites, consulo ut facias poni in instrumẽto, siue euincatur tota res, siue pars, siue ꝓprietas, siue possessio. Secundò opp. q̃ nõ habet ratio ꝓprietatis, seu bonitatis. l. ex mille. j. eo. Sol. ut in gl. & distingue ut in ea, quæ est clara. Vltimò habetis unã deductionẽ factã à gl. quæ incipit, licet in actiõe, ibi, ultimò no. quæ clara est in se, usq̃ ibi, in hunc modũ. & ibi gl. uoluit ponere exemptũ in l. ista, & habet gl. corrupta, & non habet intellectũ, nec est aliquid dicere. Breuiter † declaro retentis terminis gl. pone q̃ fundum ualentẽ xv. emi pro decẽ, si euinca
3 b tur tertia pars, si quidẽ pro indiuiso, non est dubiũ b q̃ habita ratione ad totum fundũ, habeo regressum pro iij. par. Sed hoc est dubiũ, utrũ habeatur ratio fm quantitatẽ pretij cõuenti, an fm quantitatẽ pretij cõis. Gl. hic in prin. & in l. bonitatis. j. e. uidet dicere, q̃ fm quantitatẽ pretij cõis. Si eñ euincat pars pro indiuiso, tunc habet ratio bonitatis illius, ut si quid ualebit plus, in plus fiat cõdemnatio. Si minus ualebit, condemnet in minus. Istud nullã habet dubitationem, si tenemus q̃ in actione ex stipulatu, habet ratio ad æstimationẽ cõmunem. Sed si teneremus, ut dicunt quidam q̃ haberet ratio æstimationis pretij conuenti, tunc deberet detrahi tertia eius, qd ualet ultra æstimationẽ cõmunem, si tertia pars est euicta, eo casu quo emi fundũ ualentem xviij. prox. pone ergo q̃ illa tertia ꝓ indiuiso ualet sex, fm cõem æstimationẽ, tũc detrahet tertia, quia tãto minus emit, & sic remanebũt quatuor, & illa uenitũ in actione ex stipulatu, prout habetur ratio ad æstimationẽ cõuentam.

ADDITIO.

a *Regressus. Quõ procedat, q̃ parte euicta, agi potest de euictione, Pau. de leaza. c. si uenditori. de emp. & uend. & ibi per alios, maxime per Ino.*
b *Dubiũ. Et ista faciunt ad q. de statuto, de qua per Bar. l. pe. C. de transl.*

LEX II.

1 *Executio statim fiet contra non cauentem qui cauere debebit.*

SI DVPLA. Quæro qñ quis recusat cauere de dupla, ad quid condemnabitur? Et duplex est opin. & prima ut condemnet ad ipsum factum, l. q̃ caueat, & ista est satis bona. Nam cũ ista cautio debeat ex dispositione legali, potest quis ad eam præcise cõpelli. De quo dixi plene in l. stipulationes non diuidunt. j. de uer. ob. in illa q. an quis precise cogatur ad factũ. Secũda lec. est, q̃ quis condemnet ad ipsum duplũ. & huic lec. applaudet hic tex. Sed tũc quæro
1 † an statim fiat executio, siue exactio, an differatur in euentum euictionis? Gl. tenet hic q̃ differatur. Sed cont. no. in l. ex empto. §. fi. s. de act. emp. & illud uidetur uerius. Nam ille qui non cauit, dolo cessat cauere, meritò fiat executio statim, l. locum. §. condemnatio. j. de tab. exhib.

LEX VI.

1 *Contractus locus inspicitur in pertinentibus ad decisionẽ contractus.*

a SI FVNDVS. a Consuetudo, quæ est in loco contra-
1 ctus, inspicitur. † No. q̃ in his quæ pertinent ad decisionem contractus, inspicitur locus contractus. dixi in l. cunctos populos. C. de sum. trin.

ADDITIO.

a *P. PAV. P. Fundus. Com. cons. xxvj. Alex. cons. xxxvij. in ij. uol. Fel. ca. j. de ꝓbat. l. si. ij. in prin. ff. de eo qd cer. loc. ubi ponit, an circa concedentem restitutionẽ in integrũ, attendatur locus contractus, uel iudicij, Barb. cons. ij. uol. iij. ubi ponit de statuto requirente insinuationẽ in donatione, q̃ cõprehendat forenses, Alex. cons. cvij. uo. iiij. Ro. cons. diij. Barb. cons. xv. uo. ij. Imo. cons. j. & cons. viij. in j. col.*

LEX VIII.

VENDITOR. Dicicit gl. q̃ istud interesse extrinsecũ est, q̃ falsum est, quia imò est intrinsecum, ut doc. dicũt, quia sequitur rem, penes quocunq; uadat, Cy. C. de sen. quæ ꝓ eo q̃ interest profe. l. j. in ij. aliàs iij. diuisione. Pro quo uidet casus in l. ut tm. §. in hac act. s. de ser. cor.

LEX XII.

1 *Pretij recipiendo partem, quis sibi priudicat in euictione.*

QVIDAM. No. istam l. & opp. l. Casus. s. de pig. act. & s. qui. mo. pig. l. sicut. §. nõ uidetur. Sol. distingue tres casus. Primo qñ aliquis est præsens, & tacens, nec pretium recipiens, nec subscribens, tũc non uidet consentire,
a nec de euictione tenet, ut in cont. Quandoq; a quis est præsens, & consentiens tacitè uel expressè, non tñ pretium, uel partem pretij recipit, & tunc nõ tenetur de euictione, sed bene præiudicat sibi in iure, qd habet in re, j. de reg. iu. l. aliud
1 est uendere. & ibi no. † Quandoq; est præsens, & partẽ pretij recipit, & tunc sibi præiudicat, & de euictione tenetur, ut hic. Et iõ ponit in instrumẽtis, qñ plures uendunt, q̃ tales uendiderũt, & cõfessi sunt omnes pretiũ ꝓ parte recepisse.

ADDITIO.

a *POMA. Quandoq;. Ro. cons. lxxxvij.*

LEX XVII.

1 *Exceptione proposita succumbens, non prohibetur illud ius in iudiciũ deducere per modũ actionis, quando non tendit ad eundem effectum.*

a VENDICANTEM. a No. reg. q̃ quem de euictiõe b
b tenet actio, eundẽ agẽtem repellit exceptio. No. † q̃
1 licet quis succumbat in exceptione, nõ prohibetur illud in iudiciũ per modũ actionis deducere, qd est uerũ, ubi non tendit ad eundẽ effectum, aliàs secus, de quo per doc. l.

c doc. in l. peremptorias. c C. sen. resc. nõ pos. Dixi in l. qui Rome. §. duo fratres. j. de uer. ob. facit quod dixi in l. si aũt. s. de neg. gest. & in l. q̃ labeo. & in l. q̃ in diem. §. fi. s. de compen.

ADDITIO.

a *Vendicantem. Hanc regulam limita in casu fin. l. fi. C. eo. & ibi no. uidelicet in hærede fideiussoris, sed utrum ista exceptio, quẽ de euictione, &c. impediat litem contesti. an uerò opponatur ad merita causæ magis, q̃ ad processum. Bar. l. & si instrumenta. C. de fid. inst. & iu. hastæ fisc. li. x. non poterit tamen opp. post sententiã, quia peremptoria, Bal. l. uenditrici. C. de re. alie. non dlie. adde qualiter intelligatur illa regula, quem de euictione. Ro. cons. diij. Limitat Aret. cons. iij. aliàs xxx. Bal. l. fi. C. eo.*
b P. PAV. P. *Euictione. Limitat Alex. cons. cix. uer. prætereà non est absurdũ. uo. iiij. & l. fi. de euic. j. in hærede fideiussoris, & uẽditoris, uide ibi ad Bar. Item q̃ ista exceptio impediat litis ingressum, & etiã posit opponi ad merita causæ, Bar. l. & si instrumenta. C. de fid. inst. li. x. co. j.*
c *Peremptorias. Bal. l. j. in j. co. per istum tex. in uerſ. quæro quid sit actio.*

LEX XX.

a FVNDVM. a No. q̃ qñ res euincetur facto emptoris, etiam antecedente emptione, q̃ non tenetur uenditor.

ADDITIO.

a *Fundum. Bar. §. duo fratres. in j. & v. q. l. qui Ro. de uerb. ob.*

LEX XXII.

1 *Si euincitur res ab eo, qui habet causam à me, an statim habeo regressum cõtra autorem meum, an expectare debeam, q̃ prius condemner ei qui habet causam à me.*
2 *Emptam à me rem, tibi donaui, si euincitur à te, an possis habere regressũ contra me, an contra actorem meum.*
3 *Clausulam, faciẽs procuratorem in rem suam, q̃ operetur ut re euicta quis possit directò agere contra autorem autoris sui.*

SI PRO RE PVPILLI.

§. SI PRO EVICTIONE. Iste est subtilis §. & si bene aduertatis, iste §. loquitur qñ res, quã emi, non euincit à me, sed ab eo, cui concessi, & dicit q̃ ex hoc habeo re-
a gressum contra uenditorẽ meum. Quæro, utrũ ille qui ha-
b bet rem a à me, debeat denũciare mihi, & ego autori meo? Et dicit gl. q̃ sic. Secundò quæro, b utrum † statim cum res
1 euincit ab eo, q̃ habet cãm à me, ego habeo regressum ꝑ autorem meũ, an debeã expectare q̃ prius condemner ei, qui habet causam à me, & soluam sibi? Gl. in hoc dubitat. Veritas est, q̃ qñq; ego transfero rem in aliũ, nõ simpliciter, sed in ea mihi aliquid iuris reseruo, ut puta, si concedo in dotẽ uel in emphyteusim, uel in feudũ, tunc eo ipso q̃ euincitur ab eo, qui habet causam à me, illud ius, qd mihi reseruaui, perimit, & stipulatio de euictione cõmittitur, & hoc est qd hic dicit, q̃ mulier efficiatur indotata, & sic mihi habere nõ licet. Si uero ego uendidi simpliciter, & mihi ipsi non reseruaui aliquod ius in re, tũc licet euincatur ab eo qui habet causam à me, tñ adhuc mihi nihil abest, ideò est necesse, q̃ condemner, & soluam sibi, aliàs actionẽ de euictione non haberem, fm regulam Iul. positam in l. si seruus. §. j. j. eo. Et idem dicendũ esset in re quã emi, si dedissem insolutũ, & re
2 euicta ab eo, cui dedi, actio pristina restituceretur in me fm materiam l. libera. C. de senten. & l. eleganter. in princip. s. de pig. act. statim eñ rem habere non licet, quia in pristinã obligationẽ reincido, arg. huius §. & l. seq. † Quæro quid si rem quã emi, tibi donaui, & à te euincitur, ita q̃ tu non habes regressum ꝑ me, utrum autor meus teneat in aliquo? Certè non, quia rem mihi habere nõ licet propter donatio-
c nẽ, nec propter euictionẽ. Ita determinat gl. hic, & pro hoc facit j. de uer. ob. l. Iul. in fi. & ibi Ia. de Are. & prædicta c sunt uera, nisi in instrumento donationis, ut fieri solet, fuerint
d cessæ omnes actiones cõpetentes, & cõpetituræ donatori occasione ipsius rei, q̃ donatariid fecerit procuratorem in
3 rem suam. l. si res. j. eo. q̃ est no. † quia etiã si dicta uerba apponerentur in instrumento uenditionis, nõ erit necesse q̃ ille qui emit à me, denũciet mihi, & ego autori meo, sed ipse poterit directò autori meo denunciare. l. si res. & dixi in l. Iul. in fi. j. de uer. ob.

ADDITIO.

a *Rem. Bal. l. j. C. de re. permu.*

Bar. super ff. uet.

b P. PAV. P. *Quæro. Alex. cons. lxvij. in ij. uol.*
c P. PAV. P. *Prædicta. Are. cont. l. Iul. §. qui fundum. de uer. ob. Alex. cons. sexagesimotertio. uo. ij.*
d *Donatarium. Bald. l. per diuersas. C. man. l. j. in fi. C. de iure do. & Bar. d. l. per diuersas. in ult. col. l. j. C. de re. permu. Bal. l. j. in fi. de iur. dot.*

LEX XXV.

a SI SERVVM. a Hæc l. legitur in gl. duo b. mod. Primo qñ seruus nullo modo fuit traditus emptori, secundo qñ fuit traditus de iure. Quærit gl. q̃d si emptori meo non fui condemnatus, nec possum condemnari, quia uendidi hoc pacto, ut non teneatur de euictione. Certè dicit gl. q̃ tunc contra uenditorem meum haberem regressum, qd dic ut dixi s̃. eo. l. si pro re. §. si pro euictione.

ADDITIO.

a *Seruum. Bal. l. libera. uer. sed nunquid. C. de sen. & inter. om. iud.*

LEX XXXIIII.

1 *Fideiussor, uel pignorum possessor, quando conuenitur, procedit iudicium excussione non facta, si non opponatur.*
2 *Præposterationis unius iudicij ad aliud exceptio, si non opponatur, iudicium tenet.*

SI MANCIPIVM.

§. SI COMMVNI. Opp. q̃ prius debet agi rei uẽdicatione, s. fami. erci. l. j. & j. de excep. l. fundi. & l. fundum. Glo. soluit mirabiliter, q̃ hic non fuit appositũ, q̃ tene
a menti. a Simile no. in l. ij. C. cõmuni diui. q̃ est no. Ex quo
1 † apparet, q̃ si agat contra fideiussorẽ non facta discussione ꝑ principalẽ, q̃ si ista exceptio nõ opponat, ꝓcedit, & ua-
2 let iudiciũ. † Et hæc b regula est hic, q̃ si exceptio præpostebrationis unius iudicij ad aliud non opponat, q̃ tenet iudicium. C. de appel. l. j. Opp. q̃ euictione partis, non cõmittit stipulatio, l. si in uẽditione. j. e. Sol. dicit gl. q̃ hic fuit dictũ, tu dic, q̃ hic euictiõe partis, usus totus incõmodatur. Nam alteri socio totus adiudicatus fuit, ibi uerò secus.

ADDITIO.

a *Menti. Scripsi post Moder. in §. item si quis in fraudem. Inst. de act.*
b POMA. *Hæc. Barb. cons. cxxviij. uo. ij.*

LEX XXXVIII.

1 *Venditor cedit actiones pro re euicta contra autorem suum.*
2 *Emptori quod prodest, & non nocet uenditori, facile impetratur.*

a IN CREDITORE. a No. † q̃ uenditor cogitur cedere
1 actiones quas habet pro re uendita contra autorẽ suũ.
2 Secundò no. † q̃ illud q̃ prodest, non nocet uenditori, impetratur de facili.

ADDITIO.

a *Creditore. Et sic no. q̃ actiones uenditoris non transeunt in emptorẽ, secus in exceptionib. Bar. l. iij. C. quod met. cau. et l. si tertius. de aqua plu. ar. Bar. l. ij. in prin. j. fol. mat. & in l. ciuitas. si cert. pet. Bal. l. etiam. uer. quæro num quid. de exec. rei iu. Bal. l. j. in fi. C. de iure do. l. si rem. j. eo.*

LEX XL.

1 *Euicta re per restitutionem, non committitur stipulatio duplæ, sed agitur ex empto.*
2 *Tenuta data die feriata iudicis officio, potest eodem tempore restitui.*

a MINOR. Re euicta per in integr. restit. potest agi ex
1 empto pro euictione. h. d. No. q̃ re euicta † per restitutionem non cõmittitur stipulatio duplæ, sed agi-
a tur ex empto. Secundò no. quandã gl. a quæ est hic, quæ in-
1 ducit istam l. in arg. † q̃ si die feriata detur tenuta officio iudi. q̃ eodem tempore debet restitui, præstita satisdatione, qd collígitur hic, quia iudicis officio res euincit, & ita restituitur actio de euictione, & ideò malitiosi aduocati faciũt qñq; fieri sequestrationes ultima die iuridica, ut sic reuocatio peti postea non possit durantibus feriis. De qua per Ia. de Are. j. de no. oper. nun. l. j. §. nunciatio, & ibi dixi.

ADDITIO.

a *Gl. An tenuta possit reuocari die feriata, & dic secundum gl. q̃ si data fuit die feriata, poterit reuocari die feriata, quod intellige uerum, quando noto.*

riæ constaret tenutam esse nullam. Nam tunc cum in reuocatione non exigatur causæ cognitio, poterit fieri die feriata. Secus ubi teneret tenuta ratione causæ, uel aliàs quomodocunq; uel si esset dubium, nam tunc non posset, cùm debeat fieri causa cognita, si tamen reuocatio tenutæ fieret solum præstita satisdatione, & hoc fieri posset, quia cum hoc nõ requirit causæ cognitionem, poterit expediri die feriata. Hoc tene menti ad intellectũ huius glo. secundum Io. An. qui ita dicit in d.l.j.§.nunciatio. per ea quæ ibi no. Bar. & do. Tu adde quæ dixi post Bar. l. de unoquoq;. ff. de re iu. ubi allegaui istam gl. cum multis similibus. Et adde quod no. mod. l. tmp. §. fi. ff. de app. & unũ tene menti, in reuocatione tenutæ quod dicit Ang. se pluries practicasse. in l. si finita. in prin. de dam. infec. per gl. ibi in uerb. liber. in prin. q. cum petitur reuocatio tenutæ, q. potest obijci tenutam non reuocandam, ex eo quia non interest tenutam reuocari? Ratio, quia si data non tenet, deberet de nouo concedi, & ad cautelam dicit petendam reuocationem eius, & confirmationem primæ. Sed secundum Io. d. l. si finita. in prin. puto tutius, q. si tenuta sit nulla, fortè quia data possessore nõ citato, Bar. l. fi. C. de edi. d. Adri. tol. post medium illius, in uer. item ext. gl. quæro num liget par. super nullitate, si re uera est nulla, aliàs posset condemnari in expensis, tanquam temerariè litigasset, super dicta nullitate, per l. eum qui temerè. ff. de iu. l. non ignorat. C. de fru. & liti. expen. c. fi. ext. de do. & contu. Sed potius insistet petendo de nouo dari, Nã tunc si re uera debeat dari de nouo, & aduersarius succumbet, condemnabitur in expensis, si restiterit. l. si properandum. §. sine autem alterutra. C. de iudi. ubi autem litigasset utraq; pars nullitate, & etiam super de nouo dando simul, & contingat pronũciari tenutam fuisse nullam, deberet tamen de nouo dari, tunc, quia utraq; pars esset victrix, & victa, uideretur uterq; absoluendus ab expensis, l. generaliter. §. j. de rebus cred. Per quod patet q. cautius est non contendere super nullitate, si re uera fuit nulla propter factum expensarum. Mod. §. quadrupli. Inst. de act. & istam gl. etiam dicit no. Bal. l. ab executione. C. quorũ appe. per quam dicit Bar. l. ij. in iij. q. C. de ser. q. præceptum factum absq; ordine iudiciario potest absq; causæ cognitione, & citatione reuocari. Cui adde quæ scripsi in l. de unoquoq;. de re iud. & ista est sing. gl. secundũ Bal. l. post sententiam C. de sen. & inter. om. iud. & Bal. l. j. C. de exec. rei iu. Et ita etiam hanc glo. alle. Bal. pro sing. in l. fi. C. de fer. & dicit Bal. l. j. in fi. C. de prohib. sequest. q. sequestratio põt fieri die feriata. & Bal. l. j. C. de exec. rei iud. Ro. cõs. clv. & cons. trecẽtesimo uigesimo, Fel. c. eccle. san. Mariæ. uer. sexto no. de cõst. & c. ex parte. de test. Bar. cons. lxj. uolum. j. Fel. c. cum olim. de re iud. Cum. cons. cxlvj. col. j. Alex. cons. v. uer. item si probatum est. uol. ij. in l. j. §. nũciatio. ff. de no. ope. nun. & l. si pacto quo pœnam. col. j. ubi per Mo. C. de pac. Aret. cons. vij. Ro. cons. ccxx. Imo. cons. cxxviij. Card. cons. xcvj. Aret. cons. xx. col. fi. Pan. c. qa clerici. ij. no. de iur. pat. Fel. c. nihil. de præsc. c. tuarũ. gl. pe. C. de priui. Aret. c. examinata. col. fi. de iu. ubi limitat istam gl. in tenuta data de facto, ut non posit reuocari parte non citata. Barb. c. consultationi bus. de off. dele. & So. cons. cclxvj. in fi.

1 *Vendicans rem si succumbat, an posit intentare publicianam, & quid in iudicio communi diuidundo. nu. 2.*

3 *Libellus si concludat rem ad me pertinere iure dominij, uel quasi, & probo me præscripsisse, an obtineam.*

5 *Dominia tria sunt, directum utile, & quasi dominium.*

a §. SI SERVVS.[a] Qui succumbit in rei uendicatione, nõ prohibetur publicianam intentare, & donec actio ad uendicandũ supereſt, res euicta non dicitur. Gl. hic
1 disputat, † utrũ qui succumbit in rei uendicatione, possit intentare publicianã? Veritas est, q. potest, per tex. huius §. tamen hodie proponitur simul & semel, quia dicitur in libello, Peto rem ad me pertinentem iure dominij, uel quasi.
2 Nam per quod dicitur quasi, intẽtat publicianã. Sed † prædicè practicabam istam l. in quodã qui egerat cõmuni diuidundo & succubuerat, nam non potest redire ad publicia-
b nam, arg. huius §. Opp. l. si mater.[b] §. eandem. ff. de excep. rei iud. & l. & an eadem. §. actiones. eo. tit. ubi dicit, q. omne ius ubicunq; & qualitercunq; uidetur in iudicio deduci. Glo. hic dicit, fateor q. omne ius, scilicet, directi dominij, non au-
3 tem utilis, l. contraria. Iuxta hoc formo † q.[c] Proposui contra te libellum,[d] dicens rem ad me pertinere iure dominij,
c uel quasi, probaui me præscripsisse longo tempore, utrum
4 sequi debeat condemnatio? Et uidetur q. non, † Nam præscriptione non quæritur dominium directum, C. de bo. mat. auth. nisi. & ibi no. sed utile tantũ quæritur. Vtile aũt tunc non uidẽtur proposuisse in iudicio, ut hic in gl. ergo, &c. Itẽ nec publicianã habeo, quia nõ competit ei, qui præscripse-

rat, ut l. j. §. de pub. ergo, &c. Sol. gl. nostræ in isto uocabulo,
5 utile dominium, æquiuocauerũt. Nam † debetis scire, q. tria sunt dominia, directũ, & utile, & quasi dominiũ quod com-
e petit ei qui habet publicianã. Vnde glo. uult dicere, [e] q. qui intentat rei uendicationẽ, deducit in iudicium omne ius dominij directi uel utilis, non aũt quasi dominij, cuius respectu datur publiciana. Ita intelligitur gl. ista, &c.

ADDITIO.

a *Seruus. Quotuplex sit dominium, Bar. l. si quis ui. §. differentia. de acq. poss. ubi Ca. alle. auth. si uerò dominus. C. de hæret. Bal. l. traditionib. C. de pac.*

b *Mater. Barb. d. §. actiones.*

c *P. PAV. P. Quæstione. Bertach. uerb. agere. circa medium.*

d *Libellum. Inn. c. ad aures. de præscrip. ubi utilis uendicatio datur ei qui præscripsit excepto contra uerum dominũ. Bal. l. j. C. de usuf. & in l. per hanc. post gl. de temp. appel.*

e *POMA. Dicere. Pan. c. cæterum. de iud.*

LEX XLI.

1 *Successio habet uim solutionis, & exactionis factæ in iudicio.*

SI EI CVI VENDIDI,

§. SI IS QVI. Cum emptor uẽditori, uel uenditor emptori succedit, re euicta contra autorẽ uenditoris põt haberi regressus, & successio loco solutionis habetur.
1 No. q. successio † habet uim solutionis & exactionis factæ in iudicio. l. Vra. ff. de fideiu. & l. si quis, p. emptore. ff. de usuc.

LEX L.

a SI PER IMPRVDENTIAM.[a] Gl. intelligit istam l. qñ emptor præbuit causam istius iniustitiæ, aliàs de euictione posset agere. Sed primum uidet tenere gl. l. exceptione. ff. de fideiuss. dum dicit, maxime Ia. Ar. uidet tenere istã gl. per l. ij. §. solet. ff. de hær. uend. & Cy. refert & tractat in l. emptor. C. eo. in ult. q. Sed mihi displicet ista gl. quia est contra casum istius princ. Quõ enim emptor potest præsta-
b re causam ignorantiæ[b] iudicis, de qua hic loquit? Quã ẽm culpa habet emptor, si iudex male studuit. Dic ergo habe-
c re, [c] q. in casu l. nostræ, qñ res euincit per ignorantiã, uel cupam, uel dolũ iudicis, respectu uenditoris, res uidet deperdita casu fortuito, & ideò periculũ est emptoris. Et ex hoc apparet responsum ad l. ij. §. solet. ff. de hær. uen. quia ibi nõ spectat periculũ casus fortuiti ad uenditorẽ, ideò iniustitia seu imperitia iudicis sibi nõ nocet, nisi fuerit in culpa. Hoc plenè examinaui in d.l. exceptione. ff. de fideiuss. uers. secundò quæro, dicitur hic.

ADDITIO.

a *Imprudentiam. Bar. d. l. exceptionem.*

b *Ignorantiæ. Nisi uenditor fuisset præsens in iudicio, quo casu ipse debuisset appellare. gl. l. emptor. c. eo. Ang. cons. clxxvj.*

c *P. PAV. P. Breuiter. Alex. l. stipulatio ista. in prin. col. ult. de uer. ob.*

LEX LV.

1 *Bannitus & condemnatus de falso, an possit conficere instrumenta.*

a SI IDEO.[a] Iste tex. est in arg. ad q.† Aliquis est banni-
1 tus, & cõdemnatus de falso, utrum prohibeat confice-
b re instrumentũ: Tex. & hæc l. facit q. non. Magis ẽm uidet condẽnari per contumaciã,[b] q. ea q. fecerit falsum. C. de mõ mul. l. j. Et de hoc dixi l. infamiam. l. j. de pub. iud. & in l. iij. ad l. Iul. repetũ. Gl. ponit hic aliquas q. uide eam.

ADDITIO.

a *Ideò. Bar. l. si superatus. de pig. Bal. in add. Spec. de instru. edi. Bar. l. cum filius. de uer. ob. in auth. iubemus. ad fi. C. de iud. & ideò si ostenderetur bannum fuisse latũ propter falsas allegationes, & probationes, & falsum causam, impediret executionẽ banni, secundum Ang. & Imo. §. duo fratres. sed Bal. l. in exercẽdis. C. de fi. inst. tenet contra Bar. q. bannius priuetur officio tabellionatus. Bar. l. pap. §. meminisse. & quod habetur in l. q repudiatis. de inoff. test. Ang. & Io. de Imo. l. inter stipulantem. §. j. de uer. ob. & Bal. l. transigere. uers. cum opp. C. de transact. l. absentem. & quod ibi dixi. de pæ. & Bar. l. j. §. fi. in fi. ff. si quis ius dicen. non obtemp. & Bal. l. uinum. si cerpet. Bar. l. omnes. §. j. ff. de re milit. Bal. l. fi. C. de crimi. stellio. & in l. ita demum. C. de procur. in l. j. C. de confeß. Ca. cons. ccxxiij. Ale. in repet. l. sæpè. de re iud. Fel. c. cũ Bertol. de re iu. Barb. c. fi. de emp. & uen. Ang. & Im. l. ex duobus reis. ff. de duo. re. Alex. cons. iiij. col. j. uo. iij.*

POMA.

b *POMA. Consumaciam. Fel. c. cũ Bertoldus. de re iud. & c. ex literis. de constit. Bal. l. in exercẽdis. C. de fide inst. Alex. l. sæpè. de re iud. Bar. cons. cix. & cons. cxiij. Barb. cons. iij. uo. v.*

LEX LVI.

1 *Pœna an posit ascendere in infinitum.*

SI DICTVM. Opp. q. nõ posset trãscendere interesse ultra duplũ. C. de sent. quæ pro eo q. interest. l. j. de act. emp. l. Titius. cũ si. Sol. illæ leges loquũtur de interesse singulari, quod nõ potest excedere duplũ interesse cõis, sed hic quantũ sit interesse, est taxatũ per cõtrahẽtes. Sed opp.
1 † q. pœna possit ascẽdere in infinitũ, ut inst. de inut. stipu. §. alteri. Gl. fol. & dicit hic, & in multis alijs locis, q. aut ꝓmittitur pœna per nomina multiplicatiua, ut puta duplũ, triplum, &c. & tũc non potest excedere quadruplũ, ut inst. de act. §. quadrupli. Aut nõ apponit per nomina multiplicatiua, & tũc si apponat factо, põt ascẽdere quantũ partes uolũt. Et istã opi. tenet Dy. Iac. de Are. & Pet. ẽ. ut no. in l. j. C. de sen. quę pro eo q. interest. & Cy. ibi, in q. viij. Sed ego teneo opi. Dy. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uer. ob.

1 *Stipulatio de euictione committitur, cum quid promittitur ex forma statuti, non autem cum quis sponte sua in non suum iudicem consensit.*

a §. SI COMPROMISERO.[a] No. tex.[b] ibi, nulla ẽm
b necessitate cogente id feci. Ex qua litera † habeo, q. si qs
1 cogitur cõpromittere ex forma statuti, q. stipulatio de euictiõe cõmittet, quia illud fecit necessitate cogente. Item
c ex hoc habes, [c] q. si aliquis sponte sua non compromiserit,
d sed iurisdictionem iudicis prorogauerit, uel in iudicem [d] non suum consensit, q. non cõmittitur stipulatio, quia nulla necessitate cogente id fecerit.

ADDITIO.

